School of Theology at Claremont
1001 1422085



Theology Library

SCHOOL OF THEOLOGY
AT CLAREMONT
California

Thecla 1c 55.—

CORPUS REFORMATORUM

VOLUMEN XCV

HULDREICH ZWINGLIS

SÄMTLICHE WERKE

BAND VIII

Leipzig
Verlag von M. Heinsius Nachfolger
1914

Zwingli, Ulrich
BR
301
C6
V.95

HULDREICH ZWINGLIS

SÄMTLICHE WERKE

Unter Mitwirkung

des

Zwingli-Vereins in Zürich

herausgegeben

von

Dr. Emil Egli †
Professor an der Universität in Zürich

D. Dr. Georg Finsler
Religionslehrer am Gymnasium in Basel

und

D. Dr. Walther Köhler
Professor an der Universität in Zürich

BAND VIII

Leipzig
Verlag von M. Heinsius Nachfolger
1914

ZWINGLIS BRIEFWECHSEL

Gesammelt, erläutert
und unter philologischer Mitwirkung der Professoren
Dr. Hermann Hitzig, Dr. Alb. Bachmann und Dr. Ludwig Köhler

bearbeitet von

Emil Egli

herausgegeben von

Walther Köhler

BAND II

Die Briefe von 1523—1526

Leipzig
Verlag von M. Heinsius Nachfolger
1914

Vorwort zu Band VIII.

Inter arma silent Musae — unsere Zwingli-Ausgabe spottet dieses Grundsatzes. Dank dem Entgegenkommen der Druckerei und des Verlages, die den Fortgang des Werkes auch im sozialen Interesse der Schaffung von Arbeitsgelegenheit begrüßten, konnte unser Entschluß, wenn irgend möglich, die Zwingli-Ausgabe weiterzuführen, zur Ausführung gebracht werden, und so legen wir mitten unter den Wirren des großen europäischen Krieges einen Band stiller, gelehrter Arbeit vor, den Briefwechsel Zwinglis für die Jahre 1523—1526 umfassend.

Im Vorworte zum ersten Briefbande (Band VII der Gasamtausgabe S. V f.) wurde bereits mitgeteilt, daß vom vorliegenden Bande an der Unterzeichnete die Ausgabe des Briefwechsels, Text und Kommentar, übernommen hat. Wie bisher wurden die von Herrn Prof. Dr. Egli gesammelten Texte einer nochmaligen Kollationierung mit den Originalen unterzogen. In der typographischen Gestaltung des textkritischen Apparates wurde die von Nr. 48 des Briefwechsel an befolgte, bewährte Methode beibehalten.

Der Kommentar im vorliegenden Bande stammt zum überwiegenden Teile noch aus der Feder Eglis, wenn auch begreiflicherweise die zu schließenden Lücken, Zusätze, Literaturnachweise und dgl. erheblich größer waren als in dem früheren Bande. Seine eigene Arbeit in dieser Hinsicht neben dem von Egli Geleisteten besonders kenntlich zu machen, hielt der Herausgeber nicht für angebracht. Ebensowenig ist hier der Ort, über den reichen Inhalt des Bandes Näheres zu sagen; er möge für sich selbst sprechen! Die seitens der Verlagsbuchhandlung auf Anregung von England her gewährte Möglichkeit, die Briefbände einzeln, ohne Subskription auf die ganze Ausgabe, erwerben zu können, wird hoffentlich der Verbreitung unserer Arbeit förderlich sein. Das Manuskript zum dritten Briefbande ist nahezu druckfertig, so daß nach Erscheinen des vorliegenden Bandes der Fortgang unserer Ausgabe in der bisherigen Weise gesichert ist.

Zum Schlusse erfülle ich die angenehme Pflicht, allen denjenigen zu danken, deren freundliche Beihilfe diesem Bande zugute kam; ich nenne an erster Stelle Herrn D. Dr. Finsler, der eine Korrektur las und seine reiche Erfahrung bereitwilligst zur Verfügung stellte, sodann Herrn Stadtarchivar Dr. Schieß in S. Gallen, der die in S. Gallen befindlichen Originale kollationierte und zur Erläuterung der bündnerischen Geschichte manchen Wink gab, die Vorstände der Staatsarchive in Bern und Zürich, die Herren Lic. Meißinger in Straßburg, Professor D. Greving in Münster und Monsignore D. Paulus in München. Für die philologische Korrektheit der Texte und den Nachweis von Zitaten, vorab den biblischen, wird den Herren Professoren Dr. Bachmann, Hitzig und L. Köhler reicher Dank geschuldet.

Zürich, den 5. Dezember 1914.

Der Herausgeber
Walther Köhler.

267.

Felix Myconius[1] *an Zwingli.*

(Einsiedeln?, Januar 1523).

Huldrico Zinglio Foelix Myconius S.

S. Quoniam tuam humanitatem, Zingli doctiss*ime*, eque magnam esse ac tuam doctrinam omnibus notissimum est, non veritus sum ego, puer et annis et scientia, scribere ad te, Christianissimum theologum omniumque litteratiss*imum*. Hactenus te semper ut patrem amavi, colui, dilexi veritusque sum; certus enim eram meam rem tibi curae esse. Nunc, cum omnino mecum dissideam, ad te tanquam amantiss*imum* parentem fugio tuumque auxilium in re admodum seria imploro, nec haesito, quin mihi opitulaturus sis, postquam meam rem ordine perceperis. Evolvi hactenus (quantum per ętatem licuit) gentilium authores non paucos; quos cum exactius perpendebam, animadvertebam, quam omnino non conveniret Christianum animum in iis seductorib*us* versari. Sunt equidem Latini (ut hoc donem) elegantes, nitidi, exculti summa industria rhetoricesque praeceptis pleni; ac tanta rursus impietas, nequitia, impostura inest ipsis, ut pius Christianusque animus mirari satis haud queat. Quare quid attinet vitam nostram adeo brevem in iis nugis consumere, cum scilicet hodie complures extent Christiani libri summa cura, industria elegantiaque elaborati? Nauseant ergo maxime mihi ethnici libri; nempe Christianum animum magis infitiunt, quam ędificant; contra summe arrident euangelici,

4 *vor* te *gestrichen* .n. — 6 curae] *ein zweites* r *zur Verdeutlichung übergeschrieben* — 7 amantiss*imum*] *das Manuskript setzt an mit* an, *streicht dann* n *und fährt in neuer Zeile fort* — 8 sis] *ursprünglich* sim — 19 euangelici] euangelicae.

Zürich, Stadtbibliothek: Msc. F. 46 p. 228f.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 258f.

---

[1]) *s. Nr. 127.*

qui simul lectorem et doctum et probum reddant. Quos cum exacte ac diligenti studio lectito, invenio, quam omnino labores laudent, otium vero damnent, et cum sacerdotis unicum sit offitium seminare verbum divinum, ut apostolus ait *[1. Cor. 1. 17]*: „Non misit me dominus baptisare, sed euangelizare“; item Malachias *[Mal. 2. 7]*: „Labia sacerdotis custodiunt scientiam“; item apostolorum dux *[1. Petr. 5. 2]*: „Pascite quantum in vob*is* est“ etc. Nunc Paul*us* reiicit novitium: quid ergo reliquum mihi est, Zingli, utriusque litteraturae non mediocriter docte, nisi ut et ego me conferam ad artificium, cum scilicet Christi verba Genes. 3. *[Gen. 3. 19]* et mihi sint dicta? Si forsan autem de grege illo essem, qui missi nominantur, haud me praeteribit dominus, quin mihi [!] iubeat, ut suum seminem verbum. Proin, ter chare Zingli, summe te obtestor, ut meo persuadeas parenti, quo permittat, ut discam artifitium vescarque sudore vultus mei; hactenus enim manib*us* ac pedib*us* obluctatus est meo voto. Quamobrem tuum imploro auxilium. Meum enim ingenium obtusius est, quam quod debeat diutius bonis institui literis; opera enim et impensa periret; sacras vero literas e manib*us* dimittam nunquam, dum spiritus hos regit artus[2]. Fac tuam hac in re videam opem. Id autem optime facies, postquam victoriam (quam tibi omnes promittunt) nancisceris in futuro conventu[3], quo te meus adibit pater. Quo enim citius devenero ad artifitium, eo melius.

Vale.

Foelix Myconius tuus, dum voles, voles autem semper.

D*omino* Huldrico Zinglio, Tigurinorum
euangelistae vigilantiss*imo*, amico ter charo. Tiguri.

10 *vor* Christi *gestrichen* Chr — 12 *vor* dominus *gestrichen* dns.

[2]) *Vergil, Aeneis IV 336.* — [3]) *An der ersten Disputation, 29. Januar 1523? Da diese am 3. Januar ausgeschrieben wurde, nehmen wir Januar 1523 als Zeit des undatierten Briefes an, jedoch unmaßgeblich, da bessere Anhaltspunkte nicht vorliegen. Vielleicht wurde der Brief in Einsiedeln geschrieben, da der Vater Myconius um die die Zeit des Jahreswechsels dorthin übergesiedelt war (Nr. 260, Anm. 3, vgl. Nr. 261, Anm. 4).*

268.

Zwingli an Johannes Oecolampad.

Zürich, 14. Januar 1523.

Huldrichus Zuinglius Ioanni Oecolampadio,
fratri suo in Christo charissimo, S.

Varie iactor, piissime et doctissime Oecolampadi, immotus tamen maneo, non meis nervis nixus, sed petra Christo, in quo omnia possum *[Phil. 4. 13]*. Is enim est, qui me confortat et animat. Cum enim hinc tristibus adflicti euangelii nunciis deiicior, illinc lętis profectib*us* levor et fulcior; minatur alius mille mortes, reficit alius Christianis scriptis: quod tu quoque facere orsus tantum es[1], crebro in posterum facturus, si me perges amare. Non quod tam altam laudem, qua nos oneras, digne nobis imponi putem; sed quod mentem tuam talem esse video, qualem nos habere cupimus, iamque veluti seminaria quaedam sentimus. Nam dum accipimus bonos aliquos recte sentire de Christo, mox effundimur, tantaque laude illos adobruere gestimus, ut etiam ineptire videri possimus, ni ad quos scribimus, animum scribentis potius quam seipsos spectent. Sic ni animum tuum potius quam nosipsos spectaremus, liberare te ab ineptiis non possemus, quod nos magnificum Christi praeconem, te vero apud sarcinas sedentem facis: quem ego magis semper suspexi, quam pictos quosdam ταῶνας, qui propter pigmenta fastuosae orationis soli sapiunt, sua quidem sententia, aliosque omnes naso suspendunt. Is enim es, qui pietatem humanitati eruditionique ita adiunxisti, ut haud facile cognitu sit, quaenam

16 ταῶνας] τάονας *Epp.*

Original verloren.
Epistolae 1536, fol. 188b f. — Opera 1581 Tom. I. 414.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 261.

---

[1]) *s. Nr. 258, worauf Zwingli hier antwortet.*

in te primas teneat. Verum ista mittamus posthac, atque haec mutuo conferamus, quae ad coelestis doctrinae incrementum facere possunt. Adlata est autem hisce diebus ad nos schedula N. Eggii[2] vestri, verborum monstris inusitatis ambitiosa; quam nec Sybillas ullas, nec magos intellecturos puto. Ibi hominem obsecro pro dignitate rideatis. Oportunissimus enim erit Glareanus noster, ut *ὄνον* istum, Musas suas conspurcantem, exibilet iocis et salibus. Ego enim, cum paulo ante Glareanus rem significasset[3], statueram pars aliqua fabulae fieri; at postquam propositionem adspexi, satius esse duxi domi manere; citra enim periculum haud fieri posse, ut motae mentis homo attingeretur. *Τῷ θεῷ χάρις, ὅτι τῶν ἀντιχρίστων* causa huc sit redacta, ut talibus nitatur propugnatoribus. De certamine nostro, quod senatus consulto indictum est, narrabit, si voles, is, qui literas adfert[4]. Spargitur rumor, Constantiensem vicarium[5] adfore. Faxit deus, ne retineatur, ne solitis triumphis fraudetur vel Roma vel Constantia: quos scilicet hactenus reportare solitę sunt.

Vale, et crebro literis tuis nos doce, admone, hortare.

Ex Tiguro, 14. Ianuarii *1523*.

11 ἀντιχρίστων] ἀντιχριστῶν *Epp.*

---

[2]) *Johannes Romanus Wonnecker, s. Nr. 264, Anm. 3, von Zwingli, in Anspielung auf den bekannten deutschen Disputator Johannes Eck, als Egg bezeichnet (wie er auch sonst den Namen schreibt, nach schweizerischer Aussprache).* — [3]) *s. Nr. 264.* — [4]) *Die erste Zürcher Disputation, s. Bd. I, S. 442 ff.* — [5]) *Johannes Faber. Vgl. Oecolampad an Hedio 21. Jannar 1523: Aiunt adventurum Fabrum, Constantiensem vicarium, [cum] multis Romanis diplomatis affuturum etiam ipsum disputationi; Epp. 1536, fol. 209. Die Namen der andern bischöflichen Boten s. Bd. I, S. 479, Anm. 1 (statt Vergenhans nennt Jörg Vögeli, Konst. Ref.-Gesch. Mscr. fol. 41, den bischöflichen Kanzler Joachim Maler und bezeichnet diesen und Jakob von Anwyl als „christenlicher leer nit ungünstig". Nach Vögeli war der Zweck der Botschaft der, „daß der Zwingli siner leer abgestellt und Zürich in vorigs pfaffenwesen widrumb gebracht wurd").*

269.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 17. Januar (1523).

†

S. in Christo. Recte facis atque rem plane dignam et officio et pio animo tuo, mi Udalrice, quod paratus es et offers te ad reddendum rationem de fide *[1. Petr. 3. 15]* atque de omnibus his, quae a te hactenus docta sunt[1]. Nimirum hoc fuerit apostolicum canonem imitari et per omnia Christianae mentis sinceritatem prę se ferre. Precor dominum nostrum Christum, ut, quod bono mihi spiritu ceptum videtur, in carne non consummetur *[Gal. 3. 3]*, id quod non raro fieri novit tua prudentia. Et ego sane bona ominor atque non mediocria Christiani gregis commoda; tantum fiant sancta sancte, ut aiunt[2]. Audio esse quendam magni nominis[3], qui rideat et parum probet. Sed valeat ille quantus quantus est. Quis scit, unde lucis suae radios magis et prius prodire velit dominus? Tu mihi recte facere videris. Verum si hoc ageretur, quod primum fama ferebat, non admodum probarem, tametsi non ignorem sententiam meam vere nihili hominis esse. Rumor autem narrabat fore apud vos disputationem te praeside. Scis, quot annis acerrime disputatum et digladiatum sit in scholis; at quanto magis pugnatum verbis, tanto ampliorem veritatis fecimus iacturam. Sequitur enim ferme, si non et prȩcedit disputationem, vincendi libido; parit haec contentionem, contentio profert mala alia longę deteriora[4]. In-

3 fide] *ursprünglich* fidem — 8 *hinter* bona *gestrichen über der Zeile* inde — 11 prius *am Rande nachgetragen* — 17 ampliorem] *ursprünglich* amplius.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 144. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 262f.

[1]) *An der ersten Disputation, s. nachher. Vgl. Bd. I, S. 455. Das im Briefe fehlende Jahr ist also nicht zweifelhaft. Oecolampad antwortet hier auf Nr. 268.* — [2]) *Vgl. Apoc. 22. 11.* — [3]) *Wohl Erasmus. Vgl. Nr. 270.* — [4]) *Vgl. Oecolampad an Hedio am 21. Januar 1523 betreffend die Zürcher Disputation: Ego mallem puram satisfactionem; nam quid parit disputatio, quam disceptationem? quid disceptatio?*

terim quomodo salva veritas et divina sapientia, quae pectus amat humile et quietum tremensque sermones domini, ac eligens potius extremam suam ignominiam, addo et omnia barathra, quam ut tantillum veritati gloriaeque divinae decedat? Proinde, ut magnopere probo, quod sinceritatem doctrinae tuae coram adversariis tuis mansuete tueri vis (atque o utinam idem is omnibus esset animus), ita abominarer institutum, si ad contentionem descenderes, quod longe abesse non dubitarim a tam miti ingenio. Porro, mi Udalrice, boni consulas amici etiam intempestivam et supervacaneam admonitionem. Videor mihi videre, quos arietes nunc instruant, quos cuniculos acuant adversarii, nempe si te modestia et mansuetudine destituere queant et ita minus attendentem, quid spiritus domini dictet, dein, si evincere queant, ut humanis constitutionibus et consuetudinibus, etiam qualibuscunque, suus honor salvus maneat, dicentes summa cum blasphemia divinas et euangelicas leges parentes disturbiorum. Habes propheticum sermonem, habes oracula Christi, sat scio; permittes tibi vitam potius, quam illis unum iota adimi. Nihil tuo capiti tribues; sed primae in omnibus partes erunt sacrę scripturae atque adeo dei, qui per illas loquitur, et illae solae iudices sint inter te et adversarios. Arbitri qui futuri sint, ignoro; spero tamen fore bonos et pios viros, veritatem maximo loco habentes etiam irato orbe toto. Sed iterum fraudes antiqui hostis mihi suspectae sunt, ne forte aliqui ex his parum exercitatas mentes habeant et magis, quid fieri soleat, et quanto tempore durarit mala consuetudo, attendant, quam quę sit voluntas domini pia et sancta. Precor illis spiritum sapientiae et fortitudinis. Dominus Ihesus sit tecum et per te adversarios suos vincat et destruat, eos autem, qui eius sunt, soletur et exaltet.

Boni consule amici in Christo monitus, id quod *mihi* certo certius polliceor.

Vale.

Basileae in die s*ancti* Antonii.

Io*annes* Oecolampadius, ab animo tuus.

Vdalrico Zwinglio, sacerdoti Christianiss*imo* Turraegii, domino suo observandiss*imo*.

3 *vor* addo *gestrichen* et — 6 *vor* abominarer *gestrichen* cęptum — 10 acuant] *man erwartet* agant — 11 *vor* modestia *gestrichen* a — 13 etiam qualibuscunque *am Rande nachgetragen* — 14 dicentes] *ursprünglich* ascribentes, *dann gestrichen und* dicentes *unter die Zeile gesetzt* — 18 erunt *übergeschrieben* — 24 attendant] *ursprünglich* addendant.

---

lites! quid lites? odium! ubi odium, quomodo veritati salvus est locus? (Epistolae 1536, fol. 209.)

270.

Glarean an Zwingli.

Basel. 20. Januar 1523.

Zinglio suo Glareanus S. D.

Risisti, quae de Horeste isto[1] scripseram, et merito. Sed iam faxo, ut magis rideas; nam mitto eleganteis elegantissimi viri disputationes. Eas volo amicis communices, ut et hi, quod rideant, habeant; sunt enim dignae, quas omnes rideant docti. Conatus urbis vestrae[2] summe placet, nec dubito Christum adfuturum suis. Tu indevicto sis animo. Non est, quod timeas. Sed quid sus Minervam?[3] Legati urbis nostrae[4] senatui eam rem proposuerunt. Ibi fuere, qui indignam rem existimarent negocium Tiguri prius quam in eorum urbe, ubi tota universitas esset, tentari. Wonneckio dictum est, si recte memini, ut ex dignitate universitatis vel ipse Tigurum iret vel aliquem istuc mitteret. Quid fiat, nescio. Gebuileros[5] video mirum in modum consilia miscere. De Erasmo quae altera epistola scribis, vehementer sum admiratus. Ac mirum, si tu hoc credis. Faber[6] fortassis haec sibi persuadet ac ubique temere seminat; sed nasutior est epi-

Zur Adresse hat eine alte Hand (Gwalther?) den Namen Glareanus gesetzt und rechts davon untereinander folgende weitere Namen notiert: Erasmus Rot., Glareanus, B. Rhenanus, M. Cellarius, Urb. Rhegius, S. Gryneus, Nesenus, Farellus, Hedio.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 113. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 263/265.

---

[1]) *Wonnecker, s. Nr. 264, Anm. 3. Vgl. Nr. 268, Anm. 2. Der hier vorausgesetzte Brief Zwinglis ist, wie der nachher erwähnte zweite, verloren.* — [2]) *Gemeint ist die Ausschreibung der ersten Zürcher Disputation auf den 29. Januar.* — [3]) *Vgl. Otto S. 224.* — [4]) *Wie unten ersichtlich wird, sind die Basler Tagsatzungsboten am Tag zu Baden (5. Januar) gemeint. Vgl. Eidg. Abschiede IV 1a, S. 261, wo die Namen der Boten stehen, und S. 263, wo die Einladung Zürichs zur Disputation an die Eidgenossen erwähnt ist.* — [5]) *s. Nr. 206, Anm. 3.* — [6]) *Das nachher erwähnte Buch ist betitelt: Ioannis Fabri episcopi Constantiensis in spiritualibus vicarii opus adversus*

stola, quam ad illum dedit, quam ut decem Fabri intelligant. Laudari se putat, ubi maxime suspenditur. Non addam, quod volebam; sed quid de disticho hoc in librum Fabri adversus Lutherum editum? Non dicam, cuius sit, si quidem nescio. Sed enim audi:

Fronte cares, si res agitur tibi seria; rursum
Mente cares, haec si ludis, amice Faber.

Erasmus quid scripserit, in manu omnium est. Senex est; quiescere vellet. Sed utraque pars eum trahere conatur. Ille humanis sectionibus adesse non vult. Et quis eum trahat? Quem fugiat, videt, quem sequatur, non item. Christum omnes eius libri sonant. Ac magis verisimile Lutherum studiis Erasmi adiutum, quam Erasmum illius. Timidus est, quia cunctator. Nunquam quicquam ex illius ore audio, quod non Christum sonet. Opiniones humanas quasdam habet. Francis plus favere videtur quam Germanis, quamquam omnes adiuvat ex aequo. Displicent ei concionatores quidam, qui et tibi placere non possunt, qui, cum indocti sint Lutherique causam adiuvare volunt, non modo non adiuvant, sed etiam euangelio nocent. Lutheranus esse non vult Erasmus, sed neque Antilutheranus, nisi adeo flagelletur ab iis, ut ferre amplius nequeat. Mirum vero, cur Germani adeo Erasmo infensi sint, quos adeo literis illustravit, cum tamen pulchellus ille Aleander[7] per totam Germaniam, aut certe magnam portionem, prope ut insultans victor iverit, a nemine lesus, multos interea ledens. Fumi sunt minae hae. In innocentem[8] Erasmum saeviunt et propterea nunc de eo tales rumores spargunt. Nosces tu fortassis Fabrum, quis sit. Suevus est, bonus vir. Sed nunc ad alia.

Vellem d*ominum* Thomam a Wittenbach ac Sebastianos duos Minoritas advocares[9]. Docti sunt, ut nosti. Cum Oecolampadio locutus sum. Habet in animo, ut veniat, quamquam certus non est[10].

13 audio] *ursprünglich* audeo — sonet] *ursprünglich* sonat.

---

nova quaedam et a Christiana religione prorsus aliena dogmata Martini Lutheri (Rom, in Campo Flore etc. 14. August 1522); vgl. das Nähere bei Horawitz, Faber S. 32 ff.

[7]) *Hieronymus Aleander (1480/1542), ein Italiener, der vielgenannte päpstliche Legat in Deutschland. Über ihn vgl. Brieger, Th., A. und Luther 1521. (1884) Kalkoff, P., Aleander gegen Luther (1908; daselbst weitere Literatur.) Leo X. sandte ihn 1519 nach Deutschland, Clemens VII. nach Frankreich; später war er noch zweimal Nuntius nach Deutschland.* — [8]) *Vgl. Bonifatius Amerbach, schon 1521, an Alciat: es soll ein Preis ausgesetzt sein, wer Erasmus fange und nach Rom führe; verum dii meliora! quid cum innocente? (was wollen sie dem anhaben, der niemanden etwas zu Leide tut?); Burckhardt, Bonif. Amerbach S. 20, 150.* — [9]) *sc. zur Disputation, als Beiständer. Wittenbach war Zwinglis einstiger Lehrer in Basel, jetzt*

Mirum in modum fefellit nos charta tua, in qua scripseras XIII. Kalendas Februarias venturam disputationem. Eam cum ubique sedulus apud amicos circumferrem, quidam viderunt ac Tigurum iverunt, fortassis mihi infensi, cum celeritas tua et te et me fefellerit. Christophorus[11] intervenit opportune, et a legatis ex concilio Helvetiorum allata memoria, quam tribunus plebis mihi ostendit, vir integer et vere Christianus. De Myconio quae scribis, doleo, si quid adversi illi contingit[12]. Vir est optimus. Si eum habere nequeo, fortassis Albertum illum[13] vocabo, quamquam audio illi nescio quod esse caput, nisi mutaverit, ut bene spero. Myconio nemo esset mihi gratior, quoniam iuventus illum lubens audit. Habeo autem tibi immensas gratias, quod in tantis negotiis tuis etiam amici memineris. Scripsi Vadiano eadem de re. Vereor tamen, ut [!] nihil adiuvare queat; nullius enim famam istic audio. Gaudeo Collinum falso apud me accusatum[14]; neque enim sunt, quos aeque amicos cupiam, quam humanos et doctos. Erasmo rem[15] proposueram, anteaquam tua altera afferretur epistola. Ille rem unius oppidi esse; gaudere, si bene cederet res Christi, ne in nervum iret, quod multi tentarent temere; de te bene omnia sperare, et quaedam communia dixit. Vereor te delatum apud istum. Coniicio de quodam; sed certi nihil habeo. Si tu mihi auscultabis, pauca aut, si placuerit, nihil ad illum scribito. Ita sunt mores illius. Hoc unum crede nunquam illum cum pontificibus rem Christi prodituram. Sunt in Luthero quaedam, quae ille abesse vellet, quaedam etiam, ut ab homine scripta, non placentia. Nec mirum, cum mediocris ingenii viri in Luthero quaedam desyderent. Ego, quid de pontifice Romano et Caesare aliisque hostibus Lutheri sentiat, probe scio. Verum, quo consilio nil temere audeat, quaerere

4 *vor* tua *gestrichen* fortassis — 12 tuis *übergeschrieben* — 15 sunt] *ursprünglich* est, *dann gestrichen und* sunt *übergeschrieben.*

Pfarrer in Biel; s. unten Nr. 305. Sebastian Hofmeister in Schaffhausen, vgl. Nr. 154, und Sebastian Meyer in Bern, Nr. 248. Die beiden Sebastian erschienen wirklich an der Disputation und zwar jedenfalls nur privatim, ohne obrigkeitlichen Auftrag, vgl. Bd. I, S. 445, 580 (Nachtrag); es ist also wohl möglich, daß Zwingli, dem Rate Glareans folgend, sie zum Erscheinen bewogen hat. — [10]) *Oecolampad erschien an der Disputation in Zürich nicht, wie er später (Nr. 280, Anm. 2) ausdrücklich sagt.*

[11]) *sc. Froschoverus, Buchdrucker in Zürich. —* [12]) *Seine Absetzung in Luzern, welcher zufolge er die Stadt verließ. —* [13]) *Albert Bürer; s. Nr. 274, Anm. 7. —* [14]) *Vgl. Nr. 150, Anm. 1 und Nr. 264, Anm. 2, Clivanus. Hier zum ersten Mal der Name Collinus, der dann üblich wurde. —* [15]) *Ohne Zweifel die Sache wegen der Disputation.*

distuli, nec scire fas est omnia. Matrimonii mei nondum poenitet. Studia etiam feliciter succedunt.

Sed iam vale.

Saluta nomine meo Io*annem* Iacobum Ammanum[16] oppido charum, Conradum[17] tuum et Luthenum[18].

Basileae ex aedibus nostris anno Christi M.D.XXIII. XIII. Kalen*das* Febru*arias*.

Quod ipse ad disputationem venire nequeo, non solum negocia in causa sunt, quamquam haec maxima, praesertim absque hypodidascalo, sed etiam morbus meus; qui etsi totus resedit, tamen equitationem nunc evitandam censeo, ne gravius decumbam.

Vale.

D*omino* Uldrico Zinglio, theologo Christiano,
amico nostro summo.

---

[16]) *Glareans Schüler, s. Nr. 91, Anm. 1.* — [17]) *sc. Fabrum, Komtur Schmid von Küßnacht; vgl. Brief vom 28. Oktober 1530.* — [18]) *Heinrich Lüti, Zwinglis Helfer, vgl. Brief vom 31. Januar 1527.*

271.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 21. Januar 1523.

---

†

S. mi Huldrice. Quocunque tandem spiritu ductus Wuneckius[1] in nostra sacraria irrumpat, mihi cum omnes disputationes parum probentur, utpote ostentationis et contentionis alumnę, tum hęc, quae nobiscum habebitur, minime, nisi, ut meretur, ridiculum quoddam sit carnispriviale[2], quod vocant. Quis enim bonus vir, cui Christiana mens et cui cordi est pax, quam nobis tantopere commendavit Christus ipse *[z. B. Marc. 9. 50]*, vellet temere in arenam descendere, unde commodi nihil, sannarum plaustra report*et*? Quid aliud in tali conventu speraretur? Beatus, qui non abit in consilium impiorum *[Ps. 1. 1]*. Aut non est hęc impietas: velle tam abominabiles idolorum et dogmatum statuas denuo excitare, velle sub ovium habitu et pietatis titulo iterum lupinam nobis rabiem invehere *[Matth. 7. 15]*, velle tam adversa Christianę sinceritati adeo pertinaci insania defendere? *Μὰ τὴν ἀλήθειαν, ἀκαδημίαι εἰσὶ τοῦ διαβόλου πορνεῖα, ὡς αὐτὸς ἔφα*[3]. Prudenter tu agis, quod domi tibi manendum censes[4]. Cavebit sibi a fecibus illis optimus quisque, tametsi oboleo, quid futurum sit. Triumphatores se dicent, et ex ioco nascetur serium. Pro victoribus venditabunt se plebi stultę, malas suas consuetudines semper nimium

2 sacraria] *ursprünglich* sacraraa — 4 *vor* nisi *gestrichen* probatur — 6 *vor* cordi *gestrichen* p — 8 report*et*] *et Ergänzung, da der Rand des Blattes zerfetzt ist* — 17 *vor* Pro *gestrichen* Item [?].

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 28. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 265 f.

---

[1]) *s. Nr. 264, Anm. 3 und Nr. 270, Anm. 1.* — [2]) *Carniprivium, et carnisprivium, tempus quo carnibus privari et ab iis abstinere incipiunt fideles ante jejunia Quadragesimae. Du Cange.* — [3]) *Nach Luthers Kirchenpostille, wo Erl. Ausg. 7², S. 311 zu lesen ist: „Darumb ist der Papst der rechte Antichrist und seine hohen Schulen des Teufels eigen Tabernen und hurhäuser". Eine Ausgabe der Lutherschen Kirchenpostille war 1522 in Basel bei Adam Petri erschienen.* — [4]) *Zwingli hatte daran gedacht, an der Disputation teilzunehmen; vgl. Nr. 268, S. 4. 8. 9.*

amanti. Ita malis artibus explantare vult diabolus, quod nondum recte plantatum *[Matth. 13. 24ff.]*. Tales nobis subornat Sanabalatos et Tobias *[Nehem. 2. 10]*, et ridiculos quidem, malignos tamen. Verum de his, quę hic, ita male auguror; de his autem, quę istic[5], bene spero; tantum citra contentionem negocium agatur. Nosti, frater, descendere Christum sicut pluviam in vellus, non esse turbulentum neque clamosum *[Jes. 42. 2]*. Opinor sapientissimum senatum tuum etiam nullo admonente et, ut aiunt[6], *οἴκοθεν κινούμενον* curaturum probe, ut reiectis forensibus scholasticisque ambagibus et strophis, vernaculo idiomate, brevibus et apertis verbis res agatur, et maxime, ut utrinque absint convitia et aliae litium materię. Alioquin quis felix futurus exitus? Obnubilata affectionibus pectora quomodo lucem videre possent? Quo pacto se hostibus suis crederet veritas? Quomodo *τοὺς ἀμυήτους καὶ ἀνοσίους ἐκείνους* intra adytum summus sacerdos admitteret? Audio enim contentiosos quosdam affore, qui mittentur istuc, non ut veritatem indagent, sed ut victores domum redeant, quibuscunque id artibus fiat. At tu, charissime frater, attende tibi ipsi et gregi tuo. Nihil moveare titulis illis magistrorum nostrorum doctorum, vicariorum, prelatorum. Umbrę sunt *καὶ ἐσώματοι σκιαί [Hebr. 10. 1]*. Quo plus titulorum, eo minus rei. Habes spectatorem Christum. Huic in causa optima fidito et soli placere satis puta. Serva erectum animum, serva et modestiam. Cęterum dominus, prout noverit utile, moderabitur negocium totum. Vides, quam te familiariter utor et arenam ad litus adveho, ipse nusquam rebus mei recte prospiciens; sed dabis amicicię. In Christo nec ineptire meum ingratum tibi esse potest. Dominum Cunradum, commendatorem[7], salvum esse opto.

Vale.

Basileę die s*anctae* Agnetis anno 1523.

Io*annes* Oecolompadius tuus.

Zwinglio, suo charissimo fratri.

11 *vor* absint *gestrichen* cessent — 14 *vor* ἐκείνους *gestrichen* τον — 16 *vor* istuc *gestrichen* ed — *vor* ut veritatem *gestrichen* to[?] — 21 Huic *ursprünglich in* hac *korrigiert, dann gestrichen und* huic *von neuem übergeschrieben.*

[5]) *Gemeint ist die erste Zürcher Disputation; vgl. schon Nr. 269, Anm. 1.* — [6]) *Nicht nachzuweisen.* οἴκοθεν *hier = sua sponte* — [7]) *Komtur Konrad Schmid in Küßnacht; vgl. Brief vom 28. Oktober 1530. Oecolampad kannte ihn wohl persönlich; er war im gleichen Jahr wie Schmid in Basel Lizentiat der Theologie geworden. Das Datum für Oecolampad, 31. Oktober 1516, gibt Herzog, Oecol. 1, 122; für Schmid vgl. Zwingliana 1, 462.*

272.

Papst Hadrian VI.[1] *an Zwingli.*

Rom, 23. Januar 1523.

Adrianus papa VI.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. Remittimus venerabilem fratrem Ennium, episcopum Verulanum, praelatum domesticum nostrum et apostolicae sedis nuncium[2], hominem prudentia et fide praestantem, ad istam invictam nobisque et huic sanctae sedi coniunctissimam nationem, ut de maximis rebus nos et eandem sedem totamque Christianam rempub*licam* concernentibus cum illa agat.

6 concernentibus] concernentem *Myconius, Bullinger.*

Das originale Breve ist nicht mehr nachzuweisen, obwohl noch Simmler zu der Kopie Bd. 7 seiner Sammlung bemerkt: „Autogr. adest in Bibl. Tig.“.

Abschrift Heinrich Bullingers im Autograph seiner Reformationsgeschichte vom Jahr 1574 (Stadtbibliothek Zürich bez. Msc. A. 16) S. 106 f.

Abdruck: Oswald Myconius, de d. Huldrichi Zuinglii . . . vita et obitu, vor den Epistolae 1536. — Gerdes. T. 7, P. 1 p. 195. — Sch. u. Sch. VII 266 f. — Hottinger u. Vögeli, H. Bullingers Ref.-Gesch. 1, 84. Der Text oben nach Bullinger unter Vergleich von Myconius.

---

[1]) *Hadrian VI. war Papst vom 9. Januar 1522 bis 14. September 1523. Vgl. Pastor, L., Geschichte der Päpste Bd. 4 (1907). Er war aufrichtig darauf bedacht, die religiöse Bewegung zu beruhigen. In diesem Sinne wird er auch das Breve an Zwingli erlassen haben. Nach Bullinger 1, 83 hatte der Papst von seinem Legaten Ennius über Zwingli Bericht erhalten und darauf durch diesen zwei Briefe nach der Schweiz gesandt: den einen an M. Franz Zink von Einsiedeln (der als Agent der Kurie früher deren Pensionen vermittelt hatte), damit er Zwingli für Rom gewinne, wofür ihm Versprechungen gemacht wurden, den andern, vorstehenden, an Zwingli selbst. Über das Breve, das er erst etwa im Mai erhielt (s. Anm. 2), äußert sich Zwingli an seinen Lehrer Wyttenbach, Nr. 305. Myconius in der Vita Zuinglii fügt bei, er habe Zwingli gefragt, was der Papst dem Zwingli versprochen habe, und die Antwort erhalten: „omnia certe praeter sedem papalem“. So weit gingen die Verheißungen doch kaum; s. J. C. Wirz, Ennio Filonardi (1894), S. 59 f., Pastor a. a. O. S. 101, Anm. 3. —* [2]) *Ennio Filonardi, Bischof von Veroli. Durch zwei Schreiben vom 24. Januar 1523 als Nuntius an die XIII Orte und an Luzern beglaubigt, wurde*

Licet autem ei dederimus in mandatis, ut ea communiter cum omnibus et publice tractet, tamen, cum de tua egregia virtute specialiter nobis sit cognitum nosque devotionem tuam arctius amemus ac diligamus ac peculiarem quandam in te fidem habeamus, mandavimus eidem episcopo, nuncio nostro, ut tibi separatim literas nostras redderet nostramque erga te optimam voluntatem declararet. Hortamur itaque devotionem tuam in domino, ut et illi omnem fidem habeat et, quo nos animo ad honores tuos et commoda tendimus, eodem tu in nostris et dictae sedis apostolicae rebus procedas, de quo gratiam apud nos invenies non mediocrem.

Datum Romae apud *sanctum* Petrum, sub annulo piscatoris, die 23. Ianuarii anno 1523, pontificatus nostri anno primo.

5 *Myconius stellt um:* nostras literas — 7 habeat] habeait *Myconius.*

Ennius erst anfangs April an die Schweizer abgeordnet, mit politischen Aufträgen; vgl. Näheres unten Nr. 295, Anm. 2.

273.

Melchior Macrinus[1] *an Zwingli.*

Solothurn, 25. Januar (1523).

S. D. Scripseram iam diu ante plenissime, quid in meo negotio[2] actum esset; sed quia commoditas ad te mittendi literas hactenus nobis defuit, post vulgatum illum rumorem nonnulla decernendi apud vos Christianismi negotia[3] decreveram ipse epistola esse. Verum nec hoc quidem concessum mihi est, quippe urgentibus me passim quum ludi πράγματοις [!] tum canonicorum meorum[4] importunitate. Summatim tamen prospere cuncta in hoc successerunt negotio, quod tu plantasti ac rigasti, deus vero incrementum dedit *[1. Cor. 3. 6]*. Ut autem singula acta sint, ex d*omino* Sebastiano Meier[5] intelliges, qui rei huius α καὶ ω fuit *[Apoc. 1. 8]*. Deus opt*imus* max*imus* conatus tuos prosperet.

Saluta Valentinum Scudum et Grebelium[6], et ecclesiam, quae apud vos est, Christi.

Salodori ex aedibus nostris 25. Ianuarii ἀντοσχεδίως[7].

Melchior Macrinus tuus.

D*omino* Huldricho Zuinglio, Tigurinae ecclesiae euangelistae, fratri in Christo carissimo.

4 esse *übergeschrieben.*

Zürich, Stadtbibliothek: Msc. F. 46 p. 208. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 267.

---

[1]) *s. Nr. 239, Anm. 1.* — [2]) *In Sachen der Disputation Macrins mit dem Dekan von Burgdorf zu Solothurn; s. Nr. 241, Anm. 4 und 5.* — [3]) *Gemeint ist die erste Zürcher Disputation.* — [4]) *Macrin scheint also von den Chorherren zu St. Ursus in Solothurn als Schulmeister angestellt gewesen zu sein. Den Dienst bei den Chorherren erwähnt er auch später, Nr. 288.* — [5]) *s. Nr. 248, Anm. 1. Meyer reiste zur Disputation nach Zürich.* — [6]) *Valentin Tschudi war bereits Pfarrer in Glarus; s. Nr. 240, Anm. 2. Er und Konrad Grebel (s. Nr. 27, Anm. 1) gehörten, wie Macrin, zum Kreise Glareans.* — [7]) *Die Jahrzahl 1523 nach* ἀυτοσχεδίως *scheint Zusatz von anderer Hand, ist aber richtig nach dem Inhalt des Briefes.*

274.

Glarean an Zwingli.

Basel, 26. Januar 1523.

Uldrico Zinglio Glareanus S.

Iratam epistolam scribo, non tibi, sed hostibus tuis, nec illis quavis de causa, sed ob iustam causam. Stetit ad solem Uldricus sacerdos[1], bonus vir, ad officinam fabri argentarii; advenit dochtor [!] Gebuilerus[2], dochtor Hänsly mitt den lampachten[3] höslijn. Rogavit aurifer, num universitas quem missura esset Tigurum ad congressum[4] illum. Homo tum bellus, ut est praeceps et iracundus: es wärind als[5] bůben, die gen Zürich uff die disputation giengent, dixisse fertur, und wär der Zwingli ouch ein bůb. Sacerdos tum modestiam ex eo postulavit, sed tantum abfuit, ut compesceretur, ut alia congesserit crimina: Zwingly wär ein bůb und hetty ketzery gepraedigot. At vero tum sacerdos poscere in testes et aurifabrum et famulum illius, nec multos post dies tibi haec scripturum sese stipulatus est. Haec ita ad me retulit sacerdos, nec interim usquam apparuit Gebuilerus ille mihi; atque id fortassis et commodo meo et illius. Neque enim continerem me, quin aliquid illi loquerer. Qui, etsi sit homo stultus planeque indoctus, tamen haec spargit, si non compescat eum quispiam. Si, ut non

9 ut alia] ut *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 119. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 267 f.

---

[1]) *Weiter nicht nachzuweisen.* — [2]) *s. Nr. 206, Anm. 3 und Nr. 270, Anm. 4. Hier ist gemeint Johannes Gebwiler von Colmar, immatrikuliert 1469, Baccalaureus 1470, Magister 1474, Dr. und Ordinarius der Theologie 1507, Dekan 1508, Rektor 1507, 1515/16 und 1522. Im Jahre 1507 hatte er eine Pfründe zu St. Peter mit dem theologischen Ordinariat erhalten. Vischer, Gesch. d. Univ. Basel S. 223 ff.* — [3]) *lampacht = schlaff herabhängend, vgl. Grimm: Deutsches Wörterbuch VI, S. 90. Id. III, S. 1274 f.* — [4]) *An die erste Disputation.* — [5]) *als = alles.*

dubito, res tua feliciter cesserit, poteris inire rationem cum senatoribus tuis, si a senatu unus alterve tecum huc mitterentur, ut iuri sisteretur. Invisus est senatui; nam priore aestate, cum ab universitate rector electus esset, senatus eum agnoscere noluit, coactaque est universitas alium vicerectorem (ita enim appellant) creare[4]. Caetera de illo caeterisque ganeonibus recitabit Iacobus ille[5], vir plane modestus et sane Christianus; neque enim volo nunc te diutius obtundere. Si adveniet vel Faber vel Gecckius[6], tracta illos, ut meruerunt; neuter Germanica lingua promptus est, ut aiunt, qui eos noscunt. Latine quod sciant, in promptu est. Non dubito te cum modestia omnia acturum.

Iam vale.

Basileae VII. *x*alen*das* Februar*ias* anno Christi M.D.XXIII.

Albertus Bürerius[7] mecum fuit; quare non est nunc opus, ut cum Myconio conferas quicquam, nisi ut me illi plurimum commendes.

Domino Uldricho Zinglio, theologo vere Christiano,
amico nostro summo — Tig*uri*.

17 Tiguri] *ur Ergänzung, da die Buchstaben durch Faltung des Briefes absprangen.*

---

[4]) *Vgl. Nr. 221, Anm. 5.* — [5]) *sc. Ceporinus?* — [6]) *Gemeint ist der bekannte Dr. Eck in Ingolstadt. Faber, der bischöfliche Vikar von Konstanz.* — [7]) *Albert Bürer, s. Nr. 270, Anm. 13. Der Anfangsbuchstabe B ist durch starke Verlängerung des oberen Bogens im Manuskript so entstellt, daß man beinahe Dürerius lesen kann (wie auch geschehen ist, Sch. u. Sch. VII 268), als wenn es sich um den Nürnberger Maler handelte. Davon ist keine Rede; Glarean suchte einen Lehrgehilfen (hypodidascalos in Nr. 270, Nachschrift). Bürer (Burerius), aus Brugg im Aargau, als Famulus Rhenans besonders aus des letztern Briefwechsel und durch die Rhenan erwiesenen Dienste, so bei der Emendation des Velleiustextes, bekannt. Vgl. Horawitz, B. Rhenan (1872), S. 24, Horawitz u. Hartfelder, Briefwechsel des B. Rhenanus (1886), S. 208f. auch oben Nr. 143, Anm. 4.*

275.

Zwingli an Albrecht von Landenberg[1].

Zürich, 2. Februar 1523.

Gnad, barmhertzigheit und frid Chriſti Jeſu ſye mit üch.

Üwer ſchriben mir geton[2] hab ich vernomen, als ich hoff. So ich aber üch antwurten beger, gegnet mir zum erſten das unwüßen üwers ſtands, den ich doch, ſo vil mir müglich, us den briefen und botten ermeßen; darnach, das ich nit weiß, wie ir üch wurdind oder möchtind enthalten, ſo ir ſölch ordnung üch beſchwärend verließind. Aber demm ſye allem, wie es welle, mein ich, mir zimme, mit üch chriſtenliche meinung luter und warlich ze reden. Heb alſo an: das vaſt alle mißbrüch erwachſen ſind us dem abgang von der leer Chriſti; denn ſo man das liecht verlaßt und hatt die vinſternus lieber dann das liecht *[Joh. 8. 19]*, iſt nit ein wunder, ob treffenlich geirret wirdt. Gott iſt an dhein ſtatt gebunden, nit gen Hieruſalem, nit gen Rom, iſt allenthalb, und die inn an eignen, usgezilten[3] orten zeigend, ſind valſch oder Antchriſten Mat. xxiiij. *[Matth. 24. 24]*. Darumm ein ſchlechte meinung iſt, Hieruſalem oder

4 mir] *urſprünglich* ein.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 1 (Zwingli-Schriften) Nr. 7. Aus einem Band S. 32. Siegelspur.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 269 f.

---

[1]) *Albrecht von Landenberg, Sohn des Frischhans (Studer, Die Edlen von Landenberg, Tafel V und VIII), Komtur des Deutschritterhauses Köniz bei Bern, verließ den Orden 1523 und trat in die Ehe (s. Anshelm, nachträgliche Ergänzungen bei Th. de Quervain, Kirchliche und soziale Zustände in Bern usw. 1906, S. 249). Weitere Angaben (nach gef. Mitteilung von Staatsarchivar Dr. Türler in Bern): Mittwoch nach Hilari 1519 verwendet sich der Rat von Bern beim Landkomtur H. R. von Fridingen, daß Landenberg, dem vor „verruckter zyt" eine Zusage („fürsehung") gegeben worden sei, zum Komtur von Köniz eingesetzt werde (Teutsch Missivenbuch O. fol. 138ᵛ). Landenberg wird 1521 einmal und 1522 zweimal urkundlich als Komtur erwähnt; aber schon Samstag nach Vincenz 1523 ist Heinrich, Vogt von Alten-Sommerow (= Hans Heinrich von Brasberg) Komtur (Urkunden „Köniz"). Vgl. E. F. v. Mülinen, Heimatkunde des Mittellandes 2, 76). —* [2]) *Das Schreiben an Zwingli ist nicht erhalten. —* [3]) *ausgewählten, besonderen.*

Rom behalten, ich wil gschwygen mit kriegen gwünnen. Hierusalem macht mir ein großen glouben imm euangelio, so es von den unglöubigen inn gehalten wirdt; dann Christus hatt geredt Luc. xxj. *[Luc. 21. 24]*: Hierusalem wirdt von Heiden getretten, bis die zyt der nationen erfüllt werdend. Jr sehend die Heiden da. Was wellend wir fechten, so wir sehend, das gott ein anders wil? Jst nun üwer orden uff Hierusalem angesehen, weiß ich nit, us was vernunfft oder geschrifft das grund hab; doch ist in dem ding etwas derselben zyt nachzegeben, die sich menschen sinn und wysheit hatt laßen verfüren, namlich gemeint, es sye ein großer gotzdienst, die helgen (allso habend sy sy genempt) stet stifften, beschirmen oder süchen, das doch vergeben, wie obstat. Daby ouch gemeine örden, rotten oder secten ansehen sye ein gotzdienst, so doch Christus redt Mat. 15. *[Matth. 15. 9]*: Sy erend mich vergeben, so sy mich erend mit den leren und gebotten der menschen. Was sind örden? Menschlich findungen; so sind sy och vergeben. Denn schlechtlich das wort Christi mag nit liegen[4] *[Hebr. 6. 18]*; menschlich leer und gbott ist vergeben. Örden sind menschlich leer und gbott; bschluß: so sind sy och vergeben. Hie hilfft ghein inreden. Verheißt einer einem menschen, wird imm schuldig ze halten; ja billych soltu dem menschen din gheiß halten als wol als gott, und gott als wol als dem menschen, aber inen beiden nun[5] das leisten, das gott gevellig ist; sust, wenn du gott verheißen wilt das, so er nit begert, mag zů dir gesprochen werden, wie Esa. j. *[Jes. 1. 12]* stat: Wer hatt das von diner hand erfordret? Gott ist nütz widerwertiger denn rotten, secten, örden, underscheid; dannenhar eim ieden menschen zimpt, zů aller zyt sich änig[6] ze machen deß, so wider gott ist, und sich in die fryen barmhertzigheit gottes laßen und sich derselben halten. Hieby las ichs blyben. Tůnd, als üch gott heißen wirdt. Vahend doch nützid an, das bärlich unrůw iemans bringen möcht; denn um gotz willen ist nit nun[5] ein klein zytlich gůt, sunder die gantz welt zů verlaßen. Nit me denn bewar und walt üwer gott! Möchte ich muntlich mit üch reden, welt ich üch wyteren bericht geben. Zürnend nüt von des titels wegen.

Geben Zürich 2. tag Hornungs M.D.xxiij.

Huldrych Zuingli, üwer all zyt williger.

Demm strengen, vesten, wysen N. von Landemberg, tütschen herren und commendator zů Cünitz, sinem günstigen herren, in *sin* hand.

18/19 *Die in Kursiv gesetzten Buchstaben sind Ergänzungen, da der Rand des Manuskriptes zerfetzt ist* — 21 gott gevellig] gott *übergeschrieben* — 35 *sin*] *in Ergänzung, da die Buchstaben durch Faltung absprangen.*

[4]) *lügen* — [5]) *nur* — [6]) *frei, ledig vgl. Id. I, S. 263.*

276.

Glarean an Zwingli.

Basel, 4. Februar 1523.

Zinglio suo Glareanus S. D.

Gratulor tibi, immo non tibi, sed euangelio, quod feliciter vicit[1]; ita benignus est Christus. Ternas nunc mitto literas[2]; ad quas quod nil responderis, non equidem miror, immo vero, ne sollicitus sis, velim. Gebuilerus ille[3], cum audit tragoediam illam et verba turpissima, quae de te dixit temereque effutivit, a me perscripta Tigurum, iniit suae sortis consilium. Tandem invenit eundum esse ad decanum summi templi, qui nunc senioris episcopi munia obit. De sacerdote Uldrico conqueritur, quod is verba sua aliter, atque dicta sint, interpretetur. Convocatur sacerdos; pro tribunali sedent in primis ille a Diesbach decanus[4], Liechtenfels[5], Andlow[6] et nescio qui alii pontifices et vicarii. Porro, ut res gesta erat, a sacerdote dicuntur [!]: dixisse in te et in nomen Tigurinum: „Es ſigent bůben unď lecker, die

4 turpissima] *ursprünglich* turpissimā — 6 eundum] eundem — 9 tribunali] *ursprünglich* tribut.

Zürich, Stadtbibliothek: Msc. F. 46 p. 98 f. Jetzt im Zwingli-Museum. Siegelspur. Abdruck: Sch. u. Sch. VII 270 f.

---

[1]) *An der Disputation vom 29. Januar.* — [2]) *Vgl. schon Nr. 270, Anm. 4 und Nr. 274, Anm. 2.* — [3]) *Vgl. Nr. 274, Anm. 2, wozu hier Ergänzendes folgt.* — [4]) *Nicolaus von Diesbach, Domdekan von Basel; vgl. über ihn Nr. 302, Anm. 11, dazu von Mülinen, Helv. sacra 1, 60. Dupraz, cathédr. de Lausanne 448.* — [5]) *„Nachzuweisen sind zwei Domherren dieses Namens: Cornelius, über den Kindler von Knobloch, Oberbadisches Geschlechterbuch 2, 500, handelt, und Johann Mathias, für den 1509 bei seiner Bewerbung um eine Basler Domherrnpfründe ein Adelszeugnis ausgestellt wird, Staatsarchiv Basel, Domstift VIII. 17". (Notiz von Dr. Wackernagel).* — [6]) *„Ein Heinrich von Andlau, Domherr, wird 1474 genannt, vgl. Basler Chron. 2, 142; ein Jakob von Andlau bewirbt sich 1488 um eine Dompfründe; a. O. O., Domstift VII. 34". (Notiz von Dr. Wackernagel).*

diß disputation angesechen heigint, und der Zwingli si ein bůb und heigi kätzery gepraedigot". Tum admonitum, ne talia diceret in urbem Tigurinam et in te; adesse homines hic, qui talia pati nequeant. Cum ab insania non desisteret, dixisse Glareanum haec statim scripturum, si rescierit, atque adeo dein dixisse mihi, meque scripsisse. Multa alia effutivisse dicitur. Sed ad omnia fortassis connivendum erat, si de heresi tacuisset, quamquam urbi Tigurinae neutiquam silendum existimo, quam puto optimo animo haec et voluisse et mandasse. Dicitur flevisse ante episcopum. Tu videto, quid in re tali agendum censeas. Ego sane velim obstrui os talibus, qui ubique haereticos euangelicos appellant. Nunquam interim visus est dochtorculus [!] ille; invisus senatui alicubi sedet domi suae. Episcopus sane cum audiret civitatem Tigurinam his verbis petitam laesamque, concilium dimisit. Ego, ut certus scriberem, adii aurifabrum eum, qui una cum famulo haec audierat. Uterque idem asseverat constantissime te haereticum appellitasse. Priorem tamen propositionem sic variant, ut alii dicant, ita eum verba protulisse: Es wirt niemant uff die disputation gan, dann lecker und bůben. De te nihil variasse, sed identidem appellitasse ein kätzer und ketzery gepredigt, und eim biderman sin wib entfůrt, und by ir kind gehebt, drum daß man üch[7] kein wib heig wellen laſſen. Contentio cum sacerdote aliquamdiu duravit; sed testimonia in eum sunt manifesta, quamquam famulus plura audierit, quippe cui est familiaris stultus ille magister, duntaxat de haeresi testatur, quod saepius te haereticum appellitaverit haereticasque tuas conciones. Bone, si ocium tibi suppetet, scribito mihi, quid Valentinus[8] noster Glareanae plantet, quem credo euangelium sedulo praedicare. Sed nolo diutius te obtundere.

Vale felix.

Erasmus pituita vexatur, de quo plura tibi. Tu de illo optima speres. Bonus est, noster est[9].

Basileae anno Christi 1523, pridie Nonas Februarias.

Salutat te S. P. Q. R.[10]

Uldrico Zinglio, theologo Christiano. Tiguri.

6 erat] *ursprünglich* erāt — 12 alicubi] *ursprünglich* alib, *dann* ubi *einkorrigiert* — 21 aliquamdiu *übergeschrieben, im Texte gestrichen* multis horis.

---

[7]) *sc. den Klerikern.* — [8]) *sc. Tschudi; vgl. Nr. 10, Anm. 1 u. Nr. 240, Anm. 2.* — [9]) *Vgl. Nr. 270, Anm. 15.* — [10]) *Vgl. Nr. 147, Anm. 8.*

277.

Kaspar Hedio an Zwingli.

Mainz, 10. Februar 1523.

Salve in Christo. Sive hoc occupationibus ascribam, quę tamen mediocres sunt, sive tabellariis, quę communis est excusatio, certe iam diu nullas ad te literas dedi[1] neque tu contra ullas ad me, Zuingli, in Christo frater charissime. Neque vero tam infirma est amicitia nostra, ut huiusmodi adminiculis egeat apud eos cumprimis, quos eadem professio et idem ministerium arctissime conglutinat. Nulla mihi obrepsit oblivio tui, neque tu patiebaris, etsi hoc ambivissem, ędităs in publicum aliquot eximiis libellis, partim Germanice, partim Latine scriptis. Legi „De delectu ciborum“, legi „Architelem“ contra Constantiensem bullam, „Apologeticon“ videlicet[2]. Supra modum placuit, ubi olfacere potui, quid tu *περὶ τῆς κυανοχαίτου*[3]. Nuper vero amici Basilienses scripserunt decretum per senatores tuos, ut concionum tuarum publicam reddas rationem[4], inque hoc vocatos Constantienses. Neque hoc displicuit, quandoquidem scio te libentissime hoc facturum vel Petri praecepto *[1. Petr. 3. 15]*. Et est, quod sperem inde plurimum utilitatis toti Germanię. Erit hoc pulchrum exemplum

5 cumprimis *am Rande nachgetragen* — 11 περὶ τῆς κυανοχαίτου] περὶ τοῦ κυανοχαίτης.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 109. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 271f.

---

[1]) *Seit 21. Dezember 1520 (Nr. 166) fehlen Briefe Hedios an Zwingli.* — [2]) *Abdruck Bd. I, S. 74ff., 249ff.* — [3]) *„Die Schwarzlockige“, vielleicht die Römerin, von der Hans Haab im „Gyrenrupfen“ ciij (vgl. über diese Schrift Bd. I, S. 448 u.) spricht, wenn er Faber fragt: „Sind sine (Zwinglis) schlußreden unchristenlich, wie magst du und din frow, die mit dir von Rom kummen ist, sy erlyden? wie dz jr sy nit mit der gschrifft widerfechtend?“* — [4]) *Der Rat von Zürich beschloß, auf Zwinglis Ansuchen, die erste Disputation auf 29. Januar 1523 auszuschreiben; vgl. Bd. I, S. 442f.*

et aliis civitatib*us*[5]. Passim enim sunt, qui Christum asserant et huius nomine seditiosi, irreverentiales, heretici et huiusmodi convitiis sexcentis traducuntur. De me nihil dico, qui in medio nationis pravę, distortę et adulterę inque domo ipsa exasperatrice *[vgl. Ezech. 2. 8]* versor. Hostes habeo pertinacissimos, qui nullum non movent lapidem, quo me perdant, non aliter, quam Amasias contra prophetam Amos *[Amos 7. 10ff.]* agebat; sed frustra, inquit ille[6], sine viribus ira. *Κύριος ἐμοὶ βοηθός [Ps. 118. 7]*. Rursus vero non desunt, quibus sum bona fragrantia[7]. Vocatus fui superioribus diebus ad aliquot conditiones non minus honestas; tamen animus est adhuc hic docere Christum, si ita visum est domino, sperans non obfuturum rebus innovandis, quando hic metropolis et prima Germanię cathedra, etsi ubique Christi bonitas et misericordia, cui mea industria nec vult nec potest modum prescribere. Tu, quod facis, fortissime vir, leva signum, praedica et noli celare. Cur enim tandem et perpetuo operarii isti iniquitatis moerere faciunt cor iusti mendaciter, quem dominus non contristavit, et confortant manus impii *[Ezech. 13. 22]*? Gratia deo, qui talem spiritum in te suscitat. Decretum Nornbergę de instituendo generali concilio[8], quod intra spacium anni incipiet, pontifex cogetur annuere, ni velit periclitari suum in Germanos imperium. Ubiubi fuerit, volente domino conveniemus. Sunt, qui putant Moguntię futurum, sunt, qui Nornbergę, et is locus omnium maxime videretur convenire. Senatus istic, ut audio, omnium prudentissimus et populus pulchre praeditus Christiano iudicio. Rogaverim te per Christum, ut seriem disputationis tuę mihi scribas futuris nundinis. Avidissime hoc scire cupit ecclesia fratrum hic, qui omnes Zuinglium amant, venerantur et adorant, ego vero inprimis[9]. Inscitia Constantiensium iam olim mihi perspecta. Ego, qui nihil sum, haud magis curem istos, *ὡς εἴ με γυνὴ βάλοι, ἢ πάϊς ἄφρων* etc.[10]. Eximium virum, Cunradum Fabri[11], haud dubie a partibus tuis stantem, m*agistrum* Leonem Iud*ae*, et

7 ἐμοί] ἐμοι — 12 etsi *übergeschrieben* — *vor* Christi *gestrichen* vera — 25 *vor* Avidissime *gestrichen* hoc — 27 ego vero inprimis *übergeschrieben* — 29 Cunradum] *das erste* u *ist griechisch (υ) geschrieben.*

---

[5]) *Ähnlich äußert sich Hedio am 4. April nach Empfang der gedruckten Akten, Nr. 292, Anm. 2.* — [6]) *Siehe Titi Livii ab urbe condita libri I 10, 4: Sed effuse vastantibus fit obvius cum exercitu Romulus levique certamine docet, vanam sine viribus iram esse.* — [7]) *Anklang an Stellen wie 2. Cor. 2. 14 f.* — [8]) *Vgl. Deutsche Reichstagsakten, jüngere Reihe 3, 746. Der Wortlaut der Abschiedstelle Bd. I, S. 492, Anm. 1.* — [9]) *Vgl. F. Herrmann: Die evang. Bewegung zu Mainz im Reformationszeitalter (1907).* — [10]) *Homer, Iliad. XI 389.* — [11]) *Konrad Schmid, Komtur zu Küßnacht; s. Brief vom 28. Oktober 1530, auch Zwingliana 2, 65 ff.*

quotquot invocant nomen domini *[1. Cor. 1. 2]*, ex me salvere iubeas. Christus opt*imus* max*imus*, te diu nobis incolumem servet.

Vale, vale.

Moguntię 1523, 10. Februarii.

Caspar Hedio, concionator Moguntinus.

Clarissimo theologo, Huldricho Zuinglio,
episcopo vere apostolico apud Tigurinos,
fratri suo in Christ*o* charissimo.

8 Christ*o*] *to Ergänzung, da die Buchstaben durch Faltung absprangen.*

278.

Otto Brunfels[1] an Zwingli.

Neuenburg im Breisgau, 13. Februar 1523.

Otho Brunfelsius S. D. Vehementer probo constanciam tuam atque animum illum in te vere invictum et Christianum. Sic perterrendi sunt hostes Christi, perstandum est, perrumpendum, audendum! Hac una re tantum est opus, ut perseveremus et ne sinamus extorqueri nobis gladium verbi dei, atque sic fiet, ut sponte concidant triumphemusque nos. Utinam exemplum tuum ceteri sequantur, qui iactant ab euangelio se esse! Certe huc ventum est, ut non omnino sit male sperandum nobis. Passim floret euangelium, preterquam apud

3 est *übergeschrieben* — 6 *vor* triumphemusque *gestrichen* fortu — tuum *am Rande nachgetragen.*

Zürich, Stadtbibliothek: Msc. F. 46 p. 62f. Siegelspur. — Außen unter der Adresse ein Vermerk von alter Hand: „Doctorum litterae in Germania".

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 272f.

---

[1]) *Otto Brunfels, der Sohn eines aus Braunfels bei Wetzlar zugezogenen Mainzers, war in Mainz gegen den Willen des Vaters Karthäuser geworden, nach etlichen Jahren aber aus dem Orden wieder ausgetreten (vgl. Nr. 215, Anm. 2). Als Verehrer Huttens erhielt er von diesem die Pfarrei Steinheim oder Steinau an der Straßen unweit Steckelberg behufs Verkündigung der evangelischen Lehre. Dann findet man ihn bei Nesen in Frankfurt, der ihn am 10. Juli 1522 an Zwingli empfiehlt (oben Nr. 215, Anm. 2). Er kam jedoch nicht in die Schweiz, sondern wurde von Freunden in Neuenburg am Rhein als Prediger festgehalten. Hier unter der österreichischen Regierung war seines Bleibens nicht; er ging bald nach Straßburg, wo er sich literarisch als Lehrer der alten Sprachen betätigte. Nachdem er 1530 in Basel als Doktor der Medizin promoviert, kam er als Stadtarzt nach Bern; am 23. November 1534 starb er daselbst. Er hat Namen als einer der frühesten deutschen Botaniker. Vgl. Steitz, Frankf. Archiv 4, 118ff. 158f. 6, 123f. Förstemann und Günther, Briefe an Desiderius Erasmus (1904), S. 311. F. Roth, Die Schriften des O. B. (Jahrb. f. Gesch., Sprache und Literatur Elsaß-Lothringens 1900). L. Keller, O. B. (Monatshefte der Comenius-Gesellschaft 1899).*

inferiores Germanos et Brischoios. Sed et illis quoque restituet mentem Christus. Dimidius annus est, quando cum commendaticiis literis iussit, ut ad te irem, Nesenus[2], communis noster amicus. Ab amicis autem retentus sum in opido Nuenburgo, quanquam necdum desponderim illuc animum, ut eam. Si enim perseveraverit persecucio illa, que apud nos iam regnat, atque locus mihi fuerit relictus suffugii, non spernam illud consilium Christi, ut fugiam de una civitate in aliam *[Matth. 10. 23]*. Spero autem apud vos liberum mihi esse et scribere et dicere, que euangelica et sediciosa non sunt. Condicionem meam tibi scripsit fortasse Nesenus; aut si non scripsit, aliunde aliquando scies, quam ex me. Credo, si me noveris, sponte aliquando me accersies. Novarum rerum nunc nihil habeo, nisi quod pessimo omine captus est senior filius Siccingii[3] ab Palatino tyranno et quidam eciam alii prime sortis, in quibus omnem spem suam collocaverat Franciscus. Multa nobis de hoc viro spes fuit, sed ruunt et labuntur illius omnia, et nedum illius, sed omnium, qui iam euangelium amplectuntur. Huttenus noster male habet, et nos alii passim profligamur. Exibilamur per omnes terras, et certe nescio, quid sit mihi suspicandum mali. Spiritus Christi cum spiritu tuo! Amen.

Bene vale.

Saluta Leonem[4] et omnem Christianum fratrem.

Raptim domo Franciscorum.

Nuiburgi Brischoiorum. Idibus Februariis *anni* 1523.

Integerrimo ac longe doctissimo Vlricho Zwinglio, concionatori Tiguriensi, amico candido et pio.

5 *vor* illuc *gestrichen* huc — 12 *vor* nisi *gestrichen* nescio — 14 spem *übergeschrieben* — 17 male habet *übergeschrieben; im Texte gestrichen* profligatus est — 18 *über* terras *ein* o *gesetzt. Wollte Brunfels in* terrores *korrigieren?* — 19 *vor* Spiritus *gestrichen* Spr.

---

[2]) *Vgl. Nr. 15, Anm. 1.* — [3]) *Der älteste Sohn Sickingens hieß Schweikart. Nicht dieser wurde gefangen, sondern der mittlere, Hans, und zwar durch den pfälzischen Vogt Wilhelm von Habern. Strauß, U. von Hutten[3] S. 485f.* — [4]) *sc. Iudae.*

279.

Glarean an Zwingli.

Basel, 14. Februar 1523.

Zinglio suo Glareanus S. D.

Mirum vero, cur tandiu nihil abs te literarum accipiam. Scripseram ego tibi de Gebuileri doctoris negotio[1], id quod ex Christiana charitate debui, tuam et cuiusvis proximi famam indigne lesam defendere. Scripsi tamen modeste, atque ita scripsi, ut nihil adderem, quam quae testibus fide dignis probare possum. Et neque rem exaggeravi, ut plaerique solent. Denique in id feci, ne aliis plus fidei dares, qui fortassis plura, quam ego scripserim, retulere; quanquam

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 112. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 273 f.

---

[1]) *s. Nr. 274, Anm. 2 und Nr. 276, Anm. 3. Der weitere Verlauf des Handels war dieser: Zürich klagte wegen Verleumdung Zwinglis gegen Dr. Johannes Gebwyler beim Domdekan in Basel. Dessen Coadjutor von Diesbach (s. oben Nr. 276, Anm. 4) brachte das Schreiben im Kapitel vor und berichtete dann am 20. Februar nach Zürich: schon vor Eingang des zürcherischen Briefes habe er die „angezeigten" Worte Gebwylers vernommen und diesen zur Rede gestellt; Gebwyler habe aber versichert, solche Worte seien ihm nicht in den Sinn gekommen, und er gönne Zwingli, seinem einstigen Schüler, noch immer Gutes. Jetzt, nach eingelaufener Klage, werde er, der Coadjutor, den Gebwyler, der sich auswärts befinde, abermals vorladen, sobald er nach Basel zurückgekehrt sein werde. Wirklich tat der Coadjutor das; er berichtet darüber am 27. nach Zürich: Gebwyler versichere abermals seine Unschuld; man möge den alten, wackeren Priester schonen usw. Ähnlich und auch am gleichen Tage erließen auch Rektor und Regenten der hohen Schule für ihren „Mitregenten" eine Fürschrift nach Zürich. Am ausführlichsten aber entschuldigte sich Gebwyler gleichzeitig selber; er gibt nun doch die ihm vorgeworfenen Reden wesentlich zu, verbirgt sich aber hinter die „Fürworte", d. h. er habe seinen Reden ausdrücklich den Vorbehalt beigefügt: „wo es sich also verhalte". Der Briefwechsel, Egli: Aktens. Nr. 335, 340, 341, 342. Gebwyler nennt sich Doktor der heiligen Schrift, Chorherr zu St. Peter in Basel. Dieser Brief ist der letzte von Glarean an Zwingli. Man spürt, daß der Schreiber seine Stellung zu den beiden Richtungen der Zeit zu ändern beginnt.*

id nimium, quod ille dixit, et quod nescio, an bonus ullus vir vel ageret vel pateretur. Sentio poenitere eum, ac apud amicos vehementer detestari, immo vero nescire se, si unquam tam demens fuerit, ut talia exciderint verba, dicere. Id cum saepe apud amicos quosdam meos protestatus sit, dolere se, si dixerit, ac revera nescire se, si dixerit, intercesserunt amici mei, ut id amiciciae darem ac nomine cum illorum tum meo apud te intercederem, lenires iram, iustam quidem illam, sed fortassis condonandam amicis, praesertim cum testimonio bonorum virorum facile is ad palinodiam apud eos, ad quos talia dixerit, adigi possit et is etiam nunc poenitentia ducatur, quanquam satis sera, ut verum fatear. Accidit illi, quod plaerumque senibus delyris: cum omnibus temporibus non admodum frenatae linguae fuerit, nunc maxime stultescat. Id quod in Woneckio[2] propemodum adsimile coniicimus. Haec ita a me scripta intelligas velim, ut ab eo, qui amicis id dederit; sed tamen, ut de tuo tibi iure nihil derogare voluisse me prorsus putes. Sint tibi omnia integra. Ego intercedo tantum. Omnia in tuo sint arbitrio. Omnia, ut consultissima putaveris, facito. Amicis denegare id non potui, quibus obsequi in tempore prudentis est. Nihil dissuadeo, ne levitatis me quis arguat. Intercedo tantum, si commodum tibi videbitur, nec illius causa, qui nunquam quicquam de me meruit, sed amicorum. Tu omnia boni consulas, etiam atque etiam oro.

Vale felix.

Basileae ex aedibus nostris anno Christi M.D.XIII. ad decimum sextum Calen*das* Martias.

Salutat te S. P. Q. Rom.[3], quem nuper egregium institui.

D*omino* Uldrico Zinglio, theologo vere Christiano,
ecclesiae Tigurinae episcopo, amico nostro summo, Glare*anus*.

11 illi] *ursprünglich* illis.

---

[2]) *s. Nr. 264, Anm. 3, Nr. 268, Anm. 2, Nr. 270, Anm. 1 und Nr. 271, Anm. 1.* — [3]) *s. Nr. 147, Anm. 8 und Nr. 276, Anm. 10.*

280.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

(Basel), 16. Februar (1523).

†

S. in Christo. Narraverunt mihi fratres, dulcissime Zwingli, disputationis vestrę[1] totam historiam, et iterum gratulandi materiam nactus sum. Evenit, ut sperabam, neque certior ulla mihi spes fuit. Sciebam Christum causam suam non derelicturum; prope est omnibus in veritate sese invocantibus *[Ps. 145. 18]*. Caeterum, quod ego non comparuerim[2], opinor non opus esse alia excusatione, quam non satis opportune literas tuas redditas; nam de negociis et hyemis sęvicie non admodum conquerebar. Verum etiamsi affuissem — ut audio, tam inermes prodierunt adversarii, ut prępropera tibi sit occasio robur viresque tuas experiundi[3]. At quid non imbelle et languidum, quod veritati se opponit? Quam quia tu semel defensandam suscepisti, certissimum habes, quod et te tuebitur sęvientibus etiam omnibus inferi portis *[Matth. 16. 18]*. Desideratissimum mihi est colloquium tuum; idcirco, quam primum feriatus fuero, animus mihi est te invisendi, ut animum meum aliquanto notiorem habeas, quam literę indicare possunt.

Tu interim vale cum omni ecclesia tua ecclesięque tuae magistris, quorum charitati ac precibus commendatus esse cupio.

Iterum vale.

In die Iulianę martyris.

Tuus Io*annes* Oecolampadius.

Vdalrico Zuinglio, Tigurinę ecclesiae vigilantiss*imo* pastori, suo in *Χριστῷ* dilectissimo fratri.

7 *vor* literas *gestrichen* uenisse — redditas *am Rande nachgetragen* — 13/14 tuum idcirco *übergeschrieben* — 19 *nach* Iulianę *ist* virg. *gestrichen*.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 126. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 274.

[1]) *Am 29. Januar 1523. Die dem Briefe fehlende Jahrzahl kann also nicht fraglich sein.* — [2]) *Vgl. Nr. 269, 271 die von vornherein der Disputation abgeneigte Stimmung Oecolampads.* — [3]) *Weil dem so war, gab Zwingli die „Auslegung" seiner Schlußreden in den Druck; s. Bd. I, S. 447 (unten). Bd. II, S. 1.*

281.

Zwingli an Werner Steiner[1].

Zürich, 19. Februar 1523.

S.

Non sum nescius, carissime Wernhere, quam recte de Christi doctrina sentias. Unde hac parte monitore opus non habeo; ita enim de te persuasus sum sentiendum esse, ut de pio Christi discipulo, qui cupiat cunctos Christo lucrifacere, nisi quosdam perniciosa cęcitas in transversum ageret, qui secundum, quod cęci sunt, videntibus etiam dicunt: videte nobis falsa et vana, praedicate nobis errores, dicite nobis placentia *[Jes. 30. 10]*! Christum unicum animarum nostrarum prę-sidium exibilant, Christi praecones contumeliis adficiunt, quin eo (proh dolor) ferocię veniunt, ut proximum quemque parum humaniter tractent. Nihil possunt apud quosdam divina iura, humana vero (ius naturę intelligo, ne forte fortuna putes me de Antichristorum traditionibus loqui) ita proculcant, ut de eis nihil melius, quam de crocodilis, tigridibus, leonibus, ursis sperare audeam. Sed sunt ista mundi huius mala, quibus deus fideles suos probat. In Christo dico, non mentior *[Röm. 9. 1]*, nullum nos dolorem tantopere macerare, atque quorundam Helvetiorum incredulitatem; ea me omni momento comitatur, flagellat, terret, non certe, quod mihi male timeam, sed quod illis. Iam enim veluti ob oculos volat omne genus mali; nam malignitas non longe abest, apud proximum quemque habitat; pęnę autem et adflictiones adeo mina-citer nos expectant, ut, si nos pro sua atrocitate aliquando excipiant, vereor [!], ne non ferre possimus, et tamen ferre cogamur *[1. Cor. 10. 13]*. Fiat voluntas tua, domine! — Franciscus[2] rem omnem fideliter, non

3 te *übergeschrieben* — sentiendum *korrigiert statt* sentire — esse *über-geschrieben* — 5 etiam *übergeschrieben.*

Zürich, Stadtbibliothek: Msc. F. 42 p. 291. Siegelspur.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 274 f. — Mitteil. des Vereins für Anhalt. Geschichte Bd. V (1891), S. 602.

[1]) *s. Nr. 218, Anm. 1.* — [2]) *sc. Zink (?); vgl. Nr. 186, Anm. 1.*

dubito, reddidit; quapropter admonitione nostra opus nihil habes. Ego articulos istos nunc die noctuque laboro, ut explicem[3]. Ibi tu quoque communem Christum orabis, ut me labi nusquam sinat; erit enim veluti farrago omnium opinionum, quę hodie controvertuntur[4]. Scribo autem Germanice; nam conclusiones quoque Germanica lingua prodierant. — Faber Constantiensis vehementer audax est ad effutiendum, quicquid in buccam venerit; sed nactus erit aliquando ultorem et incidet in cotem novacula, quanquam ita inops est sane doctrinae, ut mihi videatur, quicquid aliquando doctus fuit in re Christiana, dedidicisse Romę[5], nec iniuria; quid enim Rhomę cum Christo? Hunc si illo ausus fueris portare, mirum, ni vapules. Novi nihil est, quod scire te magnopere referat; si vero quid occurret, certiorem reddam. Constantia suum apostolum habet, Vannium, praedicatorem[6], quem etiam contra pontificos scribas et Pharisęos fortiter defendit; hinc futurum spero, ut fori Constantiensis rabulę sint brevi minores futuri.

Saluta nostro nomine Bar*tholomaeum* Stockerum[7], et quę apud vos est, Christi ecclesiam, quam et firmabis indesinenter sana doctrina et docebis, ne sibi metuant, tametsi pusillus grex sint *[Luc. 12. 32]*. Ego enim tot negociis implicor, ut hac vice nihil ad eam scribere liceat; qum vero dabitur, lubens ad eam scribam. Servet te Christus cum ea incolumem.

Ex Tiguro 19. die Febr*uarii* MDXXIII.

Huldr*icus* Zuinglius, tuus.

Pisces optimos[8] misisti dono, gratia deo, qui, ut gustum delectant, ita animam letificant, quod ab amico tam nostri studioso missi sunt. Hęc ab utroque tibi dicta accipe, puta, tam a Leone[9] quam a nobis.

Iterum vale.

An den wolgelerten meiſter Wernher Steiner zů Zug, ſinen günſtigen herren.

13 *vor* suum *gestrichen ein undeutliches* suum.

---

[3]) *„Auslegen und Gründe der Schlußreden“ ist der Titel der alsdann im Druck erschienenen Arbeit; s. Bd. II, S. 1ff.* — [4]) *Ähnlich sagt Zwingli im Vorwort des „Auslegens“: „denn in disen schlußreden vast alle die größesten spän, die man zů unserer zyt hat, vergriffen sind“; Bd. II, S. 2 (vgl. Bd. III), S. 16.* — [5]) *Johannes Faber, der bischöfliche Vikar, hielt sich im Winter 1521/22 in Rom auf; s. Bd. I, S. 189. K. Schottenloher, Joh. Fabri in Rom (Archiv f. Reformationsgeschichte Bd. 5, S. 31ff.).* — [6]) *Johannes Wanner, Domprediger; s. Nr. 209, Anm. 1.* — [7]) *Frühmesser in Zug; s. Nr. 212, Anm. 1.* — [8]) *Die Zuger „Rötel“, eine Art kleiner Forellen, sind noch heute geschätzt.* — [9]) *Zwingli hielt sich oft bei Leo Jud auf; vgl. Nr. 284, Anm. 6.*

282.

Johann Alexander Brassicanus[1] *an Zwingli.*

Konstanz, 20. Februar 1523.

Ὑγιαίνειν. Quum nuper Constantiam venissem, eruditissime Zuingli, reperi apud Fabrum meum[2] (sic enim apellare soleo, quemcunque tandem honestissimorum studiorum societate mihi devinxero) epistolam quandam tuam[3], ut amicam ita et amicis omnibus exhibendam. Quam cum integram perlegissem, nimirum ita tibi deditus, ut summa cum attentione, quicquid ex officina tua prodierit, evolvam, admiratus sum et ingenii tui dexteritatem et iudicii non vulgaris integritatem inęstimabilem. At unum est, quod isthic mire mihi displicuit, si tamen hoc est displicere, quod in tali amico cupias emendatum esse, qui cęteros item velit et possit emendare. Atque is est ille scopulus, in quem te nolim impingere, pręsertim qui tam inconcussa sententia regulam illam euangelicam tueare. Minaris Fabro nostro nescio quas invectivas. Addis aliquot e doctis tecum expostulasse, quo mores illius omnes tanquam in tabula depictos orbi proponas; quasi sit hoc euangelicum hominem esse statim traducere, quem non possis in tuam sententiam perducere. Nosti, mi Zuingli, quam verum sit hoc Platonicum[4], si tamen non Plutonicum videbitur illis, qui bonarum literarum caussam tam odioso negocio coniunxerunt: φθόνος ἔξω θείου χοροῦ ἵσταται; neque ego ignoro, quam eruditionem tuam insigni modestia pręmunieris. Quamobrem, si quid est, quod per

12 tueare] *das* a *einkorrigiert statt* r.

Zürich, Stadtbibliothek: Msc. F. 46 p. 56 f. Siegelspur. Verschickungsschnitte. Abdruck: Sch. u. Sch. VII 276.

---

[1]) *s. Nr. 167, Anm. 1.* — [2]) *Johannes Faber, der bischöfliche Vikar.* — [3]) *Dieser Brief Zwinglis ist verloren.* — [4]) *Plato, Phaedr. 247 A.*

Christum a te queam exorare, certe nihil est uspiam, quod tantopere cupiam, quam ut a Fabro nostro tibi temperes, homine tantum laudando, quantum intelligi virtus potest. Quod si me tanquam Homericam illam Palladem[5] postica monitione condocefacientem aversaris ac in Fabro deturpando perrexeris, ego quidem, quod ad me pertinet, Fabro meo non deero neque parvo cum vitio deesse potero, quanquam illi prȩsidiis euangelicis ampliter instructo nihil opus sit nostris machinis. Audio iam vulgum etiam exclamare nihil aliud euangelium esse quam pacem atque tranquillitatem. Porro quȩnam gravior tempestas, quis turbo perniciosior esse poterit, quam hominem iuxta doctum ac innocentem mundo deridendum propinare! Hȩc ad te scribo, mi Zuingli, quo conceptȩ dudum de te honorificȩ opinioni strenue respondeas, ne fors arrepto calumniandi negocio ab euangelica synceritate excidas.

Bene vale et nos ama, quiqui te semper observabimus, si tamen ipse te, quod soles, observaris.

Ex Constantia anno a nato Iesu MDXXIII Februarii die XX.

Tuus ex animo Ioannes Alexander Brassicanus,
literarum doctor.

Eruditȩ pietatis ac pię eruditionis Huldericho Zuinglio,
amico cum primis observando. Duregi.

7 ampliter *am Rande nachgetragen* — 19 literarum] l. l. — 21 observando] *o Ergänzung, da der Buchstabe infolge Faltung des Briefes absprang.*

[5]) *Homer, Il. I 197 ff.*

283.

Zwingli an Urban Wyß[1].

Zürich, 24. Februar 1523.

S. Mox, ut nuper scripseram[2], reddebat me quidam rerum tuarum certiorem, ut putabat, quod iam per concepta verba revocasses hoc, quod per Christi spiritum recte sentis, quae me res vaehementer contristabat, donec petitionis tuae ad vicarium[3] missae copiam abs te acciperem. Ibi sensi eum, qui me paulo ante certiorem fecerat, per

Das Autograph ist nicht zu finden, obwohl noch Simmler es vor sich hatte (er bemerkt zu seiner Kopie: Ex autogr. Zuinglii, quod extat in Bibl. Simler. Tiguri). — Abschrift Rudolf Gwalters, des Tochtermannes Zwinglis, auf dem Schlußblatt des einst ihm gehörigen Exemplares der Epistolae dd. Io. Oecol. et Huldr. Zuinglii, Basileae M.D.XXXVI, jetzt auf der Stadtbibliothek Zürich, bez. G. V. 29. Danach ist unser Text gegeben. — Abschrift in der Simmlerschen Sammlung Bd. VIII, S. 57.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 277.

[1]) *Hans Urban Wyß, von Eglisau im Kanton Zürich, Pfarrer zu Fislisbach in der Grafschaft Baden, „was der erst, den die Eidgenossen zů Baden uff der iarrechnung annamind von des gloubens wegen" (W. Steiner, Chron. msc.). Die Tagsatzung war Ende Mai 1522 zum erstenmal wegen der evangelischen Lehre eingeschritten (s. Bd. I, S. 190). Dann, anfangs Juli, trat der Bischof vor dieselbe mit Klagen über großen Ungehorsam und mit dem Gesuch, ihm den alten Glauben aufrecht erhalten zu helfen. Wirklich lieh ihm die Tagsatzung bei nächster Gelegenheit den weltlichen Arm. Am 3. und wieder am 24. November in Baden versammelt, verhörte sie den Pfarrer von Fislisbach wegen seiner Vergehen wider den alten Glauben und päpstliche Satzung und überlieferte ihn dem Bischof als dem geistlichen Richter. Indem sie zugleich an alle Vögte den Befehl erließ, Priester und Laien, die ungebührlich wider den Glauben reden und handeln, ihr anzuzeigen, machte sie den Anfang zur Unterdrückung des Evangeliums in den gemeinen Vogteien. Vgl. Bullinger 1, 79f., dazu Eidg. Abschiede IV 1a, S. 246/53, auch oben Nr. 252, Anm. 7. Konrad Grebel schrieb am 1. Dezember an Vadian: Vislispachensis episcopus in manibus est furis et latronis [Joh. 10. 1] Constantiensis, pseudepiscopi (Vad. Br. 3, 235). Wyß wurde im Schloß Gottlieben (wie einst Hus) verwahrt, s. Anm. 5. Im Mai 1523 war er noch gefangen (Brief der bischöflichen Räte vom 9. Mai an Zürich), während er im Juli wieder frei ist (Nr. 310, Anm. 7). —* [2]) *Dieser frühere Brief Zwinglis ist verloren. —* [3]) *Johannes Faber. Die petitio des Wyß an ihn ist nicht zu finden.*

quosdam fuisse deceptum, qui et ipsi rem non ex amussi perspectam habuissent. Didici ex hac copia, te laturum fuisse, si vicarius quacunque tandem ratione te liberasset. Quod equidem vaehementer admiratus fui, non tam quod te Christus mergi paulisper passus esset *[Matth. 14. 30]* (nam Petrum se abiurantem restituit *[Joh. 21. 15ff.]*), quam quod eis, qui euangelion Christi pessimis artibus, imo apertissimis mendaciis oppugnant, hanc gloriam cederes, ut de te ac per te de Christo apud filios huius saeculi *[Luc. 16. 8]* triumpharent. Qui quam impudenter essent gloriaturi, hinc patet, quod iam infecta re a Tiguro solventes[4] passim iactitarunt, quam nos magnifice vicerint, qui tamen haud magis vicerunt, quam hydra Herculem. Proinde constans esto; quod vere credis, ad mortem usque confitere; qui enim usque in finem perseveraverit, hic salvus erit *[Matth. 10. 22, 24. 13, Marc. 13. 13]*. Agunt amici omnes diligenter causam tuam; spero autem et senatum Tigurinum in diem magis ac magis fauturum. Tu interea dura! apparebunt quorundam brevi mendacia. Episcopus Constantiensis scripsit ad senatum, te scriptura sancta victum cessisse; scripsit etiam neque ignem neque perpetuos carceres tibi unquam intentatos fuisse[5]. Tu vero ista, si facta sunt, cave facta esse neges.

13 hic] *übergeschrieben.*

---

[4]) *Von der ersten Disputation am 29. Januar 1523, an welcher Faber und seine Begleiter auf Zwinglis Schlußreden gar nicht näher eingegangen waren; s. Bd. I, S. 447 und Bd. II, S. 1.* — [5]) *Auf ein Begehren Zürichs um Freilassung des Wyß antwortete der Bischof am 19. Februar 1523: „So nun solichs [die rechtliche Verhandlung] geschehen, ist er [Wyß] nicht aus gedreng oder dräuung feürs oder ewiger gefängnuß (wie dann, uns und den unseren zu unglimpf, eüch fürgeben würt), sonder aus fürhallt der heiligen geschrifft, christenlichen ansehens und haltung bewegt soweit, daß er sich seins fürnemens als einer irrsaall bekennt und den zu wiederrüffen, auch die argernuß, so daraus bei anderen erwachsen, abzustellen erbotten (Wyß Widerruf an die Tagsatzung s. unten), und nachdem, in ansehung voriger eüer schrifftlichen und an unserem vicari mundtlich belangten beger, auch sein gefängnuß zu freiem wandel in unserem schloß Gottlieben auf erstattet glüpt verwendt, nichts destoweniger des alles nachmahls fryen und beharrlichen willen hat, auch von uns noch den unseren kein anweisung noch unterricht einicher gestallt, eüeren leütpriester zu schmächen oder zwischen jemandts wiederwärtigkeit zu bewegen. Dieweil nun alles, so gemellt, auf ansinnen unser fründen, gemeiner Eydtgnossen, gefolgt, so will uns nicht zusten, den priester laut eüer begehr dieser zeit zu ledigen“, usw. Simmlersche Sammlung Bd. VIII, S. 59.*

Wyss schickte an die eidgenössische Tagsatzung folgenden, von Faber diktierten Brief:

„Als Ewer ſtreng weyſhayt und fürſichtigkayt mich yn vergangner tzeyt handt meynem gnediggenn hernn von Coſtentz uberanttwordt von wegenn das ich meyn underthonn ettwas gepredigt, gelert hab, das wüder die criſtenlichenn kürchenn, loblich

Nam et vicarius Constantiensis, dum apud nos esset, dixit coram senatu palam, se apud te invenisse scelestissimam tum conspirationem

gůt breüch und auch dem ebennmenſchenn ergerlich iſt, welchs ich auß underricht und vortrauwenn, ſzo ich von ettlichenn *a)* gehebt han, alßo hyn wöllenn glaubenn, beſchirmen und meyne underthon ſollichs tzů glaubenn und beſchirmenn dartzů vormögenn. Szo aber ich von meynem *gnädigen* hernn von Coſtentz und ſeyner fürſtlichenn gnadenn vicarienn Johanni Fabro alßo gnedigklich und vetterlich bericht und auß der göttlichenn geſchrifft angenſcheynlich underwiſenn byn, das meyn fürnemen und lerr wyder die chriſtenlichenn kürchenn, loblich gůth breüch, auch meynen ebennmenſchenn und underthonen ergerlich, han ich mich darvon laſſenn weyſenn, on alles beſchediggen meyns leybs oder tzwang und aleyn mit gnad, thugendlichenn worttenn und der hailigenn ſchrifft dahyn bracht byn, das mir meyne augenn, ſo mir durch frembde ungegründ lerenn vorplendt ſeynd, hab auffthon und erkentt meyn yrſal, wie ich auch hiemit erkenn. Darumb, gnedigen liebenn hernn, ſzo ich geyrret hab wie das ſchefflyn in der wüſtenn, darvon der her ym evangelio *[Luc. 15. 4 f.]* ſagt, und ich von meynen hyrttenn und hernn auff ſeynen ruggenn durch gnad göttlicher ſchrifft byn widerbracht und bekört wordenn, iſt an ewer *gnaden* durch goteß willenn und ſeyn barmhertzigkayt meyn arms underthenigs bit, yr wollend mir vortzeyhenn und vorgebenn alles, das ich durch meyn glaubenn, predig und lere vorwürckt hab *ewer gnaden* meynen underthon und nebennmenſchenn ergernuß oder ſchadenn tzůgefůgt, wan ich, wie oben angetzaigt [von ſolchen], ſzo gelertter dan ich, *b)* byn vorfürt wordenn, wil aber fürtter hyn meyn lebenn böſſernn und alleyn got, Marie, ſeyner liebe můtter, und den liebenn außerwelttenn hayligenn anhangenn, die erenn, vor augenn halttenn, der tröſtliche hoffnung, ſy werdenn mir uber meyn ſyndt gnad und böſſernng meyns lebens erwerbenn. *Ewer gnaden* wölle auch mich gnedigklichenn widder tzů meynen underthonen komenn laſſenn, denen ich auſſerhalb meyner myßhandlung, als ich on tzweyffel byn, mit eynen criſtenlichenn wandel vorgangenn und eemals ich verfürt byn alweg die rayne junckfrawenn Marien mit ſzonderer bit und curtſierenn angerůfft, auch die liebenn hailigenn und engel mit ſzonderm anrůffen und collecten und bettlenn voreret han. Seynd das mal nun mich got der herr durch ſeyn gnad und barmhertzigkayt nit hawöllenn laſſenn vorderbenn, ſzonder mich aynen ſynder angenomen und bekört, wollend yr, meyne gnedigge hernn, durch ſeyn grundloſe barmhertzigkayt mich auch yn gnaden wider auffnemen und bedenckenn. Szo wil ich mit hilff und gnad des almechtiggenn gots allenn möglichenn fleyß fürwendenn, alles, das durch mich mißgehandlent iſt, widertzebryngenn und *ewer gnaden* in aller důmietigkayt dienen, auch meynen underthonen mit chriſtenlicher ler und gůthem exempel vorgan. Das und alles gůtz und gnadenn, ſzo mir bisher von *ewer gnaden* widerfarenn und noch tzuſtan mag, wil um *ewer gnaden* ich als eyn underthenigger capelan gegenn got und der tzeyt vordienenn.

Zu der mit a) und b) signierten Stelle schrieb Zwingli in seinem Exemplare an den Rand: a) Zuingli: „Hie hat er [Faber] imm muntlich zůgemůtet minen namen ze ſetzen; [Wyß] hat doch dasſelb nachhin nit geton". *b)* „Hie ouch".

10 *vor* byn *gestrichen* byn beyn — 33 f. underthonen] r *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 1; Abschrift. Der Schreiber hat an den Schluß gesetzt: τέλως *[!] Cerne quanta nequitia! Als Überschrift hat der Schreiber gesetzt:* Das exemplar hatt gmacht der vicarius nach ſeyner diſputation an die gmaynn ayd gnoſſenn.

tum coniurationem[6]. Unde nostris facile fiet manifestum, dum negotium tuum tractabimus, non nihil istos [!] sceleris perluxiisse. Episcopus item negat quicquam, quod ad me adtineat nomenque meum, tentatum esse a suis[7]; forte tamen fieri potest, ut clam eo rabulae isti aliquid consilii coeperint. Verum tu persta; ne nega, quae fidis amicis ipse dixisti; nam ea tuae liberationis erit aptissima occasio. Plura nunc scribere nec locus est nec tempus; ita me distrahunt negotia, tum finienda, ut arbitror, cum dissolvar; omnia tamen possum in eo, qui me confortat *[Phil. 4. 13]*.

Vale et Christianum pectus te habere tolerantia et constantia proba. Ora deum per Christum, ut te labi non sinat aut inferorum portis cedere *[Ps. 116. 8, Matth. 16. 18]*. Ecclesia nostra pro te orat. Servet te Christus incolumem.

Ex Tiguro 24. die Febr*uarii* M.D.xxiij.

Salvum dic nostro nomine Martinum Luchsingerum[8] militem de Clarona[9], qui apud vos est in praesidio.

Huldr*ichus* Zuinglius
tuus.

Urbano Vuyß, captivo Christi confessori in Gottlieben.

2 non nihil] *ursprünglich* nonnihil — 14 M.D.xxiij] *Simmler bemerkt:* Autogr. exacte habet 1522, sed per errorem, ut videtur. *Wir haben (mit Gwalter) die richtige Jahrzahl gleich im Text gesetzt.*

---

[6]) *Über die Hereinziehung und Verhandlung des Falles Wyß an der ersten Disputation s. Bd. I, S. 501 ff., vgl. S. 568.* — [7]) *s. Anm. 5.* — [8]) *Wohl ein Verwandter des Konrad Luchsinger; vgl. Brief vom 21. Oktober 1525.* — [9]) *Glarus.*

284.

Zwingli an Johannes Xylotectus oder Iodocus Kilchmeyer[1].

Zürich, 1. März 1523.

S.

Fratres carissimi, non est, quod vos multis turbem, ipse multis obrutus negociis, eos, quibus paucissima possunt satisfacere, quam quod unum hoc vobis significari cupio nos vehementer exultare, quod pro nomine Christi digni habiti sumus apud vestros contumeliam pati[2] *[Act. 5. 41]*. Res creditu certe difficilis; sed gratia deo, nihil

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 337 p. 4 (vgl. Schweizer, Paul, Zwingli-Autographen, S. 6). Siegelspur. Der Zusatz nach dem Datum ist gestrichen; vielleicht siegelte Zwingli den Brief doch noch zu Hause (der Stempel ist nicht zu erkennen).

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 278.

[1]) *Vgl. die Adresse des Briefes. Das Biographische zu Nr. 211, Anm. 1 und Nr. 225, Anm. 1.* — [2]) *Diese Zwingli in Luzern angetane Schmach ist auch gemeint mit dem Ausdruck des Xylotectus in seiner Antwort (Nr. 285): passio Zuinglii apud nos celebrata, wobei von einem Spiel, von einer Aufführung die Rede ist (dum luderetur). Unter der Schmachhandlung kann also kaum etwas anderes verstanden werden, als daß die Luzerner Zwingli an der Fastnacht im Bilde verbrannten. Anderweitige Zeugnisse aus diesen Tagen selbst scheinen zu fehlen. Wohl aber wird einer solchen Verbrennung im Frühjahr 1526 gedacht, unter den Klagepunkten, die Zürich und Zwingli vor der Badener Disputation gegen die Eidgenossen geltend machen; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 893. Zwingli, Ein früntliche geschrift an gmein Eidgnossen etc. (vom 21. April 1526, ungefähr in der Mitte der Schrift). Zum Jahr 1523 ziehen Wirz-Kirchhofer, Neuere Helvet. Kirchengesch. (1819), 5, 307 folgenden Bericht eines Zeitgenossen bei: „Einmal auf einen Tag führten sie gespöttsweise den Zwingli aus, wollten ihn tödten als einen Ketzer und hießen mit Namen die Zürcher zusehen, das dennoch die von Zürich verdroß". Zitiert wird „Fridolin Sichers Chron. Msc."; aber die Stelle findet sich, wenigstens in der Druckausgabe, nicht vor und ist, wenn auch sachlich wohl unanfechtbar, des Näheren nicht zu kontrollieren. Auch wird unter dem „Tag" von den Herausgebern eine Tagsatzung (zu Luzern) verstanden, während die Eidg. Abschiede zwischen dem 8. Oktober 1522 und dem 9. April 1523 eine solche nicht kennen.*

unquam adversitatis ęquanimius tulimus; unde vobis spes maxima nasci debet Christum suis nunquam defuturum. Audio praeterea decanum[3] apud vos, nescio quę axiomata promulgaturum contra me, ut defendat. Ibi ante omnia opus est, ut tuto possint omnes, quotquot veritatem quęsituri sunt, loqui, quę ad eam inveniendam faciant, fraudique non esse, quicquid liberius etiam dixerint, modo intra mensuram integritatis Christianę sese contineant. Quicquid in ea re certi indicare potestis, oro, ut indicetis. Tabellio iste tutus est et fidus. Miratus sum vehementer tanto me tempore nihil literarum a vobis accipere[4]; sed mirari desino, quum omnia, quę apud vos aguntur, contemplor. Servet vos Christus opt*imus* max*imus* incolumes cum ossibus vestris[5], quas et salvas esse iubeo.

Ex Tiguro prima Martii M.D.xxiij.

[Domi meę non scripsi, ideo sigillum nostrum non indidi. Signa sint, Ioann*es* Xilotec*te*, quod contentionem Eremi inter te et N. ortam diremi, et Iodoce, quod tecum in Wolfgangi domo cęnavi.

Ex domo Leonis Iud*ae*[6].]

Huldr*ichus* Zuinglius.

Meiſter Johanſen Zimerman oder Joſten Kilchmeyer, korherren zů Lucern, ſinen getrüwen. — Gen Luc*ern*.

---

[3]) *Johannes Bodler, Pfarrer und Dekan zu Luzern. Über ihn vgl. besonders Nr. 213, Anm. 3. Daß das Gerücht von den Axiomata nichts auf sich hatte, deutet Xylotectus in seiner Antwort (s. folgende Nummer) an.* — [4]) *Vgl. Nr. 254, Anm. 1 und Nr. 259, Anm. 1.* — [5]) *d. h. mit eueren Frauen, vgl. Nr. 285, Anm. 4 [1. Mos. 2. 23].* — [6]) *Vgl. Nr. 281, Anm. 9. Was die Nachschrift weiter anführt, ist nicht näher bekannt.*

285.

Johannes Xylotectus[1] *an Zwingli.*

(Luzern, nach 1. März 1523).

Scripsissem ad te iamdudum, nisi vel tabellionis fraudem vel factionis cuiuspiam suspitionem veritus fuissem; preterea septimana iam integra a Lucerna abfui. Habent etiam se res nostrae, ut nihil tutius sit silentio. De passione Zuinglii apud nos celebrata quid scribam? quum tu omnia, quam ego, melius scias, quandoquidem ego interim, dum luderetur, Salodorum in amici cuiusdam negotiis petii, ubi nonnullos bene Christianos minus Christiane tractari comperi. Philippus Grotz, pastor, ac Melchior Macrinus, ludimagister, plane humaniter me exceperunt, querentes interim se una cum tribus aliis sacrificis officiis suis ac sacerdotiis privatos[2]. Ita nebulo quidam cucullatus senatum in eos concitavit. Apud nos, dum silemus et aure obturata transimus, satis tranquilla sunt omnia. Interrupit me tabellio, ne plura scriberem. Tu rescribas citius oramus, quem tumultus illi in Oedenbach orti[3] sint sortiti exitum. Iudocus ac ossa nostra[4] te salvum optant.

Vale.

Xylotectus tuus.

14 Oedenbach] *das erste* e *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II 349 p. 238. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 278 f.

---

[1]) *Der Brief ist in der Hauptsache die Antwort auf den Zwinglis vom 1. März (Nr. 284), weshalb wir das fehlende Datum leicht ergänzen können. Zum Sachlichen s. dort.* — [2]) *Zu den Solothurner Verhältnissen vgl. besonders Nr. 241 und Nr. 288.* — [3]) *Im Frauenkloster am Oetenbach in Zürich fielen anfangs März 1523 Unruhen vor. Leo Jud wollte in der Klosterkirche predigen, die in seiner Pfarrei lag, bisher aber von den Predigermönchen besorgt worden war. Vor Beginn der Predigt, als er schon im Predigerstuhl stand, drang Hans Walder, der Vater eines Predigermönchs, mit gezücktem Messer oder Schwert auf ihn los: „min sun ist ouch ein bidermann;*

Pastor noster quomodo axiomata doctis discutienda proponeret, qui sarctorem provocatum audire et cum eo conferre recusavit?[5]

Amicissimo suo Huldricho Zuinglio.

---

der soll da predigen!" Nach kurzem Wortwechsel wurde der Aufruhr gestillt. Zwingli war auch anwesend. Am 7. März ließ der Rat ein Verhör aufnehmen und beschloß gleichen Tages, die Mönche von der Seelsorge in dem Frauenkloster auszuschließen und diese Leo Jud zu übertragen. Auf einen Rekurs der Mönche wurde dieser Beschluß am 14. März bestätigt, Walder gestraft und den Nonnen gestattet, weltliche Beichtväter zu nehmen. Bald begehrte die Mehrheit der Frauen den Austritt. Der Rat gestattete ihn am 17. Juni und bekräftigte bei diesem Anlaß nochmals den Beschluß vom 7. März. Vgl. Egli: Aktens. Nr. 344/46, 348, 361, 366, 367. Dazu Bd. I, S. 328 ff. Bernh. Wyß S. 37 ff. Bull. 1, 110. — [4]*) Die Frauen; s. Nr. 284, Anm. 5.*

[5]*) Vgl. Nr. 284, Anm. 3. Mit dem Schneider, den der Pfarrer abwies, spielt der Schreiber auf einen bestimmten Vorgang in Luzern an, der aber weiter nicht bekannt ist. Daß unter dem Handwerkerstand daselbst die evangelische Bewegung Eingang fand, zeigt eine Mitteilung vom 4. Juli 1524, wonach ein Luzerner in Unterwalden u. a. geäußert hatte: „(es vermöge) jeklicher schnider und schůmacher zů Luzern uf der gassen jeklichen pfaffen zů übertischpatieren /überdisputieren/ — die, so nit lutrisch wellten sin — daß si nit ein wort me darwider reden köndin". Staatsarchiv Luzern, Acta Verwaltung der Lehre.*

286.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 3. März (1523).

†

S. in Christo. Caspar Hedio, frater meus charissimus, imo noster, nudiusquartus ad me dedit literas, quibus et tuę illę[1] fuerunt adiunctę. Servavi eas penes me. Erat enim mihi animus te invisendi[2] hac hebdomada; sed iterum impeditum est iter meum. Patior enim me iterum astringi pistrino perquam molesto, nisi tanti esset apud me functiuncula etiam minima posse fratribus in Christo prodesse. Proinde cum fieri nequit [!], quod volo, boni consulam necesse est, quod necessitas ipsa docet. Spes est me adhuc ad aliquot menses hic permansurum[3]; forsitan aliquando tantum suffurabor temporis, quo tuo frui queam colloquio. Scio etiam tibi nunc tempus non valde ociosum tum propter cottidianas declamationes, tum ut ęmulis respondeas. Cuperem videre acta tua[4], si essent excusa. Et nugas meas propediem leges[5]. Videbis, opinor, non multum dissidere spiritus

13 *vor* leges *gestrichen* tibi.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 143. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 279.

---

[1]) *Dieser Brief Zwinglis ist nicht erhalten, ebenso nicht derjenige Hedios an Occolampad.* — [2]) *Die Absicht eines Besuches bei Zwingli konnte Oecolampad erst viel später ausführen; vgl. Nr. 352, Anm. 5.* — [3]) *Oecolampad blieb bis zu seinem Tode 1531 in Basel. Daß er sich noch mit dem Gedanken trägt, Basel zu verlassen, weist den Brief (dem die Jahrzahl fehlt) in den Anfang seiner Basler Zeit, wie auch anderes auf das Jahr 1523 hindeutet, vgl. Anm. 2 und 4.* — [4]) *Gemeint ist ohne Zweifel die „Handlung der Versammlung" usw., die man als „Acta" der ersten Disputation (vom 29. Januar 1523) bezeichnen kann, und deren Vorwort im Druck just vom gleichen Tag datiert ist, an dem Oecolampad den Brief an Zwingli schrieb. Der Verfasser der „Acta" war Hegenwald; man darf aber annehmen, Zwingli werde um die Sache gewußt haben (vgl. Bd. I, S. 446). Man bemerke den Ausdruck „acta tua" im Munde Oecolampads. Auch Hedio braucht „acta tua" von der gleichen Schrift, Nr. 292, Anm. 1, Sapidus „acta Tiguri inter te (Zwinglium) et Fabrum" Nr. 294, Anm. 4.* — [5]) *Athenae Raur. p. 15 notieren zum Jahr 1523 vier Schriften Oecolam-*

nostros, si tamen dissident et non magis unus spiritus. Quod si tibi quid revelatum amplius, perquam gratam mihi rem facies, cum docueris.

Dominum Conradum commendatorem[6] salvum opto in Christo et te quoque cum tuis omnibus bene valere semper.

Datę Basileę 3. Marcii.

Tuus Ioannes Oecolampadius.

Domino Vdlrico [!] Zwinglio, Tigurinorum vigilantissimo doctori, suo in Christo fratri.

---

pads. An welche dieser hier denkt, ist nicht sicher zu ermitteln. Vgl. indessen Nr. 319, Anm. 7.

[6]) *Komtur Schmid von Küßnacht; s. Brief vom 28. Oktober 1530.*

287.

Frater Valentinus de Saxonia[1] *an Zwingli.*

(Ittingen), 6. März 1523.

Salutem. Frater in Christo charissime. Tociens ego tecum fabulor et tu mecum, Hudalrice, decus meum et spes mea, necdum mutuo nos cognoscimus. Nonne monstri hoc simillimum? imo non monstrum, sed plane quotidianum opus. Quis enim est, cuius penetralia non penitus occupet Huldarice [!], quem non doceat, in quo non regnet Huldarice [!]? De iis loquor, qui veritatem recte amant; nam satis gaudeo, quod inter cetera dona Christi eciam hoc numeratur, quod multis displices, quo ego argumento soleo discernere dona clementis dei a donis irati. Itaque tibi gratulor, quod, dum summe omnibus bonis places, non minus displices iis, qui soli omnium summi esse et summe placere volunt. Sed ego stultus, qui te, talem virum, sic illotis manibus absque reverencia et honoris praefacione veluti familiarissimum aggredior, ignotum ignotus! verum dabis hoc pro tua humanitate mee vel charitati vel impericie, quandoquidem ego inter monachos consumta etate nec tamen didici, ut eruditum virum possim per literas salutare; alioquin quantis iamdudum literis te fagitassem, nec passus fuissem, ut perpetuo tu mihi solus loquereris in cubiculo meo! Nunc, quando ex optimis viris accepi tuam erga singulos charitatem tum benifolenciam [!], veritatem (que est in Christo Iesu) amantes, ea ab re vires accepi; coartor enim nimis, ultra quam quis credi [!] potest. Quam ob rem cogor agnoscere vel barbarissimis literis

2 Hudalrice] da *übergeschrieben* — 19 Christo Iesu] *verschrieben* $\chi^{o}\chi^{v}$.

Zürich, Stadtbibliothek: Msc. F. 46 p. 297f. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 282f.

[1]) *Frater Valentinus de Saxonia, Karthäuser in Ittingen an der Thur unweit Frauenfeld, ist nur aus diesem Brief bekannt. Der Text läßt stellenweise (z. B. S. 45. 12g.) den Sinn nur erraten.*

egregium tuum spiritum, meum et omnium locupletiorem [!], quamquam scio te prorsus pro re minima habiturum, quod literis amantem et gratum me exhibeo, qui abunde contentus es, quod occulta et apud deum gratitudine et charitate animus in te fervet; sicut et ego sat habeo, quod ignoranti tuum animum et officia in literis sine literis et corporis tui conversacione *exhibes*, non tamen patitur et pudor et consciencia non gratificari et verbis, presertim postquam cepit ista controversia inter doctrina*m* vera*m* Cristiana*m* et humana*m*. Ita, mi Huldurice [!], vir honorabilis, tum amabilis atque desiderabilis, si ita tibi visum fuerit, agnosce et hunc fraterculum in Christo tui certe et studiosiss*imum* et amantissimum instruendo et admonendo perafluenter. Amore, qua [!] suum e celo optimus filium elabi iussit, peto atque flagito, presertim de monachis et votis ipsorum, tam missa, quam decimis, nec non et aliorum, que possident re ea cum accepi minime illis licere e elemosinis [!] vivere, multo minus e decimis aliisque exaccionibus subditorum et pauperum. Pariformiter de censis mutuatis, scilicet pro centum fl. annuatim quinque, ut melius nosti, tum iis, que pro spiritualibus beneficiis accipiunt, scilicet missa, anniversaria et huiusmodi. Quid plura? (ut arbitror) iniuste acquisierunt singula, possiderunt [!] et possident. Post hac, an licet e ordine exire, habitum sacerdociumve ponere, operando vero manibus victum acquirere, an non, et quomodo. Deinde, an magis licet subire mortem vel penam quamcunque, quam sic esse monachum, scilicet vivendo secundum tradiciones hominum, victum et amictum de iniuste acquisitis (ut arbitror) accipere et quotidie celebrare. Demum officium feceris quam gratissimum, si per literas me monueris; tamen secreto (ut tibi scripsi), ne prior aut ullus sciat. Ego hic solus d*omino* Luthero et omnibus sibi adherentibus faveo sinceriter; ideo prohibitus sum sua perlegere scripta.

Ipse dominus Ihesus servet te in eternum, optime Huldarice. Amen.

Pridie Nonas Marcii M.D.23.

Frater Valentinus de Saxonia, professus domo *sancti* Laurencii in Ittingen.

Reverendo ac sincerissimo domino, domino Hulderico Zuingly, plebano in Zurch conspicuo, suo in primis singulari Val*entinus*.

1 locupletiorem] locupletorem — 5 ignoranti] ignotanto [!] — 6 *vor* tui *gestrichen* tu — 8 inter] *Korrektur über gestrichenem* de. *Die folgenden Wörter blieben im Ablativ stehen.* — 36 Val*entinus*] *entinus Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes absprangen.*

288.

Melchior Macrinus[1] *an Zwingli.*

Solothurn, 6. März 1523.

S. D. Mirari merito posses, optime Zuingli, qui fieret, ut, si quid laeti ac prosperi mihi tuo etiam beneficio accideret, id minime tempestive tibi nuntiarem aut gratias pro beneficiis agerem, caeterum in exposcendo offitio procax admodum essem[2]; verumtamen mirari, credo, desines, si, quo animo haec fecerim, intelliges. Nam postquam sophistae huius impii laqueos effugeram, te ilico invisere decreveram, ut coram omnia effuse exponerem; quod cum tunc non daretur, in aliud commodius tempus distuli. Itaque inhiante me ac indies oportunitatem ad te migrandi captante occasio offertur commodissima, nempe tuae disputationis nuntium, ex quo mihi iustum desiderii mei perficiendi argumentum datum esse putabam. Sed, ut sunt humani conatus plerumque inutiles ac vani, hic quoque spe frustrabar, obstrepentibus scilicet canonicis, apud quos hic servitutem servio extremam[3], tum et amicis quibusdam dissuadentibus, qui, quod nunc accidit, tunc futurum ominabantur. Decretum enim paulo ante a senatu nostro clam erat, ut Lutheranam, quam vocant, doctrinam, exemplo Lucernanorum, exploderent[4]; quod ut a me, quem huius factionis praeter caeteros ob professionem Graecarum literarum, tum

4 mirari] *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 116. Aufgedrücktes Siegel.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 281f.

[1]) *s. Nr. 239, Anm. 1.* — [2]) *Vgl. Nr. 241, S. 595. 10 ff. und Nr. 273, Anm. 2.* — [3]) *Vgl. Nr. 273, Anm. 4.* — [4]) *Die Losung gegen das Evangelium gab schon die Tagsatzung zu Luzern vom 27. Mai 1522, welche die Orte auffordern ließ, wider die neue Predigt einzuschreiten; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 194. Luzern ließ sich gleich durch diese erste gegen das „evangelische Feuer" gerichtete Kundgebung der Eidgenossen zum Handeln bestimmen und vertrieb Hofmeister, Myconius, Kilchmeyer,*

et congressum nuper cum decano[5] habitum insimulaverant, ordirentur, occasionem passim captabant. Quare privatim admonitus omnem calumniandi ansam illis amputabam et illius iniqui desiderii effectum prepedire conabar, sperans fore, ut conceptum furorem ea facilitate, qua suscepissent, remitterent. Nam hactenus utcunque euangelium toleraverant et eius praecones audierant, ita ut sanabiles videri possent. Sed enim, quum iam pullulascere feliciter rem euangelicam Sathanas cerneret, singulare quoddam monstrum, monachum inquam, de media fere illius impiissimae Minorum factionis[6] nobis excitat, qui hactenus in angulis, nunc autem in propatulo a senatu confidentia sumpta veritatem euangelicam ac eius professores non minus impudenter quam indocte calumniatur sicque per iram dei in hoc munere diabolico profecit, ut nobis adempta omni fide, quam hactenus multo cum labore apud populum Salodorensem merueramus, nunc illi soli credatur, solus audiatur, imo regnet, reiectisque Christianae plantationis primitiis illius Satanica zizania colantur avidissime *[Matth. 13. 24 ff.]*. Porro, cum senatui nulla in nos seviendi occasio, ut optabant, per me daretur, a discipulis meis, quibus euangelium praelego, leviter sumunt. Ex his enim quia duos feria sexta et sabbato carnem tempore dierum genialium[7] commedisse intellexerant, in carcerem subito coniciunt. Rogati autem causam, cur id fecissent, euangelicum *[Marc. 7. 15]* hoc: „non quod intrat in os, coninquinat hominem“ praetendunt. Quo quidem responso insaniores redditi mihi delictum, ut qui iuvenis euangelium temere profiterer, imputant. Retentis igitur ad triduum in carcere discipulis, deinde iuramento extra suos fines relegunt [!] atque in me animum intendunt, ilico offitio ludi, nondum dicta causa, cedere iubentes. A quibus quum causam sedulo sciscitarer, non aliam, quam quod Lutheranus essem, obvertunt sicque in omnes eius farinae homines subinde sevituros sese affirmabant. Quibus aliud non respondi, quam ut me pro causa, quam imputarent, loquentem audirent, quod tamen tunc statim non impetrabam, itaque aliquamdiu silens nec ambiens quemquam, verum, quid acturi essent, observans. Furorem igitur suum haud ita multo post in presbyteros quinque[8], quos in hac re una mecum habebant suspectos, convertunt. Inter hos quoque Philippus Grotz[9] pastor noster erat; cum quo quid actum sit, ex ipsius literis[10] intelliges.

Xylotectus; so ausdrücklich Anshelm 4, 468; vgl. namentlich den Briefwechsel von Myconius und Zwingli. Andere Orte, so schließlich auch Solothurn, nahmen an Luzern ein Beispiel.

[5]) *sc. Burdolfensi; vgl. Nr. 241, Anm. 5.* — [6]) *Der Name des Franziskaners scheint nicht bekannt zu sein.* — [7]) *dies genialis = der Festtag; tempore dierum genialium ist Apposition zu feria sexta et sabbato.* — [8]) *Vgl. zu dieser Zahl Nr. 239, Anm. 5.* — [9]) *s. Nr. 241, Anm. 10.* — [10]) *Der Brief von Grotz ist nicht erhalten.*

Mecum sic agitur, ut παῤῥησία loquendi ac docendi euangelica prorsus adempta sit. Caeterum in pristinum pistrinum restitutus sum, in quo hactenus detinebor, quoad veritatem obticeo. Pii tamen homines, dum haec patrant, euangelium scilicet, ut aiunt, odisse videri nolunt, quum interim professores eius extreme persequantur, quod hoc facinore insigniter contestati sunt. Nam cum nobis ora, ne veritatem libere proloqueremur, occludere non possent, instrumenta, videlicet libros, unde libertatem disceremus Christianam, publico edicto abstulerunt, ita ut tutum nemini sit vel unum iota Lutherani nominis titulo domi reservare. Sic igitur omnes Lutheri codices, qui hic erant, iussu magistratus in praetorium comportati sunt, quibus, ut suspicor, Vulcano sacra fient. Verumtamen impossibile est, ut non veniant scandala *[Luc. 17. 1]*. Ego in praesentiarum non aliud dico quam: si conditionem commutare daretur, non illibens facerem. Potes ergo, si quicquam uspiam apud vos vel alibi esset, me commonere. Nam etsi propheta non sim, tamen quantulacunque hac ingenii mei mediocritate patriae molestus sum *[Matth. 13. 57]*.

Vale in Christo.

Salodori VI. Martii 1523.

Saluta Grebelium[10] ac totam ecclesiam, quae est Christi.

Melchior Macrinus tuus.

Domino Huldricho Zuinglio, viro sincere Christiano, Tigurinae ecclesiae ecclesiasti, fratri in Christo carissimo.

---

[10]) *Konrad Grebel; vgl. Nr. 273, Anm. 6 und Nr. 27, Anm. 1.*

289.

Margaretha von Wattenwyl[1] *an Zwingli.*

Königsfelden, 14. März 1523.

Gnad und frid in dem heren Jheſu werd üch alzitt mittdeiltt und geben von gott, dem himelſchlichen [!] vatter, amen.

Wolgellertter, wirdiger, beſunder lieber her! Min bitt und begeren iſt an ywer erwird, min einfalttig ſchriben nitt in argem von mir uf-
zünemen; den mich deſ zwingtt kriſteliche liebe, und in ſunders, als ich vernim, das die euangeliſch warheitt und ler faſt durch ywer verkündung des gotzwortz zünimptt deglich; den ich dem allmechttigen ewigen gott ſag lob und danck, daſ er unſ widerum erlüchtt und gſentt hatt durch ſin geiſt ſo fil ttrwier [!][2] lereren und verkünder ſins helgen wortz[3]. Bitt und beger och von im, das er üch und allen denen, ſo ſin göttlich wortt ver-

Wo ü *nicht durch* u *mit zwei Strichen, da ist es durch* u *mit Punkt gegeben, nämlich in:* erlücht, üch *(durchweg),* für, lütpriester, Zürich — ü *ist statt* u *geschrieben in:* besünder, in sünders, dürch, verkündüng, widerüm, dardürch, meinüng, sünders, versamlüng, dattüm. — 4 *vor* min *gestrichen* m.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Aus einem Band, S. 218. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 280f.

---

[1]) *Margaretha von Wattenwyl, Nonne im Barfüßer-Kloster Königsfelden, Tochter des Schultheißen Jakob von Wattenwyl von Bern und Schwester des Propstes Nikolaus von Wattenwyl am Stift St. Vincenz daselbst. Sie trat 1525 aus dem Kloster aus und heiratete Lucius Tscharner von Chur (s. dessen Brief vom 31. März 1525), als dessen Wittwe sie am 23. Dezember 1546, kurz vor ihrem Tode, testierte (gef. Mitteilung von Staatsarchivar Dr. H. Türler in Bern). Auch ihre Schwester Katharina war Nonne in Königsfelden (s. Nr. 357); sie trat ebenfalls aus dem Kloster und heiratete. „Zwo von Wattenwyl wurden mit gunst irer brůderen zůr ee versorget"; Anshelm 5, 31.* — [2]) *treuer* — [3]) *„Als die verschlosnen und dester me wunderfitzigen frowen (des kloster Küngsfälden) durch gespräch, durch bůchle und sundre sendbrief des Luthers und Zwinglis und ouch durch flißige ůbung biblischer lection in erkantnüs kristlicher friheit so wit warend komen" usw. Anshelm 5, 27.*

kündend, verlich krafft und ſtercke wider all ſigend der warhett[4], dardurch ſin göttlich wortt ſich mere und czůnem in allen menſchen.

Wirdiger, wolgellertter her! Ich ſchick ywer wird hie ein kleine meinung[5]; bitt üch, dieſelben nitt von mir zů verachtten; den mich ſin zwingtt kriſteliche liebe. Bitt üch, ier wellends alſo daſſelb im beſten von mir ufnemen. Ich bitt üch och uf das höchſt: iſt diſe lattwerg für üch, und ier ir me begerend, ſo londs mich wiſen; den es mir ein beſundre groſe fröid wer, wen ich üch ettwaſ gůtz wiſt zů důn — und ich nitt allein, ſunder des erbüttend ſich och all euangeliſch Kriſtinen hie in unſer verſamlung zů Küngſfelden, welche och ywer wirde yr gebett und grůſ in Chriſto enbiettend, in deſ aller ſichriſten ſchirm wir ywer erwird fliſcklich befellend.

Dattum uf ſamſtag vor lettare im xxiij. jar.

Margrett von Wattenwil
zů Küngsfellden.

An den wollgellertten wirdigen heren meiſter Ůrich Zwingly, lüttprieſter in dem Groſen münſter zů Zürich, gehörtt diſer brief ꝛc.

2 und] *aus Versehen zweimal geschrieben* — 8 fröid] froid — 11 *vor* wir *gestrichen* na [?].

[4]) *Wahrheit* — [5]) *Gabe, Geschenk, außer hier und in Brief Nr. 309 (Anm. 2) in dieser Bedeutung nicht bezeugt.*

290.

Zwingli an Matthaeus Alber[1].

Zürich, 19. März 1523.

S.

Nihil est, vir in Christo carissime, quod nos huc audacię impellere potuisset, ut ignotum literis adoriri auderemus, quam una fides, quam te adserit presentium lator[2] tam candide prędicare. Macte virtute, cave pergere desistas! Hęc est pugna, quę te decet, quę te Christo tamen gratum, licet hominibus ingratum, reddat. Non est praeterea, quod te vehementer extimulem, sua sponte currentem. Adsit oro Christus, qui ut increduli principes, qui apud vos sunt et sęviunt, ad se convertantur efficiat; et servet te Christus optimus maximus incolumem. Plura per negociorum tumultum scribere non potui. Quanquam hocipsum, quod scripsi, Bertoldo Hallero[3] ne-

5 *vor* gratum *gestrichen* t.

Stuttgart, K. Landesbibliothek: Cod. theol. Q. 272. — Abdruck des Petschafts erhalten.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 285.

[1]) *Matthäus Alber (1495/1570), der Reformator seiner Vaterstadt Reutlingen bis 1548, seit dem Interim einer der Leiter der württembergischen Kirche. Vgl. Bossert in P. R. E.*[3] *(1896), 1, 289, wo alle Literatur. Alber studierte seit 1513 in Tübingen, wo er 1518 magistrierte, auch 1521 kurz zu Freiburg im Breisgau, und übernahm dann die neugeschaffene Prädikatur an der Marienkirche zu Reutlingen. Zwingli hat die erste öffentliche Darlegung seiner Abendmahlslehre vom 16. November 1524 an Albers Adresse gerichtet; dieser aber wandte sich bald Luther zu, wie er denn selber am 3. September 1529 Zwingli gegenüber seinen abweichenden Standpunkt offen bekennt. —* [2]) *Nicht zu ermitteln. —* [3]) *Haller in Bern stammte von Rotweil im Württembergischen, ebenso Valerius Anshelm, der Stadtarzt in Bern, mit dem hinwiederum Melchior Volmar, der bedeutende Humanist, verwandt war. Da nun am 3. September 1529 Alber bei Zwingli sich eines Johannes Volmar von Rotweil annimmt, wobei Bern genannt ist, wird man vermuten dürfen, die Beziehungen zwischen Haller und Alber seien über Rotweil gegangen; doch weiß man nichts Näheres.*

gare non potui, qui me peculiariter in literis suis[4] hortatus est, ut vel tantillum monumenti nostri ad te darem; quo amiciciam haud temere cęptam nobiscum audeas fęlicius et amplificare et ornare.

Vale.

Ex Tiguro 19. Martii MDXXIII.

Orabis deum item pro me, ut gressus nostros dirigat. Commenda me fidelibus tuis fratribus.

Huldrych Zuinglius tuus et omnium, qui Christi sunt.

Demm frommen gotzdiener und lerer Mattheuſen, predicanten des evangelii Chriſti zů Rutlingen, ſinem brůder in Chriſto Jeſu. — Gen Rutlingen in Schwaben.

5 MDXXIII] MDXXXIII.

[4]) *Verlorener Brief Hallers.*

291.

Johann Jacob Russinger, Abt zu Pfäfers[1], *an Zwingli.*

Pfävers, 24. März 1523.

Unnſer bruderlich lieb in Chriſto, lieber her unnd bruder! Wir hannd verſtanden eur unmůß, domit ir beladen ſend ſampt andren euch geliebten; gott enthalt euch alzytt mit ſinen göttlichen gnaden ꝛc.

Die bůchlin[2], unns zůgeſchickt, hand wir mit ſondren freuden empfangen; uff ſolichs den keſlertag[3] usgerůfft; hatt nit jederman wol gefallen. Ligt nit an; ſend nit gůtt chriſten. Doch wend wir euch nit verhalten: wir haben nit ein gnädigen heren an dem biſchoff[4], hierum wir ůnnſer troſt uff euch geſetzt; werdent unns villicht byſtand thůn můſſen, wann wir euch werden berůffen. Von wegen meiſter Erharts[5] eurem verſchriben hettind wir willen ghöpt, im ein welſchen trunck ze ſchicken; hatt unns nit wöllen geſchickt beduncken: urſach, ir ſend bericht,

In der Widergabe der Vokale u ü ů û *ist der Schreiber des Briefes inkonsequent, z. T. braucht er für alle dieselben Zeichen. So steht* u *(oder* u *mit Böglein) für* u *in* hierum, trunck *(auch für intervokalisches* v *in* Nevels, bevolhen, Pfavers *2 mal), für* û *in* unmûß *und wohl auch* thûnd, *für* û *in* fûgen; u *für* ü *in* fruntlich *(2 mal),* Zurch, *für* ů *in* zugeschickt, zu *(2 mal), für* ů *in* bůchlin; *unsicher sind* bruder, mitbruder, bruderlich; *für* eu *steht* eŭ *neben* eu.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Aus einem Band, S. 217. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 286f.

---

[1]) *s. Nr. 245, Anm. 1.* — [2]) *Exemplare der dem Schreiber gewidmeten Akten zur ersten Zürcher Disputation; Abdruck Bd. I, S. 442ff.* — [3]) *Anspielung auf die spöttische Bezeichnung des nach Zürich für die Disputation ausgeschriebenen Tages von seiten der Gegner, bezw. auf die betreffende Stelle im Vorwort der gedruckten Akten; a. a. O. S. 479f., vgl. S. 445.* — [4]) *Bischof der Diözese Chur, zu der Pfävers gehörte, war 1500—1541 Paulus Ziegler.* — [5]) *M. Erhart Hegenwald, der die Akten der Disputation besorgt und dem Abt gewidmet hat; s. Bd. I, S. 446, 479. Er scheint der gleiche zu sein wie der anfangs 1524 und 1526 aus Wittenberg be-*

wie man mit win uff dem land handlett. Schicken im hiemit in diſem brieff dry guldin an gold; wollend im die überanttwurten, nit von wegen můt noch gaben, beſonder zů anzögen früntlicher lieb und meinung, von unnſertwegen ein ſchlafftrunck domit ze thůn ꝛc. Das gedicht[6] haben wir durch unnſeren eignen potten gen Augſpurg geſchickt zů gůten geſellen, mag aber nit vertig werden von [!] Churer kilwy[7]; alsdann ſo wirt es ůnns gevertiget. Wir ſend in hoffnung, ir kemend öch gen Nevels[8] in oſterfirtagen; ſend wir willens, unns dohin ze fugen; werdent euch wyter berichten. Wöllen unns allzytt mit bruderlicher lieb (als wir euch wol vertrawen) bedenken unnd unns ettwas news zůſchicken und ſchriben by diſem potten — thůnd ir unns ein wolgefallen —, ouch meiſter Erharten vaſt ze dancken, wir ir wol kunden. Unnſerem herrn und mitbruder meiſter Lew[9] unnſer lieb und gunſt, och andren euch geliebten ze ſagen, iſt unnſer früntlich pitt. So wir ſchriben euch „unnſer lieb", beſchicht nit allein von unnſertwegen, beſonder ouch deren, die mit unns allen in chriſtlicher lieb verwant ſend und der euangeliſchen ler mit unns anhangen, dero wir ein gůtt theyl haben. Hiemit wöllendt wir unns unnſerem einigen herren und meyſter Chriſto bevolhen haben.

Datum Pfavers 24 Marcy anno ꝛc. *M.D.*xxiij.

Johannes Jacobb, abbt zů Pfavers.

Euangelico doctori magistro Hulderico Zwinglio, predicatori Thuricensi ad manus. Cito cito. —

Zürch, herrn meyſter Ůlrich Zwingli.

11 news] nws *mit Böglein* — 12 ouch] och *mit Böglein* — 13 Lew] w *mit Böglein.* — 15 ouch] och *mit Böglein.*

---

kannte Erhart Hegenwald, der, mit Luthers Wissen, den 51. Psalm (Miserere mei) umdichtete zu dem Liede „Erbarm dich mein, o Herre Gott", das schon am 8. Januar 1524 als Einzeldruck erschien, und in Wittenberg Dr. med. wurde; s. Bertheau in A. D. B. XI, 275, Köstlin-Kawerau, M. Luther[5] I, 537, O. Clemen in Ztschr. für Kirchengeschichte XXIX, 223 f. und besonders unten Brief vom 9. April 1526, der auf den Mann ein wenig günstiges Licht wirft.

[6]) *Vgl. Nr. Nr. 257, Anm. 3.* — [7]) *Die Churer Kirchweih wurde 1265 auf die Pfingstoktav festgesetzt; Nüscheler, Gottesh. 1, 44. Sie fiel 1523 auf 31. Mai.* — [8]) *Näfels im Kanton Glarus, wo alljährlich am Jahrestag des Sieges über die Österreicher am 9. April 1388 die sogenannte „Näfelser Fahrt" stattfand. An dieser wollte der Abt sich beteiligen und erwartete auch Zwingli.* — [9]) *Leo Jud.*

292.

Kaspar Hedio an Zwingli.

Mainz, 4. April 1523.

S. D. Typographus portavit acta tua[1], quę libenter admodum vidi ac legi. Video invictam rem esse veritatem, ut mendacium contra res est plusquam imbecillis. Iam vero quis non defleat infelicitatem istorum hominum, vel magis rideat insaniam, qui sic excecati sunt, ut clarissimam euangelii lucem videre nolint et, cum perniciose errant, doceri vel in viam reduci renuunt? Non desunt hic istorum similes, qui non alio nomine aversantur euangelium, quam quod contrarium est cupiditatibus et factis istorum. Satis diu impositum est simplici ac sequaci populo hypocrisi et pessima doctrina. Tempus instat, ubi detrahenda est larva et asinis istis Cumanis leonis exuvium[2]. Pulchre tu, mi Zuingli, et fortiter! Faxit Christus, ut hoc exemplum imitentur et alię Germanię urbes[3]. Rogo frequenter ad me scribas, si modo licet per nuncios; nam solatium est audire, quod Christus feliciter herbescat apud vos. Apage Herodes istos et Caiaphas, qui mortem intentant magnis consiliis, quib*us* tamen saturabuntur quam primum. Sunt, qui putent subornatos .3. principes[4] a sacrificulis istis papisticis, ut supprimant nobilitatem a partib*us*

2 ut *übergeschrieben* — 6 *vor* renuunt *gestrichen* nolunt — 14 *vor* quod *gestrichen* ubi — apud vos *übergeschrieben* — 15 Caiaphas] *das zweite* a *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 111. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 288 f.

---

[1]) *Vgl. Nr. 286, Anm. 4.* — [2]) *Vgl. Nr. 222, Anm. 3.* — [3]) *Dieser Hoffnung gab Hedio schon Ausdruck am 10. Februar (Nr. 277, Anm. 5), ehe er vom Ausgang des Handels wußte. Zwingli selbst glaubte ebenfalls, die Disputation habe den freien Städten ein gutes Beispiel gegeben, Brief an Blarer Nr. 318, Anm. 7.* — [4]) *Nach dem Zusammenhang werden die drei geistlichen Kurfürsten Deutschlands gemeint sein.*

euangelii stantem; his stratis posthac sevituros in novę fidei professores. Quod si verum est, quis non gravetur sub talibus principibus vivere? Bona spes est de principe nostro[5], scribit a Vuittemberga Nesenus[6] Lutherum huic amicissime nuper scripsisse, et nihilo amicitius responsum per principem[7]. Hartmudius[8] Bremiam concessit; quid istic acturus, ignoro. Reliqua non habeo, neque vacat occupato. Tu haec subito scripta boni consule. Mattheum[9] hoc ieiunio absolvi. Si quicquam in Acta, dum declamares tuo clero[10], collegeris, gratum faceres id, quicquid est, communicando.

Frobenius[11] bene huc mittet, si voles. Raptim.

Mogontię 1523. Vigilia Paschę.

Caspar Hedio, ecclesiastes Mogon*tinus*.

Hulricho [!] Zuinglio, magnanimo crucis Christi professori, speculatori Tigurino, fratri suo.

1 *vor* his *gestrichen* Si verum — 7 haec] h c — 11 Vigilia] viga *(ohne Abbreviatur)*.

---

[5]) *Kurfürst Erzbischof Albrecht von Mainz. Vgl. Kalkoff, P., W. Capito im Dienste Erzbischof Albrechts von Mainz (1907).* — [6]) *Nesen war am 8. Januar 1523 auf seinen Wunsch von der Lehrstelle in Frankfurt entlassen worden, um in Wittenberg Jura zu studieren. Dort soll er im April angekommen sein (nach Steitz, vgl. Nr. 15, Anm. 1); nach vorliegendem Brief muß die Ankunft noch vor April erfolgt sein, da Hedio am 4. April schon einen Brief von ihm aus Wittenberg hatte.* — [7]) *Der Briefwechsel Luthers mit dem Erzbischof ist nicht erhalten, wird aber auch von Luther selbst in einem Brief an Spalatin erwähnt: „. . . aut etiam illud suspicaris, quod episcopo Magdeburgensi scripsi humiles et exhortatorias literas, qui per praepositum Novi Operis (Kloster vor Halle) egregie respondit; sed nunc iterum mutatum audio per libellum de potestate gladii (von weltlicher Obrigkeit usw.)"; Enders 4, 123 f.* — [8]) *sc. a Cronenberg; vgl. Nr. 252, Anm. 6, wonach er Ende August 1523 von Konstanz aus Zürich besuchte. Vielleicht kam er von Sachsen über Bremen nach Süddeutschland; vgl. Enders 4, 86.* — [9]) *Hedio nahm dieses Evangelium schon in Basel vor; s. Nr. 135, Anm. 2 und Nr. 124, Anm. 7.* — [10]) *Vielleicht denkt hier Hedio an das sodalitium litterarium Tigurense (vgl. Nr. 143, Anm. 4), in dem Zwingli die Apostelgeschichte behandelt hätte. Näheres ist diesfalls nicht bekannt. Über die von Zwingli eingehaltene Reihenfolge der öffentlich durchgepredigten biblischen Schriften s. Bd. I, S. 133, Anm. 2. In einem privaten Kreise las Vadian in St. Gallen über die Apostelgeschichte; Keßler, Sabbata, neue Ausgabe, S. 552 in Eglis Kommentar.* — [11]) *Der Basler Buchdrucker.*

293.

Berchtold Haller an Zwingli.

Bern, 8. April 1523.

S. D. Vix verbis consequi queam, doctiss*ime* Huldriche, quam hilari vultu tuas omnes acceperimus epistolas[1] tuę et eruditionis et humanitatis testes locupletissimas. Episcopus noster Vadivillius[2] nusquam eas satis abunde commendare potest alioqui commendatiss*imas*. Mitiorem paulo effecisti hominem Sebast*ianum*[3]. Ita tamen utrinque contionati sumus, ut alter alterum effusius redimeret. Dominus addit quotidie congregationi; reluctantur nobiles, censibus annuis et decimis faventes *[Act. 16. 5]*[4]. Unde non est, quod me plus urgeat, quam ut tuis institutionibus expeditiorem aliquando me redderes super illud Math. 5. *[Matth. 5. 42]*[5]: „Petenti abs te dato, et cupientem mutuam accipere ne averseris“. Cogor illic satisfacere cum his, qui resistunt, tum qui amplexantur Christi doctrinam. Habeo quorundam iudicia, nec satiari potero, nisi tu me plane erudias. Ceterum concessit Sebastianus noster Colmariam capituli Minoritarum gratia[6], post mensem forte rediturus. Interim Dominicanus noster[7]

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 121. Siegelspur. — Unter der Adresse von anderer alter Hand der Vermerk: B. Hallerus ad Zuinglium.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 287 f.

---

[1]) *Ohne Zweifel sind Briefe Zwinglis nach Bern verloren gegangen. Seit Anfang 1523 liegt keiner mehr vor.* — [2]) *Nicolaus von Wattenwil, Propst am Münster zu Bern seit 5. März 1523, also erst seit etlichen Wochen. Über ihn s. Nr. 311.* — [3]) *sc. Meyer; vgl. Nr. 248, Anm. 1.* — [4]) *Vgl. unten Nr. 302, Anm. 8.* — [5]) *Über die wegen dieser Fragen stutzig gewordenen Adeligen s. unten Anm. 8. Vgl. auch Nr. 324, Anm. 12.* — [6]) *Der Rat von Bern gab Meyer ein Schreiben vom 7. April an den Provinzial des Barfüßer-Ordens in den oberen deutschen Landen mit, worin er die Besorgnis ausspricht, Meyer könnte versetzt werden, und bittet, denselben, als wirksamen Prediger des Evangeliums, wieder nach Bern kommen zu lassen. Das jährliche Kapitel des Ordens fand 1523 laut diesem Schreiben in Schlettstadt (nicht in Colmar, wie man nach Hallers Briefe vermuten könnte) statt. Vgl. Stürler 1, 99 f.* — [7]) *Bruder Hans Heim, Lesemeister der Dominikaner in Bern, war aus*

suo Thomistico Marte omnia invertere tentabit, nisi tum opportune tum importune restiterim. — Sebastianus a Lapide[8], qui inter dominos Bernates primus euangelio favit mireque tutatus est episcopum Honstettensem[9], nescio quibus pontificum imposturis seductus viribus adversatur omnibus utrique, Sebastianum et Bertoldum[10], verbi dei adulteros et mendaces inculpavit palam. Domini magnifici

---

Mainz gekommen und vertrat die alte Richtung im Gegensatz zu Haller und Meyer, so daß sich in der Stadt Zwietracht und Unruhe erhob. Der Rat ersuchte daher am 18. Februar 1524 den Provinzial des Prediger-Ordens in deutschen Landen, Heim von Bern „abzufordern“ und ihn durch einen andern Bruder zu ersetzen, dessen Lehre und Predigt sich auf das Evangelium und die heilige Schrift gründe; vgl. Stürler 1, 112. Das Gesuch blieb ohne Erfolg. Infolge der andauernden Polemik zwischen den beiden Lesemeistern der Barfüßer und der Prediger, Meyer und Heim, kam schließlich der Rat am 26. Oktober 1524 zu dem Beschlusse, gleich beide um Friedens und Ruhe willen zu „urlauben und abzůstellen“, indes ihren Ehren unschädlich; a. a. O. S. 126 f.

[8]) *Sebastian vom Stein, Ritter, einer der Berner Junker, die vielfach politisch verwendet wurden, seit 1505 als Mitglied des großen Rates erwähnt, 1513 Vogt des neu eroberten Locarno, später Landvogt von Baden, von 1522 bis Mai 1527 etwa vierzigmal Bernischer Tagsatzungsbote, 1525 des kleinen Rates, dann mit einem Teil der Bürgerschaft überworfen, 1527 wegen Ehebruch entsetzt, noch Ende 1531 aus dem Rat ausgeschlossen und einer der „altstöckischen Burger“, ist namentlich durch seinen Rückfall von der evangelischen Sache zur altgläubigen Partei im Jahr 1523 und dann im Ittinger Handel von 1524 als „der 9 Orten fürsprech und insunders wider'n Zwingli wol verdient“ bekannt; Anshelm 5, 217 und Register; Eidg. Abschiede, Register. Seinen auch von Haller im vorliegenden Brief berührten Abfall schreibt Anshelm (5, 19) dem Einfluß des Konstanzischen Vikars Faber (Schmid) zu; der Bericht ist für den ganzen im Bernischen Patriziat jetzt eintretenden Umschlag sehr wichtig: „(diser Schmid) hat so glat können schmiden, daß er noch diß jars (1523) mit diß lands vereinter prälaten, bischofen, äpten, pröbsten etc. gnaden nit die mintüristen der Eidgnossen taghern, als fürnemlich von Bern her Bastian von Stein, dem evangelischen handel hat widerwärtig und hinderlich, ja tirannen gemachet, die vor demselbigen günstig und fürderlich, ja gnädig hern warend gewesen. Das schůf, wie glöublich geredt ward, daß der ablaßstock, wider sin art und bruch, můst schwitzen, d'Eidgnossen uf siner siten zů behalten. Die pfaffen und münch, insunders prälaten, schruwend: „Es gat iez über uns, es wirt darnach über d' junkhern gan; irer frî leben, zins und zehenden můß gebütlet werden. Lond uns zůsamen ston wider dis ufrůrische ketzer!“ Und von semlichen geschrei, zů tagen ůßgangen, wurden vil junkhern, gwaltiger und richer stum und verstokt, gots wort ze hören, vil minder anzenemen; nampten „tüfelsch“ und „evanhellisch“, was götlich und evangelisch hieß“. —*

[9]) *Georg Brunner von Landsberg in Klein-Höchstetten („Hönstetten“), war im Jahr 1522 von Dekan und Kapitel Münsingen wegen seiner Angriffe auf die alte Kirche bei den Herren von Bern verklagt, aber von diesen geschirmt worden. Man hat von Brunner Aufzeichnungen über die Disputation, die deswegen stattfand; Abdruck in Stmmlers Samml. alter und neuer Urkunden usw. I² S. 461 ff. Kurz berichtet auch Anshelm 4, 471 ff. Sebastian vom Stein war erstes Mitglied des Ratsausschusses und zeigte sich Brunner eifrig gewogen. —* [10]) *Meyer und Haller.*

pro veteri prudentia ita negocium nobis instantibus temperarunt, ut omnibus abunde satisfactum sit euangelicaque veritas libere triumphet in eius dispensatoribus[11]. — Adfuerunt ex Helvetiorum pagis nonnulli oratores, qui, cum plurimum attentarint in euangelii praeiudicium, minus aput nos efficere potuerunt, quam si omnino tacuissent. Optimates aput nos, qui Gallo favent, favent et euangelio. Sunt item ex Silvanis, qui Christi doctrinam cęteris pagis ob Tiguros invisam credebant. At cum Bernę eandem offenderint, nihil habent, quod contradicant[12]. Ita passionibus privatis ferme aguntur omnia. — Episcopus Lausanensis convocavit omnes parochos[13]. Nescio, quid cum illis acturus sit; id unum constat, quotquot sacrificulos inunxit, speciatim iuramento expostulavit, ne contrahant neque faveant Lutheranę doctrinę. — Cęterum „Opus conclusionum“[14] expectamus omnes, nec est, quo Bernatibus magis ac magis gratificari poteris, quam ut excuso non diutius ęquo privemur. Nolo te, hominem sanctissimis studiis occupatissimum, diutius immorari. Salutant te prępositus[15], olim tibi responsurus, una cum ecclesia sua Bernensi. — Salvus item sit Leo[16] fortissimus, cuius unius familiaritatem vel maxime affecto.

Modo et tu valeas athletice.

Bernę 6. Idus Aprilis anno M.D.XXIII.

Bertoldus Hallerus tuus.

An meyſter Ůlrichen Zuingli, luttprieſter zům munſter in Zurich, ſinem furgeliepten herren und frund.

---

[11]) *Dieser anderweitig, wie es scheint, nicht überlieferte Anlauf gegen die beiden Prädikanten wiederholte sich im Oktober, indem der kleine Rat dieselben zu verbannen beschloß; aber auch diesmal ward er abgeschlagen, mit Hilfe des großen Rates; vgl. Anshelm 5, 24 ff.* — [12]) *Hierüber fehlen, wie es scheint, anderweitige Nachrichten.* — [13]) *Der Bischof hatte eine Kirchenvisitation in seiner Diözese beschlossen, zu welcher die Stadt Bern und das westlich der Aare gelegene Berner Gebiet gehörte. Die Herren von Bern ersuchten ihn dann am 28. April, die Visitation auf gelegenere Zeit zu verschieben, weil die Pfarrgeistlichkeit derselben zum großen Teil fern bleiben und dabei von ihren Gemeinden geschützt würde, so daß leicht Unruhen entstehen könnten; Stürler 1, 100 f. Vgl. über Bischof Sebastian von Montfaucon schon oben Nr. 214, Anm. 2.* — [14]) *Die Auslegung der Schlußreden, abgedruckt Bd. II, S. 1 ff.* — [15]) *Wattenwil; s. oben Anm. 2. Zwingli hatte also bereits brieflichen Verkehr mit ihm angehoben.* — [16]) *sc. Iudae.*

294.

Johannes Sapidus[1] *an Zwingli.*

(Schlettstadt), 10. April 1523.

Ioannes Sapidus Ulricho Zuinglio.

Dominus Iesus sit cum spiritu tuo, mi Zuingli. Sed a quo auspicarer, nisi ab eo, cuius negotium tam fideliter exequeris et cui, quem habes spiritum, debes? Is itaque, quod agis, faciat perpetuo agas; et quia in dei negotio totus versaris, commendo tibi hunc iuvenem[2], nescio probiorem dicam an doctiorem, iuratissimum amicorum meorum, qui spiritu eoque, ne dubites, sancto impellente a factione Ioannitarum, quos vocant, ad verum confugit Christianismum *[Act. 18. 25 ff., 19. 1 ff.]*, dignus, qui resipiscentię suę a te et Leone[3] nostro, viro pariter sancto, solatia percipiat. Fac, ut sentiat Christianum a Christiano Christiano fuisse commendatum. Legi acta Tiguri inter te et Fabrum[4]. Gratularer tibi, nisi tu, quidquid

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 114. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 289.

---

[1]) *Johannes Sapidus, eigentlich Witz (1490/1561), von Schlettstadt, hörte 1506/09 in Paris bei Faber Stapulensis Philosophie, bei Faustus Andrelinus Poetik und Rhetorik. Seit 1510 leitete er die Lateinschule seiner Vaterstadt mit glänzendem Erfolg, schon seit 1511 bemüht, das Griechische einzuführen. Eifrig evangelisch, weigerte er sich im August 1525, an einer Prozession teilzunehmen, und wurde abgesetzt. Im November 1526 steht er im Bürgerbuch Straßburg eingetragen, wo er 1528 bei Reorganisation des Schulwesens die neue Lateinschule bei Predigern übernahm. Seither hat er sich namentlich durch poetische Arbeiten bekannt gemacht. Eine Tochter heiratete 1537 den berühmten Schulrektor Johannes Sturm. G. Knod in A. D. B. XXX, 369 ff., P. Kalkoff in Ztschrf. f. d. Gesch. des Oberrheins N. F. 12 und 13, dazu namentlich oben Nr. 114, Anm. 3 und Nr. 144, Anm. 3, auch Förstemann und Günther, Briefe an Desiderius Erasmus, S. 146.* — [2]) *Weiter nicht bekannt.* — [3]) *sc. Iudae. Er war ein Landsmann des Schreibers.* — [4]) *Die Akten der ersten Disputation, abgedruckt Bd. I, S. 442 ff. (nicht zu verwechseln mit der gewöhnlich als Acta Tiguri bezeichneten Schrift ebenda Bd. I, S. 137 ff.). Vgl. Nr. 286, Anm. 4.*

id est, Christo, non tibi, acceptum referres. Quem Christum spiret animus Fabri, vel bubulcus intelligit. Tardior est hora, quam cui liceat plura scribere; nam hic, iam primum elapsus missa, ad me confugit intempesta nocte. Pluribus posthac et commodius scribemus[5].

Valeas in eo, quem confiteris, Christum.

Salutes amicos et maxime Leonem meum. MDXXIII. X. Aprilis.

Incomparabili viro domino Ulricho Zinglio,
Tigurinorum sancto episcopo, amico charissimo.

---

[5]) *Sapidus hat später Zwingli besucht und nachher wieder an ihn geschrieben; s. Brief vom August 1528.*

295.

Sebastian Hofmeister[1] *an Zwingli.*

Schaffhausen, 11. April 1523.

S., frater in Christo charissime. Noli mirari, quod tam raro ad te scribo. Id ego consulto facio. Caussam ipse dicam, dum ad te venero. Nunc cogor scribere, sed pauca, ne tibi molestus sim, tam varius est apud nos rumor: venient Tigurum episcopus Verulanus[2] et idolum nostrum Constanciense[3] oppugnaturi vel per insidias negocium tuum, immo Christi. Fac constanter et Christiano pectore excipias antichristos hos. Huius rei summa est de te omnium expectacio. Eia! invictum gere animum; alioquin tecum casura est res

8 *vor* res *gestrichen* pt (potest?) tecum.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 120. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 289 f.

---

[1]) *s. Nr. 154, Anm. 1.* — [2]) *Ennio Filonardi, Bischof von Veroli seit 1503, päpstlicher Legat in der Eidgenossenschaft 1513/33, als solcher seit 1513 viermal von Leo X. und viermal unter dessen Nachfolgern beauftragt. Kaum ist ein anderer Nuntius so oft und so lange an dasselbe Volk abgeordnet worden; vgl. die Biographie von J. C. Wirz, Zürich 1894 und oben Nr. 272, Anm. 2. Die Abordnung vom Frühjahr 1523 hatte den Zweck, die Schweizer für Neutralität, eventuell zu einem Bündnis mit dem Papst, zu gewinnen. Der Nuntius nahm seinen Sitz in Konstanz, und da er besorgte, Zürich werde ganz vom Papst abfallen, ersuchte er Erasmus um ein Gutachten zu Händen des Papstes, wie die lutherische Ketzerei am schnellsten zu unterdrücken wäre; auch wollte er selber mit Faber nach Zürich kommen, angeblich um Zwingli bei der zweiten Disputation zu bekämpfen (?), mußte aber mangels eines freien Geleites verzichten; Wirz S. 59 ff. Dazu vgl. Nr. 305, Anm. 10.* — [3]) *Bischof Hugo von Konstanz. Vgl. Johannes Wanner, Domprediger in Konstanz, am 4. Dezember desselben Jahres an Vadian: (episcopus Constantiensis), loricatum idolum, . . . praetexit iuramentum, quod idolo Romano olim praestitit; Vad. Br. 3, 237. Ferner Johannes Döring, Pfarrer zu Hemberg im Toggenburg, 1524 an den Offizial Köl auf eine Citation: „hast du vergessen, wie du mit . . ., ich main den langen münstergötzen von Landenberg . . . mir das min gût abgeroubt?“ v. Arx, Geschichte des*

euangelica. Apud nos Christus summis desideriis excipitur, grates deo! Resipuerunt multi nunc olim virulentissimi hostes. Ego constanter praedico bonis avibus. Promisit senatus noster eciam adversus pontifficem [!] patrocinium, modo sincere doceam, id quod praecipuum in votis meis habeo[4]. Tu fac scribe [!] ad nos, quid in tua caussa agatur Tiguri; nam eius rei cepit nos magna admiracio. Salvos dic communes amicos, Iudeum[5] inprimis.

Vale et me ama.

Datum Schaffhusii 1523, Sabbato in Albis.

Frater Sebastianus Oeconomus tuus.

Hodie, dum scribo, narrat amicus quidam, vicarium[6] e Friburgo rediisse. Quid illic monstri parturierit, tu ipse rescire potes. Fac, ut et nos sciamus.

Eruditissimo viro Huldricho Zwinglio,
amico in Christo Tiguri, dentur.

Kantons St. Gallen 2, 485, Anm. b. Auch Papilio: Romanense idolum, Nr. 346, Anm. 8, ferner Oecolampad: Saxonium idolum, Brief vom 16. September 1525, Nr. 384, Anm. 4.

[4]) *Sehr wahrscheinlich ist gemeint, der Rat von Schaffhausen habe, nach dem Vorgang Zürichs zufolge der ersten Disputation am 29. Januar, auch an seinem Orte das Schriftprinzip eingeführt. Näheres über die Runde, welche das Zürcher „Urteil" damals durch die Schweiz gemacht hat, vgl. Zwingliana 1, 332 ff., speziell den Nachweis bezüglich Schaffhausens S. 335 ff.* — [5]) *Leo Jud.* — [6]) *Johannes Faber. Er trug sich damals mit dem Plan eines Werkes gegen Luther; Horawitz, Joh. Faber S. 85 ff.*

296.

Zwingli an Werner Steiner[1].

Zürich, 14. April 1523.

Huldrichus Zuinglius Wernhero Steiner Tugiensi, amico suo. S.

Nihil est, charissime Vuernhere, quod magnopere te scire referat, quam quod negocium Christi bene habet, apud urbes etiam inferiores, eas videlicet, quae Rheno adiacent: id quod ex bibliopola nostro[2], ex nundinis Franckfordiensibus redeunte, didicimus. Admonuit amicus quidam integer, quod episcopus Constantiensis et Ennius Verulanus gravibus insidiis me sint petituri[3]. Ego vero (ne metuas! hoc dico, non, ut iactem) si insidias fuissem veriturus unquam, non tam constanter suscepissem euangelii praedicandi provinciam. Hic est frater iste[4], de quo dicebam tibi, quem ii, quibuscum diebus aliquot habitavit, plane stolidum esse praedicant, sed probum. Tu, postea quam beneficium tuum in eum contuleris, admonebis, ut Argentinam versus se dirigat ad amicum suum; nam si ad nos redierit, metuo, ne insigni aliqua stultitia sese notet.

Vale, et servet te Christus incolumem.

Ex Tiguro 14. Aprilis 1523.

Salvum iube nostro nomine N.[5] nostrum in Christo fratrem, et nostris verbis admone, ut omnia cum modestia agat. Certior enim factus sum per amicum quendam, eum nonnunquam importunius negocium Christi aggredi. Quod equidem non improbarem, imo verius laudarem, si apud eos esset, qui non offenderentur; at cum secus habeat, per Christum oro, ut opportune cuncta et consulte agat. Doctus est satis, fervet satis, modo se et alios etiam servet.

Salva sit postremo tota ecclesia Christi, quae apud vos est.

Original nicht erhalten.
Epistolae 1536, fol. 184b.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 290.

[1]) *s. Nr. 218, Anm. 1.* — [2]) *Christoph Froschauer.* — [3]) *Vgl. Nr. 295, Anm. 2.* — [4]) *Weiteres unbekannt.* — [5]) *Trachsel in Art? (vgl. Nr. 178, Anm. 1).*

297.

Adam Weiß[1] *an Zwingli.*

Crailsheim, 14. April 1523.

Gratia tibi et pax a domino Iesu.

Vir eruditissime. Veniam deprecarer in primis, quod tale tuum pectus nil nobis preter Christum spirans meis nugis vel tantillum a sua sacra meditatione remoror, nisi iam perspectissimus mihi esset morum tuorum candor vere Christianus, ac, que omnia fert *[1. Cor. 13. 7]*, charitas meas ineptias excusaret. Vidimus iam pridem piissimas lucubratiunculas tuas aliquot, inter quas mire placuit acris ac vere erudita tua cum vicario Constantiensi disceptatio[2]. Ut iacent, ut frigent omnia istorum nugamenta! E diverso: ut tua ardent, urgent omnia! Non alia comodioii via traduci posset impia ac insignis papistarum temeritas, quam cum tecum tuique similibus committuntur homines deplorandi verius quam miserandi. Fusiorem positionum tuarum explanationem[3], si aedita est, pręcor, optime vir, ad me transmittas, aut si quid aliud interim peperisti; simulque indica, quo animo feras collegii tui ritus, ceremonias aliaque id genus. Apud nos plus satis adhuc lacte vescuntur *[1. Cor. 3. 2]*; tarde nimis grandescunt in Christo. Horrendum missarum abusum ac nundinas, scribi non potest, quam indigne feram. Quid faciam? Si ita dissimulare pergimus, alitur impia illa populi stultitia, et vix sine tumultu hec subito inverti possunt. Rursus nescio, an tanta sit ratio habenda vel scandali vel tumultus,

14 aliaque] *das zweite* a *über der Zeile.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 110. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 291.

[1]) *s. Nr. 203, Anm. 1.* — [2]) *Die Akten der ersten Disputation, abgedruckt Bd. I, S. 442 ff.* — [3]) *Auslegen und Gründe der Schlußreden, Bd. II, S. 1 ff.*

ut ob id tantas abhominationes semper feramus[4]. Doleo — et quid aliud possum? — nos nondum legittimam habere ecclesiam, messem adhuc in semine esse. Te vero foelicem, cui talis patria, talis populus obtigit! Insaniunt apud nos tum profani tum ecclesiastici principes. Et si nil palam audeant, clam tamen non desinunt verbi ministros miris modis divexare. At ita est verbi conditio. Boni consule hec effusa verius quam scripta, sic urgente nuntio, et me tuis litteris non dedignare. Oremus Christum, ut cum plenitudine benedictionis euangelii obruat omnes nos.

Bene vale in gloriam Iesu et perge, ut facis; in apertione oris tui cum libertate notum fac mysterium euangelii Christi, qua legatione fungeris *[Eph. 6. 19]*. Dominus adsit spiritui tuo *[2. Tim. 4. 22]*.

Raptiss*ime*. XIIII Aprilis 1523.

Adam Vueiss, inutilis verbi minister in Creilsheim.

Eximio viro d*omino* Ulricho Zuuinglio,
Thuricensis ecclesiae contionatori euangelicissimo,
suo in Christo maiori.

---

[4]) *Der Schreiber teilt also die Stimmung Zwinglis, der, im Hinblick auf die radikale Partei in Zürich, ebenfalls seit 1523 auf Reformen im Kultus zu dringen beginnt.*

298.

Zwingli an Johannes Oecolampad.

Zürich, 19. April 1523.

S. Debeo equidem saepius ad te dare literas, fateor, piissime Io*annes*, quo crebrius te ad scribendum excitem, id quod nobis etiam in *ἀπορίᾳ* constitutis animum levaret. Sed non permittunt, quod volumus et cupimus, negocia. Vicarium Constan*tiensem* Io*annem* ***Τέκτονα***, imo ***Ψευδοτέκτονα***, perhibent amarissime in nos invexisse, partem autem etiam nunc Argentorati excudi[1], Zasium praeterea eiusdem calcaribus exstimulatum nescio quos posthumos parturire[2]. Verum si belligerandum erit, non hercle optem alios hostes, quorum alter ex dolis ita consutus est adeoque patentibus, ut *τὴν ῥαφὴν* lusciosus etiam videat, alter nihil aliud praestabit, quam quod Darii exercitus, qui, quod et pretiosissimus esset et venustissimus, nihil praeclarum habuit, quam, quod primum eum Alexandri exercitus, neglectus certe, si pigmenta spectas mundumque muliebrem, aspexit, in praedam conversus est. Prodeant volo palamque arma capiant, provocent ac videant, quam probe Christus nos defendat. Audio nihilominus ***ἀπὸ Τέκτονος*** calumniis et contumeliis nos obrui, ultimis nimirum refugiis istorum; sed nec ista veremur, plane nobis conscii, quam innocentem semper vitam duxerimus. Fingant per me licet isti Herostrati mendaciorum plaustra aliorumque flagitia et in nos

Autograph (s. unten) gegenwärtig nicht mehr zu ermitteln (Mitteilung von Prof. Seedorf, Stadtbibliothekar in Bremen).

Abdruck: Bibliotheca Bremensis, class. VI. fasc. V. (Bremae 1723) p. 1005ff., „ex αὐτογράφῳ, quod cl. Isingii est". — Danach Sch. u. Sch. VII 291f.

[1]) *Die Schrift Fabers scheint nicht erschienen zu sein; Oecolampad weiß noch am 16. Juni nichts davon (Nr. 306, Anm. 1).* — [2]) *Zasius arbeitete damals an seinen Intellectus Iuris, die aber erst 1526 erschienen. Über seine Abwendung von der Reformation und die unerfreulichen Verhältnisse in Freiburg um 1523 vgl. Stintzing S. 249f.*

iaciant, nihil tamen unquam egit Zvinglius, cuius rationem reddens non possit apud quemcunque etiam iniquissimum iudicem absolvi. Deo gratia, quod huc ventum est, ut calumniis falso etiam confictis partes suas tueantur. Novarum praeterea rerum nihil est, quod te scire referat. Commendo me Christo et tibi. Servet te deus.

Salvos iube Cratandrum, Nepotem[3], omnes quotquot Christo favent.

Ex Tiguro 19. Aprilis MDXXIII.

Huldrichus Zuinglius tuus.

Ioanni Oecolampadio, viro et piissimo et doctissimo, fratri in Christo dilecto. Gen Baſel.

1 iaciant] iaceant.

[3]) *s. Nr. 87, Anm. 2 und Nr. 94, Anm. 1.*

299.

Nicolaus Gerbel[1] *an Zwingli.*

Straßburg, 21. April 1523.

Nicolaus Gerbellius S. in Christo Iesu.

Credo te ex superioribus literis[2] abunde satis accepisse, qui sit erga te animus meus, intelligere etiam, quam cupiam me tibi commendari. Nunc, quia amicitię iure omnia tibi mecum communia esse volui, non in postrema parte erunt utriusque amici, e quorum numero hic unus est, qui has literas reddet tibi[3], quem probari tibi maxime desidero. Nam pręter morum facilitatem animo est adeo syncero, adeo candido, ut nesciam, si parem inter multos reperire queas. Id quod tute ilico, me etiam tacente, animadvertes ex habitu corporis summaque in rebus obeundis, quas illi delegaris, dexteritate. Is in severo et Perillęo prope carcere[4] annis aliquot excruciatus, tandem divino, ut ęstimo, spiritu excitus superstitionem cum habitu reliquit. Eius est animi, ut post hac sese cum uxore atque liberis, si quos ex ea susceperit, manibus laboreque suo enutriat. Sed quoniam apud nos adhuc tuto id facere non potest, consilium fuit homini vel apud te,

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 108. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 292 f.

---

[1]) *Nicolaus Gerbel, von Pforzheim, studierte 1506 in Köln, 1507 in Wien, 1513 in Bologna, wo er Dr. jur. wurde. Vorübergehend war er in Basel und kam dann 1515 nach Straßburg. Er widmete sich dem Rechtsfach und nannte sich jureconsultus; seit 1525 lehrte er Geschichte. Stark beteiligt erscheint er an der Reformation, indessen in oft unerbaulicher Sonderstellung zu den Hauptreformatoren Straßburgs als eifriger Anhänger Luthers, den er über alles, was in Straßburg vorging, auf dem laufenden hielt. Er starb 1560. L. Geiger in A. D. B. VIII 716 ff. C. Varrentrapp, N. Gerbel 1901.* — [2]) *Der frühere Brief Gerbels an Zwingli ist verloren.* — [3]) *Der Name ist nicht zu ermitteln.* — [4]) *Perillus hatte dem Tyrannen Phalaris einen Stier aus Erz verfertigt, in dem Übeltäter durch untergelegtes Feuer getötet werden sollten, und mußte dann selber zuerst das Opfer werden. Daher Perilleus (nicht Perillęus) im Sinne ausgesuchter Grausamkeit.*

vel quos tu illi nominaveris, victum querere. Ea in re operam tuam ego eius nomine studiosissime postulo; nam vel ipsa caussa ad hoc te facile animabit. Quod si etiam meus interventus, quem commendatiorem tibi facio, quod tam recens est, non nihil impetraverit, maximi beneficii loco mihi erit. Non credis enim, quantum sibi de meis ad te literis homo omnium fere rerum egenus polliceatur. Fac intelligat, se non frustra tantam spem de amicitia nostra concepisse.

Foelicissime vale.

Argent*orati* XXI. mens*is* April*is* MDXXIII.

Viro iuxta pio ac docto m*agistro* Ulricho Zuuinglio,
amico et fratri suo charissimo.

7 nostra *übergeschrieben* — 9 MDXXIII] MMXXIII.

300.

Zwingli an Margareta Fehr[1].

(Zürich), 22. April 1523.

Gnad und frid imm herren Jeſu Chriſto. Liebe in Chriſto ſchwöſter.

Wiewol ich, nachdem und ich by üch zů den Einſüdlen[!] żin bin[2], wenig gſchrifft zů üch geſendt, hab ich doch üwer zů allen eren nit vergeſſen, und ſchaffend die unzalbarlichen gſchäfft, das ich zů nieman nach notturfft ſchriben kan, als ich aber von hertzen begerte, vorus, ſo ich ieman beßren, getröſten oder underwyſen könde. Denn ich warlich ſich, das gott den menſchen nit gſchaffet hatt, das er im ſelbs läbe, ſunder das er in der dienſtbargheit gottes und des nechſten ſich verzere. Allſo tůn ouch ich zů diſem mal, ſo ich bericht bin, wie üwer gmůet etwas kumers trag von wegen des zůgangs zů der himeliſchen ſpys der ſeel, wäre ich bereit, under vil gſchäfften, üch denſelben hinzenemen, wo ich

3 Einsüdlen] *zuerst* Einsiüdlen, *dann* i *durchgestrichen.*

Basel, Frey-Grynäische Bibliothek: Msc. II. 14 p. 220. — Siegelspur.
Abdruck: Briefe aus der Reformationszeit, Basler Universitäts-Programm 1887, S. 22 (durch R. Stähelin).

---

[1]) *Margareta Zimmermann geb. Fehr war die Gattin des Xylotectus (über diesen Nr. 211), der sie in den Briefen an Zwingli wiederholt, wenn auch ohne Namen, erwähnt. Ihr Mann starb 1526 in Basel. Um diese Zeit kam der nachmalige Basler Buchdrucker Johannes Oporin, der bereits als Schulmeister zu St. Urban im Kanton Luzern mit Xylotectus bekannt geworden war, nach Basel zurück; er heiratete 1527 die Witwe. Sie war reich, aber eine Xantippe, die, „alt, ungeschickt und haderig (vetula, ineptula, morosula), den frommen man durch ir zornmůtige geberden fast umgebracht". Ende 1535 lebte sie nicht mehr. Vgl. C. Chr. Bernoulli, über Oporin, bei Heitz, Basler Büchermarken S. XXXIII, wo alle Literatur. Streuber, Oporin, in Basler Beiträge 3, 78f.* — [2]) *In Einsiedeln war Zwingli an der Engelweihe 1522 im September; auch Xylotectus war wohl damals dort, vgl. Nr. 284 Nachschrift.*

nit by mir ſelbs wol möchte gedencken, das ſölchs nun ein anfechtung wäre, dero ir nunhinfür ſo wol in dem wort gottes bericht, wol widerſton werdend imm herren. Denn als ich hoff, wüſſend ir wol, das alle verbott der ſacramenten halb nút anders ſind denn ein geltkloben, allſo, das man mit dem verbott gelt hatt harfürbracht von den einvaltigen; denn was ſölte das ſin, das einer ia ſin eigen kind zum touff trúge und den glouben veriähe? Sind denn die ſacrament ein geverd? Allſo möcht ouch ein priſter ſin eigen ewib ſpyſen, bicht hören (ſo verr ſy ſölchs erfordrete, doch ſol ſy nit darzů zwungen werden) und andre geiſtliche notturfften zůdienen; denn ſölte das die ee hindren mögen, ſo möchte die ee verdacht werden, als ob ſy nit gůt wär. Nun iſt ſy aber von gott harkomen; ſo iſt ſy ouch gůt; warum ſolt ſy denn mögen irren, das ein gmahel dem andren nit möchte zůdienen das, ſo gůt iſt? Warlich nút me mag ſy irren, denn ſo einer ſin eigen wyb hette das wort gottes gelert; denn das wort gottes iſt nút anderſt, denn der herr Jeſus Chriſtus. Darzů iſt dhein menſchlich gſatzt, das eim prieſter verbútt, ſinem ſchönwyb[3] den fronlychnam zůzedienen, ich wil gſchwigen, das dhein göttlichs iſt, das ſölchs verbiete, und darzů nit eim eewyb. Bichtkind mögend nit beſchlaffen werden von iren bichtvätteren; noch iſt das ouch nun ein menſchlich gſatzt; aber by diſem ſacrament des fronlychnams und blůt Chriſti iſt weder götlich noch menſchlich verbott. Hierumb laſſend diſen närriſchen kumer ligen und förchtend gott in andren dingen, namlich ſo ir ieman übelreddtind, kriegtind, gytig wärind, nydig oder häſſig; dann ſölche ding tůn iſt ſünd; von ſinem gmahel die himeliſchen ſpys eſſen iſt nit ſünd, glych alſs ouch nit ſünd iſt, von imm das himeliſch wort hören und lernen. Es iſt by den alten Chriſten ſitt zin, das wyb und man mit einandren diſe ſpys verhandlet und brucht habend, als man imm Tertuliano[4] wol ermeſſen mag. Von dem nit me. Demnach bitt ich üch, das ir üwer gmůet me und me rúewigind mit dem wort gottes, allſo das von tag zů tag in üch erlöſche die unrůw des fleiſchs, die ich hie nit verſton eliche werck, ſunder die menſchlichen begirden und lyden, alls da ſind gyt, zorn, nyd, haß, verbunſt, yfren über den man, yfren über gůt und derglychen. Sind fridſam mit üwerer ſchwiger[5], da bitt ich üch umb gotzwillen umb; dann es ein vaſt erſame, fine frow iſt, die ouch üch vil

6 trůge] trüge — 15 wort] *ursprünglich* worg, *dann* g *gestrichen und* t *übergesetzt* — 27 man *übergeschrieben.*

---

[3]) *schönwyb = Konkubine. Sonst nicht zu belegen, es entspricht dem im 15. u. 16. Jahrh. wiederholt begegnenden „hüpschwib“ (Mitteilung von Prof. Bachmann). Vgl. Schönliebchen bei Grimm, Deutsches Wörterbuch IX, 1522.* — [4]) *Ad uxorem 2, 9.* — [5]) *Xylotectus grüßt Zwingli von Frau und Mutter, Nr. 259.*

lieber und werder hatt, denn ir ermeſſen mögend. Denn wo man gegen einandren yfret, iſt man nit daſelbſten fleiſchlich, wie Paulus zů den Corinthen[6] *[1. Cor. 3. 3]* ſpricht? Und ein iamer wäre es an ein menſchen, das imm iederman gern wölte fridſamlich bywonen, und wölte aber es nůt fridſams hören, als ich üch warlich nit vertruw. Und üwer frommer eeman kumpt ſo dick[7] nit zů mir, das ich inn nit höre von üch gar erſamlich ſagen, mich grůtzen von üch, anzeigen, wie ir flyſslich läſind, üch für und für beſſrind, und tůt das mit ſölchem luſt und fröiden, das es mich fröwt; gedenckt gheins andren wybs, gat by üns an ghein argwönig ort, welchs alles ein zeichen iſt unvermasgeter[8] trüw. Darumb ſo üch gott zemenbrůfft hatt im friden, ſo laſſend üch das kurtz leben in diſem zyt nit verwirt werden mit bittergheit des zorns, nyds und unrůwen, ſunder gunnend üch ſelbs růw; ir werdend demnach wol unrůw gwünnen umb gotz willen. Nit me denn ich bitt gott, das er üwer hertz ie me und me zů imm ziehe, damit ir ſinen willen erlernind und tůgind. Amen. Tůnd, das man ſehe, wie vil die Chriſtenmenſchen růwiger und beſſer ſyind, denn die unglöubigen.

Geben ꝛc. am 22. tag Aprellens MccccXXIII., üwer williger Huldrych Zuingli.

Der erſamen, frommen Margreten Verinen ꝛc.,
ſiner lieben, günſtigen ſchwöſter in Chriſto.

5 es *übergeschrieben* — 7 grůtzen] gruetzen — 11 zemenbrůfft] zemenbruefft — 15 erlernind] *das zweite* r *über der Zeile* — tůgind] tügind — 16 růwiger] rüwiger.

---

[6]) *Corinthen, diese Form ist bei Zwingli häufig.* — [7]) *oft* — [8]) *unbefleckter, makelloser.*

301.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 27. April (1523).

S.

Beatum te in Christo, mi Zwingli, qui reddis retributionem superbae et miserae Babylonis filię clamanti per singulos dies suis: expugnate, expugnate usque ad fundamentum *[Ps. 137. 7 f.]*! Non credit stulta illa, quod dominus confortarit portas Sion *[Ps. 147. 13 f.]*, et quod imbelles omnium consiliorum machinae adversus dominum. Beatum te, qui pio zelo ad petram parvulos eius allidis *[Ps. 135. 9]*! Certa est victoria, quoties auspiciis et ductu Christi adversus incircumcisos et alienigenas bellum suscipitur et geritur. Benedictus ipse deus, doceat manus tuas ad bellum *[2. Sam. 22. 35]*, et digitos tuos ad prelium! Porro et nos nuper manum ad aratrum aliquanto diligentius admovimus[1] *[Luc. 9. 62]*, inventique sunt adversarii multi, simul

4 f. *statt* et quod *ursprünglich* et stultum, *dann* stultum *gestrichen und* quod *unter die Zeile gesetzt* — 7 *vor* quoties *gestrichen* ubi.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 115. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 293.

---

[1]) *Im März und April 1523 vollzog sich in Basel ein Umschlag zugunsten des Evangeliums. Die Altgesinnten unternahmen einen Anlauf gegen dieses, indem sie zunächst mit Hilfe des Barfüßer-Provinzials Satzger die zwei ihnen verhaßten Brüder Pellikan und Lüthart aus dem Basler Kloster verdrängen wollten. Aber der Versuch schlug im Gegenteil zugunsten der Evangelischen aus. Die städtische Obrigkeit beschloß am 11. April, der Provinzial habe entweder die beiden Brüder in Basel zu lassen, oder aber gleich alle Barfüßer mit sich wegzuführen, ansonst man sie ihm nachschicken werde. Weiter kündete man vier ordentlichen Professoren, die man an den vorgekommenen Intrigen besonders beteiligt erachtete, ihren Gehalt und das Recht zu Vorlesungen ab und ernannte zu ordentlichen Professoren mit Gehalt Oecolampad und Pellican. Vgl. des letzteren Chronicon p. 80/95, dazu die Ratsbeschlüsse in der Einleitung davor p. XX ff., den Brief Ceporins aus Basel vom 13. April an Propst Brennwald (gedruckt bei Strickler 1, Nr. 590) und den Kratanders vom 20. an Bonifacius Amerbach in Avignon (die betreffende Stelle bei Fechter 2, 219, Anm. 62; vgl. Burckhardt-Biedermann S. 160, wo S. 159 f. auch ein späterer bezüglicher Bericht). Ungefähr in diese Zeit wird auch das Basler Mandat gehören, das nach Vorbild des*

atque apertum est ostium *[1. Cor. 16. 9]*, sed quibus nihil ineptius; id quod te ex aliis cognovisse reor. Bene vertit deus negocium variisque modis ostendit impressionem in illos impavide faciendam et neutiquam respiciendum. Bona spes fulsurum diem more insolito, quoad obterantur omnes, qui blasphemant sanctum Israel *[Jes. 1. 4]*. Interim quoniam in hunc usum positi sumus, tantum absit, ne nobis timeamus, ut et minas et maledictiones et opprobria et calumnias, et quicquid id genus nobis oggerunt, non solum non rideamus, sed et benedictionum loco suscipiamus, confirmati ab eo, qui beatos nos dixit, si omne malum verbum adversus nos dixerint, mentientes, propter Christum *[Matth. 5. 11]*. Dolent Pharisaeorum filii decedere aliquid suo fastui, non attendentes, quod regis gloriae nomen benedicitur; sed vellent, aut certe non curarent, si nomen fortis Israel contaminaretur in gentibus. Unde audendum et infatigabili conatu non dormitantibus hostibus obluctandum. Videmus messem multam, operarios paucos *[Matth. 9. 37]*; nam numerosos illos ignavos ventres, qui verbis quidem ędificare se dicunt, re autem ipsa demoliuntur et seminant zizanias atque id genus, ne non operentur; sunt enim et iniquitatis operarii. Precare dominum, ne nos a pueris suis abiiciat detque etiam nobis vel infimam in domo sua ministerii sortem. Uror enim, quum plebem video aliorsum rapi. — Fabri[2] robur, quam sit contemnendum, iampridem expertus es. Nec terrebunt miserabilis senis[3] ausus lapsantem deliriorum parietem linituri, imo nulli timendi. Vel ego fallor, vel in omnibus castris eorum metus ac trepidatio. Vellem quidem sępius nos literis inviseres, quandoquidem colloquium negatur. Sed si tanta sunt negocia, boni consulendum, etiam quod necessitas permittit. Crescere te faciat et benedicat tibi ecclesiaeque tuae in seculum.

Salutant te Nepos ac Cratander.

Basileae XXVII. Aprilis.

Tuus Io*annes* Oecolampadius.

Huldrico Zwinglio, presbytero Tigurino,
in euangelii ministerio omnium diligentiss*imo*, suo fratri.

6 *vor* ne *gestrichen* ut — 8 *vor* oggerunt *gestrichen* obiiciunt — 16 *vor* numerosos *gestrichen* eo.

„Urteils“ nach der ersten Zürcher Disputation die schriftgemäße Predigt befiehlt; vgl. Zwingliana 1, 333ff. 383f.

[2]) *Johannes Faber, bischöflicher Vikar zu Konstanz; vgl. Nr. 298, Anm. 1.* — [3]) *Zasius, s. Nr. 298, Anm. 2. Auch das Folgende ist Antwort auf jenen Brief.*

302.

Berchtold Haller an Zwingli.

Bern, 9. Mai 1523.

S. D. Ecquid te longis obtundere cartis opus erit, doctiss*ime* vir, cum nuncius praesto sit, qui te ad ravim usque certiorem reddere poterit omnium, quae aput nos tum acta sunt et indies aguntur? Profecto, nisi testari voluissem meam in te sedulitatem, calamo pepercissem. Duo dumtaxat sunt, quibus hanc pagellam commaculare placuit. Unum est, ut scias, Thomam nostrum Wyttenbachium[1] maximo desiderio tuas expectare literas. Scripsit ad te, ni fallar, binas[2], quae, si non interceptę fuerint, dum per ocium licuerit, aliquando relegas relectisque respondeas[3]. Suo Marte pulchra quaedam congessit ac cum fratribus, qui Bernę sunt, contulit, de matrimonio, episcopo Christiano, sacerdotio, superstitiosoque adversum tempestates pulsu, quę omnia vigilantius forte revisa tibi commendabit[4]. Alterum „Opus illud tuarum conclusionum“[5], indubie laboriosum, quod incudi traditum scripseras, expectamus omnes; quod si excusum fuerit et absolutum, ne nos diutius frustrari patere. Bibliopola noster quendam mittit nuncium, qui excusos, ac si quae alia sint apud vos nova, ad nos adferat. Ubi ad te venerit, tuto poteris ei commendare omnia.

De vicinis nostris, qui sunt Friburgi, bene spero. Est illic praeco euangelicus[6], qui pro modestia sua tantum profuit, ut a senatu

8 *vor* quae *gestrichen* literas.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 115. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 294 f.

[1]) *Einst Zwinglis Lehrer in Basel, jetzt Leutpriester in Biel; s. Nr. 305, Anm. 1.* [2]) *Die Briefe Wyttenbachs sind verloren.* — [3]) *s. Nr. 305, Anm. 2.* — [4]) *Diese Abhandlungen Wyttenbachs sind verloren.* — [5]) *Auslegen und Gründe der Schlußreden, abgedruckt Bd. II, S. 1 ff.; die Schlußreden selbst (Bd. I, S. 458 ff.) sind das primum opus, das Auslegen das opus alterum.* — [6]) *Der Name dieses zahmen Predigers ist nicht sicher bekannt; möglicherweise ist an Thomas Geierfalk zu denken, der am 5. Januar 1524 wegen des Evangeliums aus Freiburg weichen mußte, weshalb ihn H. C. Agrippa an Cantiuncula in Basel empfahl (Herminjard 1, p. 99, Anm. 2, vgl. p. 329, Anm. 6). Vgl. Nr. 367.*

edictum sit, quatenus libere euangelicum doceat, tacito tamen nomine Luteri. Salodori suo trahuntur adhuc genio[7]. At utcunque dominus Iesus quottidie congregationi addit aput nos *[Act. 2. 47]*, ut facile (nisi divina in nos ira) verbum eius explodi nequeat, reclamantibus quantumcunque nobilibus[8]. Famem verbi Bernates habent, pascuntur in dies iuxta gratiam nobis datam. Episcopus noster Lausannensis visitare[9] volebat in signum suę in nos iurisditionis [!]; at Bernates, quamprimum per prępositum Nicolaum[10] pompę huiusmodi instruebantur, mox misso tabellione episcopo inhibuerunt, ut nec oppidum nec pagos Bernatum visitare praetendat omnino. Interim ad nos concessit episcopus ille electus Basiliensis[11]. Quid aput nos agere velit, nescio. Habent et ipsi aput nos patronos potentes, et ex magnatibus non infimos, vigiles, tamen sua spe hactenus semper illusos. Christo, cuius negocium agitur, nobis propitio omnia comittimus omnes.

Sebastianus noster rediit[12], qui te suis quoque literis multorum certiorem reddet[13]. Vidi literas, quas ad eum[14] a me pie impulsus dederas; non dubito, quin obsecuturus sit. Cęterum fratrem hunc Franciscanum[15] unice tibi commendo; cui si quid beneficii impenderis, mihi quoque impensum suscipiam.

His vale et me commendato utere.

Salutant Lupulus[16], Trempius[17], Valerius[18], Fabianus[19] cęterique innumeri te tuosque in Christum unice pios.

Rursum vale basilice.

Valeant Leones[20] et Grebelii[21] musice.

Bernę 7. Idus Maias anno M.D.XXIII.

Bertoldus Hallerus tuus ut suus.

Eruditione ac pietate insigni viro *domino* Huldricho Zuinglio, aput Tiguros euangelistę, domino suo ut fratri unice amando.

---

[7]) *Vgl. Nr. 288, Anm. 4.* — [8]) *Vgl. Nr. 293, Anm. 4.* — [9]) *Vgl. schon Nr. 293, Anm. 13.* — [10]) *Propst Nikolaus von Wattenwil am Münster in Bern, s. Nr. 293, Anm. 2 u. 15.* — [11]) *Nikolaus von Diesbach (vgl. Nr. 276, Anm. 4) war ein Berner, 1519 von dem alten Bischof Christoph von Utenheim zum Coadjutor angenommen. Vgl. weiteres in der Basler Chron. 1, 415.* — [12]) *Vom Ordenskapitel in Schlettstadt, s. Nr. 293, Anm. 6. Gemeint ist Sebastian Meyer.* — [13]) *Ein Brief Meyers an Zwingli findet sich weiterhin nicht vor.* — [14]) *Der Brief Zwinglis hat sich nicht erhalten.* — [15]) *Nicht weiter bekannt.* — [16]) *Heinrich Wölflin (Lupulus) war einst Zwinglis Lehrer; vgl. Nr. 214, Anm. 10.* — [17]) *Zwinglis Verwandter; s. Nr. 461, Anm. 1.* — [18]) *sc. Anshelmus; s. Brief vom 28. Oktober 1528.* — [19]) *sc. Windberger; s. Nr. 248, Anm. 10.* — [20]) *Leo Iudae.* — [21]) *Konrad Grebel; s. Nr. 27, Anm. 1.*

303.

Zwingli an Schultheiß und Rat zu Winterthur.

Zürich, 1. Juni 1523.

Sine gehorſame dienſt und alles gůtes zevor, frommen, fürſichtigen, erſamen, wyſen herren.

Es langt an mich *meister* Heinrich Lüti[1], der etliche iar har gemeiner kilchen Zürich zum Großen münſter und mir trülich und erlich gedient hatt, ich ſölle imm ſiner frommen redlichen dienſten kundſchafft vor üch, minen gnädigen lieben herren, geben, der hoffnung, die werde im vor *üwer* wysheit fürderlich ſin. Hierumb ſye dero ze wüſſen, das der berůrt *meister* Heinrych züchtiklich, frommklich, erlich, ernſtlich, flyßlich vorgemelter kilchen und mir gedient hatt, deß ich imm kundſchafft lieber geben wil weder verſchwygen vor allen menſchen. Ob ouch demnach *üwer* erſam wysheit nit vermeinte geſchmächt ſin mit minem ſchlechten gebett, wäre gar min ernſtliche begird, das *üwer* wysheit im das verſehen üwer predicatur, die iar ir die nit verlyhen werdend, zůſtellen wölte[2]; dann er ein wolberedter, züchtiger, wolggründter in der

7, 11, 12 *üwer*] *uwer* — 8 berůrt] beruert.

Winterthur, Stadtarchiv: Akten Nr. 190.
Petschaftabdruck deutlich erhalten.
Abdruck: Neujahrsblatt Winterthur 1844. Sch. u. Sch. Suppl. 33f.

---

[1]) *s. Brief vom 31. Januar 1527.* — [2]) *Zwingli hatte einst statt seiner dem Rat von Winterthur für die dortige Prädikatur den M. Johannes Dingnauer empfohlen (vgl. Briefe vom 30. Oktober 1517, Nr. 29 u. 30), der Rat aber dann die Pfründe dem M. Simon Mägeli verliehen. Die Wahl war keine glückliche. Mägeli sah sich schon am 13. Dezember 1522 genötigt, zu resignieren, worauf, am folgenden Tage, der Bischof dem Rate erlaubte, die Pfründe auf sechs Monate mit einem Säkularpriester zu versehen, u. a. damit er desto leichter einen geeigneten Verweser finde. Nach Ablauf dieser Frist suchte der Rat um weiteren Aufschub nach, u. a. weil er wegen der in der Kirche eingetretenen Spaltung keinen geeigneten Priester finden könne, und der Bischof*

gschrift prieſter iſt, von dem ir, als ich wol von imm verheißen mag, alles gůten und eren warten ſind, ob gott wil. Er hatt ſich ouch vor eim erſamen radt miner gnädigen herren von Zürich etlicher ungeſchickter reden mit warer unſchuld entſchlagen, das ſölchs, ob got wil, by üch imm nit nachteil bringen wirdt. Hiemit ſind gott bevolhen und verzyhend minem frävel, mit demm ich üch hab gdören bittende anvallen, und wo ich mit minen armen dienſten üch möchte willfaren, ſchaffend und gebietend.

Geben Zürich, erſten tags Junii MCCCCCxxiij.

Huldrych Zuingli
üwer wysheit allzyt
williger
manu mea propria.

Den fürſichtigen, erſamen, wyſen ſchuldheißen und radt zů Wintertur, ſinen gnädigen, günſtigen herren.

11 üwer] uwer.

---

entsprach dem Gesuch für ein bis zwei Jahre, am 6. Mai 1523, mit dem Auftrag, das Amt inzwischen durch andere geeignete Priester versehen zu lassen. Erst am 22. Februar 1525 erfolgte wieder eine definitive Besetzung der Pfründe. Sie wurde dem von Zwingli durch obigen Brief empfohlenen M. Heinrich Lüti verliehen. Vgl. A. Ziegler, Die kirchlichen Zustände in Winterthur usw. (1901), S. 73ff. Daß übrigens Lüti schon bald nach Zwinglis Empfehlung nach Winterthur kam, also schon während des Provisoriums die Prädikatur versehen hat, ergibt sich aus den Akten der zweiten Disputation vom Herbst 1523, an der er sich bereits als „Prädikant zu Winterthur" beteiligte. Aus allem scheint hervorzugehen, daß die Winterthurer eben darum jenen Aufschub nachsuchten, um das Schifflein ihrer Kirche in das neue Fahrwasser überleiten zu können.

304.

Martin Bucer an Zwingli.

Straßburg, 9. Juni 1523.

Salve in domino, vir pientiss*ime*. Dedi pridem ad te literas, quib*us* necessitatem exposui meam, qui euangelii caussa nunc exulo, atque oravi, sicubi operam meam in euangelio praedicando usui fore putares, indicares per literas. Vereor autem, ut meas literas accęperis[1]. Nam quantumvis liberae eae fuerint, et tu nunquam vacuus sis propter verbum dei, ego etiam tibi incognitus sim, tamen, quae tua fides est atque exposita omnib*us* charitas, sic, minimum licet, me aversatus non esses, ut non respondisses, quando antea tam beneficum etiam exhibueris te Thomae Phanerio, quem ignotus ignotum tibi commendaram[2]. Proinde paucis, quae scripseram, replicabo[3]. Superiore anno mense Novembri parochum Vuissenburgi, virum pium et ecclesiae

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 312b. Siegelspur. — Außen mit großen Buchstaben der Vermerk: Martinus Bucerus.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 295/297.

[1]) *Der Brief ist verloren. Er war datiert vom 23. Mai und ging mit einem Schreiben gleichen Tages an Rhenan nach Basel zur Besorgung an Zwingli ab, muß aber diesem verspätet oder gar nicht zugekommen sein; Baum, Capito und Butzer (1860) S. 209.* — [2]) *s. Nr. 180, Anm. 2.* — [3]) *Die im folgenden gegebene Darstellung Bucers von seinen neueren Erlebnissen läßt sich im weiteren Zusammenhang verfolgen bei Baum a. a. O. S. 135/210. Einige genauere Daten sind: Bucers Abschied als Hofkaplan des Pfalzgrafen Friedrich im Mai 1522. Antritt der Sickingenschen Pfarrei Landstuhl unter dem Schlosse Lanstall im Juni, und um dieselbe Zeit Heirat mit Elisabetha Silbereisen, Nonne im Kloster Lobenfeld. Abschied von Sickingen zur Reise auf das Studium zu Wittenberg, auf derselben aber Annahme der vom Pfarrer Heinrich Motherer angebotenen Predigerstelle zu Weißenburg im November 1522. Abzug in Weißenburg und Ankunft in Straßburg Ende April 1523. Dazu vgl. die Schrift: „Martin Butzers an ein christlich Rath vnd Gemeyn der stat Weissenburg Summary seiner Predig daselbst gethon. Mit anhangender vrsach seins Abscheydens“ usw. Abdruck in (Festschrift) zur 400jährigen Geburtsfeier Martin Butzers, Straßburg 1891, S. 1—96.*

suae solicitum, orantem obnixe me, ut praedicando pure euangelio gregi Christi illic operam meam collocarem, passus fui exorare, cum quod illius preces vocationem interpretabar, tum quod apud Franciscum de Siccingen, ad quem ex aula principis Friderichi Palatini, cui cum euangelio nihil commune esse eram expertus, concesseram, studia mea bellum, quod contra Trevirensem, optima quidem fide, ut sibi videbatur, sed nescio qua vocatione, susceperat, interturbarat. Sed ilico Vicarius Spirensis[4], quem euangelio infensiss*imum* fama nominis mei, quae vere veritate maior est, terrebat, negotium exhibere conarique me pellere cępit. Cui Christo me confirmante restiti et praeter omnium spem illic duravi usque ad mensem Maium, diligentiss*ime* populo euangelio inculcato. Nam per adventum et quadragesimam cottidie, profestis diebus semel, festis bis, praedicavi et primo epistolam d*ivi* Petri priorem, deinde euangelium Mathaei[!] explicavi. Hoc tamen absolvere non licuit. Inbiberunt autem sic doctrinam Christi, ut mulierculae *[2. Tim. 3. 6]* iam adversarios, quorum magnus illic proventus, quia omne genus monachis atque sacrificis oppidum perditum est (refertum dicere debueram), revincant scripturis prorsusque mutos reddant. Sed ubi Franciscus cecidit iamque oppido hostilis exercitus imminebat, quod non undiquaque[!] principi Palatino, cuius episcopus Spirensis frater est[5], cum civib*us* conveniebat, senatus, qui alioqui, quod sua ubique querunt, euangelio non admodum serio adfecti sunt, orarunt parochum meum atque me, ut ab eis discederemus, ne nostri caussa incommodi aliquid oppidum pateretur. Quib*us*, quum sine tumultu plebis aliter non potuimus, ne seditione verbum infamaretur, acquievimus, atque plebe nesciente discessimus, quae, si rescivisset, quieta haud mansisset. Iam uterque Argentinae desidemus summa in tenuitate, et est utrique uxor partui vicina. Tentarunt bis fratres, ut ostium mihi prędicandi verbi dei aperirent *[Col. 4. 3]*, iamque convenerant, ut Germanice profiterer aliquem novi testamenti librum; sed senatus, cuius bona pars euangelio adhuc parum

2 cum] *ursprünglich* num — 6 f. ut sibi videbatur *am Rande* — 9 mei *übergeschrieben* — 18 f. revincant ... reddant *am Rande* — 21 *vor* cuius *gestrichen* cu — 23 me *übergeschrieben* — 26 acquievimus] accquievimus.

---

[4]) *Gemeint ist der bischöflich Speirische Generalvikar in spiritualibus, nicht zu verwechseln mit dem Vikar am Domstift daselbst Maternus Hatten, der ein Humanist und Freund von Bucer und Brenz war; vgl. G. Bossert, Badisch-pfälz. Ref.-Gesch. (Zeitschr. f. Gesch. d. O.-Rheins XVII. 47 ff.).* — [5]) *Bischof Georg von Speier (1521 bis 1529) war der Bruder des Churfürsten Ludwig von der Pfalz. Näheres über ihn und die reformatorische Entwicklung seines Sprengels bei Bossert a. a. O. S. 41 ff., 251 ff., 401 ff.*

favet, ubi animadvertit, magnum civium fore numerum, qui me audirent, vetuit, ne quicquam legerem, metuens scilicet, ne lectionis audiendae praetextu civium grandior concio contra ipsos aliquid moliretur aut minus dicto audiens redderetur. Sic suo regno ubique a Christo timent, cuius tamen regnum de hoc mundo non est *[Joh. 18. 36]*. Itaque studiosis aliquot Latine epistolam Pauli ad Timotheum praelego, ne omnino nihil faciam. Vicarius episcopi, quod confessus sum uxorem habere me, praedicandi facultatem, quam hac lege petii, ut, si unquam deprehenderetur docuisse me, quod in divinis literis non expressum legatur, iuxta domini praeceptum Deut. XIII. *[Deuteron. 13. 10]* lapidibus me obrui faceret atque occideret, negavit tamen, dicens supra captum suum atque facultatem esse: cui tolerabilia sunt scortationes et manifesta adulteria! Obieceram scripturas et ipsorum canones; sed ad ea nihil respondit; iussit episcopum adirem, in sua facultate, ut me admitteret, situm non esse. Itaque incertus etiamnum rerum omnium hęreo; oro autem tuam charitatem, quando vix uspiam messis maior est quam apud vos, sicubi operam meam fratribus fore usui putares (quantulacumque conditione eam collocarem mecumque alerem praefatum meum parochum; nam parvo uterque vivere didicimus), velis per literas mihi indicare, quod facile potes appetente nunc emporio Argentinensi. Nihil autem vereare ab uxore mea; et ea continentissime vivere novit, quae aedificationi multis, scandalo nulli futura est. Iam, qua fide tu es et charitate, non dubito; si aliud non poteris, rescribes tamen atque alibi, ubi ubi id fuerit, indicabis, si quid sperandum putaris. Et hic sane messis abunde magna est *[Matth. 9. 37]*, sed praeter unum Mathaeum[6] nemo operatur bona fide. Quod unice dolet bonae civium parti, qui tamen, conspirantibus senioribus populi aliquot cum sacerdotum principibus, impetrare collegam illi haud potuerunt.

2/5 metuens ... est *am Rande* — 12 tolerabilia] *ursprünglich* tolelabilia — 15 *vor* situm *gestrichen* nihil — 24 *vor* indicabis *ein nicht mehr leserliches Wort gestrichen.*

---

[6]) *Matthäus Zell (1477/1548), von Kaisersberg, wurde 1505 zu Freiburg im Breisgau Magister, 1517 Rektor, und folgte im Frühjahr 1518 einem Ruf als bischöflicher Beichtiger und Münsterpfarrer nach Straßburg. Seit 1521 predigte er im reformatorischen Geiste über den Römerbrief. Mit seinem Vikar Theobald Schwarz (Nigri) feierte er früh die Messe in deutscher Sprache und das Abendmahl unter beiden Gestalten. Gegen die Anklage auf Ketzerei schrieb er 1523 die „Christeliche Verantwortung" auf Grund der heiligen Schrift. Er ist der Anfänger der Reformation in Straßburg (s. am Schluß des Briefes), hat aber auch nachher, als Bucer und andere ihm zur Seite traten, um dieselbe sich wesentliche Verdienste erworben, besonders durch das praktische Wirken im Pfarramt, dabei unterstützt durch seine eifrige Gattin Katharina Schütz. Erichson in A. D. B. XLV, 17 f., J. Ficker in P. R. E. XXI, 650 ff.*

Pretexunt, qui in senatu euangelio adversantur, metum principum, qui nunc in armis sunt, dum Francisci reliquias conantur expugnare. Cuius casu dici non potest, ut cornua erigant pecora papistica, ἐτώσι' ἄχθη ἀρούρης[7], cum is aliud molitus non fuerit, quam facultatem parare, et eam, quam potuisset, incruentam, verbum domini libere et praedicandi et audiendi, neminem vero vel trucidare vel spoliare. Sed praesensit hoc Antichristus ipsissimum suum interitum esse, verbum domini passim pure et libere praedicari, et nihil omisit, quo virum perderet. Quod cum nutu domini factum sciamus, et viro praeter votum perpetuum suum (quo orare solebat dominum, nihil pateretur, quod non probaret, tentare se, et si quid tentaret, se prorsus de terra aboleret; tantum esset sibi propitius pater, quo animo etiam et fide Christo animam reddidit) nihil accidit, nos quidem non deiecit animo, certos, naturam verbi esse, ut tum maxime valeat et currat, cum pertinacissime impugnatur. Quod cum passim nunc admodum strenue praedicetur, nihil non, sed frustra omnia Antichristo contra moliente, tum reliqua signa adventus domini quoque crebriora quam unquam videamus, indubia spes est, paulo post spiritu oris sui Christum adversarium confecturum, mox illustratione adventus sui penitus quoque aboliturum *[2. Thess. 2. 8]*. Amen. Hac spe solabimur nos, quibusvis nos modis volet dominus exercere, et gratia eius ubicumque ostium apertum fuerit, liberrime gloriam eius praedicabimus.

In quo vale, charissime atque pientissime frater ac preceptor!
Argentorati IX. Iunii M.D.XXIII.

Salutat te Matheus Zell, huius urbis apostolus.

Martinus Bucerus Selestadiensis, tuus ab animo.

Comendes me queso gentili meo, Leoni Iud, ac aliis apud vos Christum praedicantibus.

Magna pietate atque eruditione viro Ulricho Zvinglio,
ecclesiastae Thuregi fortissimo, patrono unice colendo.

4 facultatem] faculitatem — 6 *vor* trucidare *[ursprünglich* trudidare*]* *gestrichen* erudi — 22 liberrime *übergeschrieben.*

[7]) *Vgl. Homer Iliad. XVIII 104.*

305.

Zwingli an Thomas Wyttenbach[1].

Zürich, 15. Juni 1523.

S.

Cum iam olim ferme literas ad nos dederis, quibus nihil hactenus respondimus[2], duplici nomine nunc puderet vel hiscere, Thoma iuxta piissime et doctissime, vel quod tam rustice tam diu tacuerimus, vel quod supra, quam par est, abs te vecti sumus, nisi tua nos animaret atque adeo cogeret humanitas et pectus plane Christianum, quocum agere, quicquid libuerit, secure licet. Quod igitur quereris frustra te ętatem tam tuam quam nostram in sophistarum nugis detrivisse[3], non iniuria facis, quanquam nihil est, cur nostra causa turberis. Dedimus hęc iam olim temporum iniquitati; verum pęnitendo nihil efficimus,

1 ad nos *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 338 p. 1344 f. (vgl. Schweizer, Paul. Zwingli-Autographen, S. 6). Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 297/300.

---

[1]) *Thomas Wyttenbach war noch einige Zeit Zwinglis Lehrer in Basel gewesen; Zwingli und Leo Jud verdanken ihm nachhaltige reformatorische Anregungen. Wyttenbach ist 1472 in Biel geboren. Seit 1496 wurde er Schüler des Paulus Scriptoris in Tübingen und daselbst Magister artium 1500. Zum Sommersemester 1505 ist er als sacre pagine baccalaureus in Basel immatrikuliert. Er wurde 1507 Leutpriester in Biel, 1515 Chorherr und Kustos am Stift Bern, welche letztere beiden Ämter er aber am 1. März 1519 niederlegte, um wieder nach Biel zu ziehen. Hier trat er 1524 in die Ehe und verlor deswegen die Pfründe; dennoch predigte er weiter, sogar auf öffentlichen Plätzen; aber von Armut und Sorgen gebeugt, starb er schon gegen Ende 1526. Vgl. Blösch, Ref. v. Biel 2, S. 71/100, auch A. D. B. XLIV, 434 ff., H. Hermelink in P. R. E. XXI, 574 ff. und für Basel Vischer, Gesch. d. Univ. Basel S. 226.* — [2]) *Der frühere Brief Wyttenbachs an Zwingli ist verloren; nach Haller (Nr. 302, Anm. 2) waren es vielleicht zwei Briefe. Haller bat Zwingli, gelegentlich an Wyttenbach zu antworten, was nun Zwingli durch den vorliegenden Brief tut.* — [3]) *Die gleiche Klage des (unten grüßenden) Komtur Schmid von Küßnacht s. Nr. 144, Anm. 2.*

quam quod aliis exemplo sumus, qui paulo sunt ingenio magis ingenuo, ne illi diutius, quam par sit, his hęreant, a quibus nos esse avulsos, ut vehementer gaudemus, ita non parum dolet sero nimis avulsos. At sic voluit is, qui vocat ea, quę non sunt *[Röm. 4. 17]*, et ex persecutoribus asseclas facit. Quod vero supra modum nos vehis, animi tui bonitati, non dolo acceptum referimus aut adulationi, a quibus tu vitiis tam abes, quam a cęlo tellus. Nam quod de eucharistia percontaris, libens ac volens meam sententiam dicam, non quod ista opus habeas, sed ut, sicubi errem, admoneas ac in viam, quod dicitur, reducas. Eucharistiam illic edi puto, ubi fides est; in eum enim usum data est, ut mortis domini fructum, gratiam et donum cantemus, usque dum dominus veniat, 1. Cor. 11. *[1. Cor. 11. 26]*[4]: Quotiescunque etc. mortem domini annunciabitis, donec veniat. Quis autem mortem domini adnunciabit, nisi is, qui indubie credit salubrem esse? nisi is, qui novit hunc cibum in hunc tandem usum esse datum, ut altera parte confortet fidei imbecillitatem? panis enim cor hominis confirmat, altera deiectam desperatamque mentem ad hilaritatem extimulet; nam vinum letificat cor hominis *[Ps. 104. 15]*. Sicubi fides non est, non robur editur aut lęticia, sed malum ac morbus advehitur animę, quę, si absque fide accedit, aut perfida est aut desperata damnationisque dignissima. Nam quod Paulus iudicium manducari docet *[1. Cor. 11. 29]*, hinc est, quod non diiudicatur corpus domini, hoc est non tale esse creditur, quale est, nempe redemptio nostra et sanguis eius lutra sive balneum; ac ut firmiter credatur, data sunt in cibum, quo animus, intus spiritu dei doctus, intra tamen corporis huius, quod aggravat animam, nebulas perpetuo cęcutiens, visibili signo certior reddatur ac lętior. De transsubstantiatione nihil moveor, sicut nec de aquę substantia in vinum mutatę; videntur enim mihi philomachi isti sophistę nonnunquam prope professionis obliti fuisse; nam si verum est, quod de materia somniant, unam scilicet esse rerum omnium, per accidentia tamen ac idiomata hanc propriaque distingui, nihil igitur fuit opus substantiam aquę transire in substantiam vini, sed satis fuit accidentia fuisse mutata. Nec, ut isti faciunt, hic multa dicam de discrimine substantię et materię; nam hęc ut probabunt transsubstantiationem? Ego haud aliter hic panem et vinum esse puto, quam aqua est in baptismo, in qua frustra millies etiam ablues eum, qui non credit; at non frustra credit, qui credit. Fides igitur est, quę illic requiritur; quę si tanta est, ut

12 Quotiescunque] quotiencunque — 22 est *übergeschrieben.*

[4]) *Ungefähr gleichzeitig mit diesen Ausführungen über das Abendmahl sind diejenigen im 18. Artikel der „Auslegen" geschrieben; vgl. Bd. II, S. 111 ff.*

nullo certo temporis articulo opus habeat vel loco vel persona vel aliqua alia re, qua ipso momento cupiat certa fieri et secura, tinctione opus non habet; at si est paulo aduc rusticior ac rudior demonstrationeque eget, lavatur fidelis, ut iam sciat se fide haud aliter intus ablutum, quam extra aqua. Sic etiam hic panem et vinum vere esse puto ac edi etiam, sed frustra, nisi edens firmiter credat hunc solum esse animę cibum, si certus sit, corpus Christi pro nobis traditum ac mactatum nos ab omni tyrannide diaboli, peccati et mortis liberasse, quę unica est et sola spes animę subindeque cibus; nam quid tam poterit animam pascere, ac certa et inconcussa spes? Hoc verbum est panis et cibus, de quo Christus loquitur Io. 6. *[Joh. 6. 48 ff.]*. Hunc cibum si quis in cordis penetralibus germana fide commanducaverit, ut nihil hęreat, nihil diiudicet aut ambigat, iam edit panem et sanguinem haurit, ut rustica mens, sensus quoque testimonio certior fiat et hilarior; quę quidem certitudo et hilaritas, quoad a sensu proficiscitur, imbecilla est et deflua, novaque semper instauratione opus habet. Si vero ab inconcussa mente, fidem suam amęnare potius quam firmare cupiente, crebra quidem instauratione non eget, deliciando tamen saturari non potest, sicque sequitur, ut imbecilli crebro debeant edere, si modo fidem firmari senserint; firmi ultro accurrent spiritaliter deliciaturi. Hęc omnia planiora cunctis erunt, si *τὰ σῦκα σῦκα*, id est ficus ficus, adpellaverimus, panem dixerimus panem, vinum vinum. Rursus si libeat panem corpus adpellare et vinum sanguinem, id quoque faciamus; sed quemadmodum dicimus baptismum delere peccata, cum non tinctio, baptismus enim est tinctio, deleat, sed fides, ita per *κ*atachresin dicamus panem corpus et vinum sanguinem, quod eis Christus nos liberaverit et mundaverit; non quod panis liberet aut vinum mentem spiritaliter exhilaret, sed fides, quam Christus haberi iussit in corpus et sanguinem suum, quod illo nos redemerit, isto laverit, si etiam plane docuerimus, quicquid hic agitur, divina virtute fieri, modum autem nobis penitus ignotum, quo deus illabatur animę, neque curiosos esse in hac re oportere, quam soli fideles sentiant. Imo qui in hac re curiosi sunt, fidem nondum habent; nam si fidem haberent, facile acquiescerent puris Christi verbis. Si panem, istum cibum animę, hoc est fidem, quod Christus pignus nostrę salutis pro nobis occisus est, ante omnia comedissent, quemadmodum ipse Io. 6. *[Joh. 6. 51]* docuit, non essent amplius anxii, qui fieret, ut

---

10 f. *Zwingli schrieb ursprünglich* hoc est verbum panis, *setzte dann über* hoc 1, *über* est 3, *über* verbum 2, *über* panis 4 — 17 *vor* ab *gestrichen* a — 22 *vor* vinum *gestrichen* s — 34 acquiescerent] ac *übergeschrieben* — 35 est *übergeschrieben* 36 comedissent] cō *(neue Zeile)* medissent.

eum ederent, qui in dextera dei sedet? Porro quod de custodia τῆς εὐχαριστίας sentis, vehementer placet, nempe non custodiri, nisi in humano animo. Ego puto eucharistiam in usu tantum esse et, si usus absit, abesse etiam eucharistiam. Christo convenit, ut aut in cęlo ad dexteram dei sedeat, aut in terra in pectore fideli. Cibus est animę, quem non reponi oportet, ut haberi ad manum possit. Deus enim de propinquo est; cum vocatur, dicit: ecce, adsum. Cibus est non manu paratus, sed mente, ad hoc tantum datus, ut edatur; sic enim Christus dixit *[Matth. 26. 26]*: Accipite et comedite. Ecce in hunc usum accipitur, ut comedatur. Et si verba ipsa pęnitius aspicias, iussit ante comedere, quam corpus suum esse dicat. Ac nisi voluisset isto verborum ordine docere, quod ad edendum tantum corpus suum tradiderit, dixisset nimirum: Ecce hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, accipite igitur et comedite. Quo certe ordine intelligi potuisset corpus Christi alicubi esse potuisse, ubi non ederetur; nunc autem, qum iubet edere, antequam dicat corpus suum esse, adparet ea causa factum, quod illic tantum est, ubi editur. Atque ut baptismus tantum est, dum lavatur credens, non, dum aqua in templo servatur, ita panis quidem servatur, quem, dum usus exigit, depromimus ac per fidem edimus, ut corpus Christi in nobis et sanguinem accipiamus, at, nisi comedamus, panis est materiaque, quam in usum eucharistię servamus. Unde, si publicus error permitteret, non puto opportunius porrigi posse eucharistiam, quam si porrigens dicat ipsis Christi verbis *[Matth. 26. 26]*: Accipite et comedite; hoc est etc. tam sublata voce, ut edentes exaudiant; si autem unus tantum sit conviva, ut mutato numero dicat: Accipe etc., quanto id magnificentius, putas, esset, quam dicere: Corpus Christi proficiat tibi in vitam sempiternam? Quamvis barbara ista precatio impia non sit, impium tamen est non ea fide accedere, ut firmiter credas, Christum unicam spem tuam esse, quod se in precium nobis redimendis exposuit, id quod unice animum pascit fidelem, ac, ut virtutem hanc eius annunciemus usque ad consummationem mundi certioresque reddamur, sese in cibum nobis obtulit, quo se ipse nobis ac nos sibi sociat, qui tam abest, ut prosit, nisi ei, qui esurit, ut etiam, ni rite esuriat, noceat; nam nisi iam sępe dicta fide accedat, frustra se pasci sperat.

Ex his omnibus, puto, sententiam nostram, doctissime pręceptor, capis — non quod etiamnum ita doceam; vereor enim, ne porci in nos

9 comedite] *ursprünglich* comedite — 16 *vor* iubet *gestrichen ein zweites* qum — 22 *vor* permitteret *gestrichen* admitteret — 23 *vor* ipsis *gestrichen* per — 26 *zur Verdeutlichung des im Texte undeutlich geschriebenen* id *ist ein zweites* id *an den Rand gesetzt* — 33 *vor* nos *gestrichen* nobis — 36 *vor* his *gestrichen* quib — 37 etiamnum *am Rande, im Texte gestrichen* aduc.

conversi *[Matth. 7. 6]* disrumperent tum doctrinam tum doctorem; non quod tanti faciam tumultuosam hanc vitam, sed ne, quod recte sancteque doceri poterit, dum intempestive doceretur, damni quiddam aut tumulti [!] Christo daret — quam tu quidem sententiam temperabis, ut collubitum erit, et, sicubi ab amussi declinavi, retrahes, omnia tamen iuxta regulam Christi. Exemplo etiam ad hoc uti soleo apud eos, quibuscum de hac re confero: ignem non esse in silice, nisi, dum excutitur, iam habundanter profluere; sic sub panis specie Christum non teneri, nisi, dum fide illic quęritur ac petitur, iam edi, sed mirabili modo, quem fidelis non anxie scrutatur; fide etenim omnia constant, qua is, qui edit, securus est et quietus, atque si securus non est, fidelis, quemadmodum oportet, non est. Metuo nobis omnibus vehementer ab idololatria, quam nimirum isti cum sua transsubstantiatione pepererunt; panis enim si illic tantum est, ubi nos corpus et sanguinem Christi esse docemus, in conservaculis dico, in quibus panem consecratum tenemus, panem igitur adorent necesse est, qui adorant, quod illic est. Unde prȩstaret clare ante omnia doceri, quomodo unus ac solus deus adorandus sit ac ne Christus quidem, ut creatura est, adorari possit. Aduc multa sunt, quę coram fortasse tempestivius commentaremur quam literis, prȩsertim cum non adeo frequenter detur literas transmittere propter commeantium inter nos raritatem. Si quid de hac re scribere statueris, oratum te volo, ut accingaris. Expectavimus iam dudum Thomę nostri partum aliquem, frustra tamen hactenus; at cum fȩnore non dubitamus te aliquando spei nostrę satisfacturum. Quę autem nunc effigiasti[5], ad nos transmitte! Cudentur apud nos, sive Latina sint sive Germanica. Fac, ut Bernenses tui *per* te clari reddantur ac fides eorum orbi commendetur. Alia narrabit Slegelius[6]. Spero nos multa aliquando propter Christum laturos, sed lęta fronte; is enim animare solet, ut magna magnis etiam animis aggrediamur.

4 tumulti] *ursprünglich* tumultu, *dann* i *Punkt übergesetzt* — 6 *vor* apud *gestrichen* ut [?] — 8 *vor* profluere *gestrichen* prosiliet — 11 f. *Zwingli schrieb ursprünglich* non securus est, *setzte dann über* non 2, *über* securus 1, *über* est 3 — 21 literas *am Rande* — 22 te *übergeschrieben.*

---

[5]) *s. Nr. 302, Anm. 4.* — [6]) *Johannes Schlegel von Ravensburg, früher Chorherr zu St. Martin auf dem Zürichberg, von wo er in Dübendorf und andern nahegelegenen Gemeinden als Seelsorger diente, auch in der Pest von 1519, dann aber, wegen seiner evangelischen Richtung vom Prior gemaßregelt, um 1521/22 Abschied nahm, um drei Jahre im Gebiet von Bern, dann drei Jahre weniger zehn Wochen als Helfer zu Höngg bei Zürich, weiter zwei Jahre als Pfarrer zu Otelfingen und endlich von 1530 bis 1552 zu Elgg zu wirken. Vgl. seine eignen Angaben im Brief*

Vale cum omnibus tuis, et servet te Christus incolumem, nec unquam tibi in mentem venire permittas, quod me tui unquam vel puduerit vel piguerit. Scio, qualis fuerit hęc etas; scio, quales tum fuerint Vitembachius et Zuinglius[7].

Salutat te Leo[8], adiutor noster in euangelio Christi; salutat et Conhardus[9] Kûsnaci episcopus et pastor, sui semper similis, hoc est fidelis minister euangelii. Det deus Helvetiorum genti mentem amplectendi sermonem suum! nam pont*ifex* Romanus tentat ei rursus imponere, ac, ne hoc ignores, transmisit ad me breve sub annulo piscatoris cum egregiis pollicitationibus[10]. At nuncium ego pro dignitate tractavi; docui enim, quid sit R*omanus* pontifex, nempe quod sit Antichristus etc. Longum esset hanc tandem tragędiam ordiri, qum me avocet „Conclusionum“[11] cura.

Vale iterum, imo perpetuo.

Ex Tiguro 15. Iunii MDXXIII.

Huldr*ichus* Zuinglius tuus.

Thomę Wytembachio, pręceptori suo ac fratri in Christo carissimo. — Gen Biel.

18 Gen] *n Ergänzung, da der Buchstabe durch Faltung des Briefes absprang. Vor* Gen *steht über der Zeile noch ein anderer, nicht mehr leserlicher Buchstabe* (D?).

---

vom 14. März 1532, Eglis Aktens. Nr. 1824, auch ebenda Nr. 1056, 1391, 1714, 1757, und weiterhin Zürcher Taschenbuch 1885, S. 197, 1892, S. 55. Im Bernischen weilte er von 1522 bis 1525; wo, ist nicht bekannt.

[7]) *Zwingli kommt hier auf den Anfang des Briefes zurück. Wyttenbach hatte seinem Gefühl, daß er als Mann der älteren Zeit weit hinter seinem Schüler Zwingli zurückstehe, allzu bescheiden Ausdruck gegeben.* — [8]) *sc. Iudae.* — [9]) *Komtur Schmid hatte 1505 in Tübingen magistriert und kannte Wyttenbach ohne Zweifel persönlich.* — [10]) *s. Nr. 272, Anm. 1, Nr. 295, Anm. 2.* — [11]) *Die „Auslegung“ abgedruckt Bd. II, S. 1 ff.*

306.

[Johannes Oecolampad] an Zwingli.

Basel, 16. Juni 1523.

†

S. mi frater. Causari et ego non modo possum, sed et cogor, negociorum varietatem obesse, quo minus ad te scribam, quę etiam te moratur, ut scribis, ne, quantum cupis, ad scribendum pręstita occasione me provoces[1]. Verum, quoniam non nostra, sed Christi sunt negocia, absolvi meremur uterque, maxime si nulla aeque piarum et insumendi tempusculi damna rependentium rerum obveniant argumenta. Me sane cum Christianorum omnium tum tuae literę oblectant mirum in modum; sed eas exigere non ausim a quopiam, si id non et e re sit aliorum; cupio tamen id genus solatiis, si fieri commode posset, non destitui omnino, atque tu pro tua humanitate, ita mihi persuadeo, huic officio non deeris. Nolim enim et ego, ubi permittit opportunitas, neglectae caritatis in hoc accusari. — Porro quod de vicario scribis[2], eum facere excudi librum nescio quem adversus te, nihil de ea re mihi constat. At tuas lucubrationes[3] miro ardore et videre et legere desidero; nam ex problematum unguiculis, quale corpus futurum, conieco. Tibi quum summum veritatis defensandę est studium, nihil utique imminet periculi ab infelicibus illis tectonibus[4] et eorum empticiis operis; quare prudenter ac recte facis, qui magno animo, quasi intra sanctam urbem, cum Ezechia *[Hiskia, bezw. Jesaja, 2. Reg.*

5 *vor* absolvi *gestrichen* veniam — 9 *vor* cupio *gestrichen* eni — 14 videre] *ursprünglich* legere, *dann gestrichen und* videre *übergeschrieben* — 18 facis *am Rande.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 14. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 300f.

[1]) *Vgl. Nr. 298 (S. 67, Zeile 1—4), worauf Oecolampad hier zurückkommt.* — [2]) *Vgl. ebendort, Anm. 1.* — [3]) *Auslegen und Gründe der Schlußreden, abgedruckt Bd. II, S. 1ff.* — [4]) *Anspielung auf den zitierten Brief Zwinglis.*

19. 6, Jes. 37. 6] blasphemabundos Rabsaces, munitus fide in domino, non metuis. Discerpunt et me obtrectatores mei et insignibus mendaciis me traducunt et hominem alioqui ad captandam hominum gratiam minime felicem invidiosum reddunt, idque unum faciunt, cum pręterea grassari latius nequeunt [!]. Porro nostrum fuerit bene precari atque illos Christo commendare, ut tandem posita ira illorum misereatur. Illas enim preces, *τῷ θεοδιδάκτῳ* loquor, potissimum amat.

Ulrico ab Hutten, equi*ti* clariss*imo*, fasciculum hunc reddi cures oro[5]. Buceri causam[6] tibi commendarem, nisi te scirem *φιλανθρωπότατον*. Hominem si iuvare potes, iuva obsecro. Ego mancus sum, manum porrigere nequeo; nihil alioquin eius nomine facere detrectarem. Ingenio, eruditione, ardore, constantia multisque aliis nominibus euangelio prodesse potest.

Vale mi Zwingli et cresce in gentem magnam *[1. Mos. 12. 2]* in Christo!

Salvum opto Ceporinum[7] et Leonem[8] atque totam ecclesiam tuam, quę Christi.

Basileę 16. Iunii anno 1523[9].

Vlrico Zwinglio, Tigurinę plebis fidelissimo doctori,
suo charissimo in Christo fratri.

1 fide *übergeschrieben* — 7 ω *beidemal ohne Iota subscripta* — 9 *vor* scirem *gestrichen* ipsum — 11 *vor* nihil *gestrichen* facturus — 18 Iunii] Iunij.

---

[5]) *Vgl. Nr. 308, Anm. 1.* — [6]) *Vgl. Nr. 304, Anm. 3.* — [7]) *s. Nr. 156, Anm. 3.* — [8]) *sc. Iudae.* — [9]) *Unterschrift fehlt.*

307.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 8. Juli (1523).

†

S. Ostendit mihi Ambrosius Syragrius[1] schedulam quandam, in quam excerpserat quędam ex his, quę nunc per te excuduntur apud vos[2], de intercessione sanctorum. Non potui ex fragmentis rem totam capere, sed videbantur probare sanctos non intercedere, perinde atque intercessio aliquid adimat beatitudini et quies illorum operatione destituta sit et omni actu vacet. Quod sane non video, ut ex scripturis satis firmetur. Tu ędę pro tua prudentia tua minus certa, vel ita parce, ne irritatos in nos apros converti faciamus *[Matth. 7. 6]*, vel ita copiosis testimoniis, ut prostrati penitus obmutescant. Boni quaeso consule; sinceritas enim admonet. *Domino* Hutteno[3] salutem ex me preceris dicasque nihil interim ad me venisse literarum.

Vale.

Basileę in die *sancti* Chiliani[4].

Tuus Io*annes* Oecolampadius.

Erudito et pio Vdalrico Zwinglio, Tigurinae plebis pastori, dilecto in Christo fratri.

7 ęde *übergeschrieben* — ita *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 154. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 301.

[1]) *s. Nr. 131, Anm. 8.* — [2]) *Auslegen und Gründe der Schlußreden, abgedruckt Bd. II, S. 1 ff.* — [3]) *s. Nr. 308, Anm. 1.* — [4]) *Jahrzahl fehlt. Sie muß 1523 sein, wie Anm. 2 und 3 zeigen.*

308.

Ulrich von Hutten[1] *an Zwingli.*

(Nach Mitte Juli 1523).

S. In thermis parum commode cessit, quod non satis calent. Videtur penitus nihil contulisse ad recuperandam valetudinem hoc laboris et periculi, quod impendi. Verum abbas[2] dici non potest, qua me humanitate et quam liberaliter tractaverit. Hoc nomine ages illi gratias, cum scribes aliquando; nam tibi et commendatori[3] gratificatus in me est. Abeuntem obnixissime oravit, ut totas aliquot ebdomadas secum perquiescerem. Etiam equos et reliqua ad viam large. Consuluit, aliquando repeterem thermas; nunc, quo minus profuerint, in caussa fuisse pluviam, quę per omnes hosce dies miscuit se balneo. Neque unquam defuerunt frigidae aquae aut caelo iam cadentes aut nuper demissae a rupib*us* profluentes, quarum aliquando violenti torrentes ruinam quoque domunculis[4] minati sunt. Et haec de thermis,

7 perquiescerem] *ursprünglich* conquiescerem — 9 per] *ursprünglich* fuit, *dann gestrichen und* per *übergeschrieben* — 12 minati] *ursprünglich* minatae.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 247. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 302. Böcking, Hutteni opera II 255.

---

[1]) *Ulrich von Hutten, Ritter, der berühmte Humanist (1488/1523); vgl. die Biographie von Strauß (3. Aufl. 1877 in den „Gesammelten Schriften" Bd. 7). Geächtet und krank war er von Mülhausen, wo er sich zuletzt auch nicht mehr sicher fühlte, im Mai oder anfangs Juni 1523 nach Zürich geflohen (am 16. Juni setzt ihn ein Brief Oecolampads bereits dort voraus, s. Nr. 306, Anm. 5). Zwingli nahm sich seiner an, mit Wissen und Gunst der Obrigkeit und unter Beistand des Komturs Schmid von Küßnacht, und verhalf ihm zu einer Badekur zu Pfävers, wozu der befreundete Abt Johann Jakob Russinger daselbst (s. Nr. 245) die Hand bot. Das Bad gehörte dem Kloster.* — [2]) *s. Anm. 1.* — [3]) *s. Anm. 1. Das Biographische siehe zum Brief vom 28. Oktober 1530.* — [4]) *Man beachte die Mehrzahl (die frühere Ausgabe bot die Einzahl); man wird sich danach nicht ein „kleines Badhaus" (Strauß S. 491), sondern mehrere Badezellen nebeneinander vorzustellen haben, drinnen in der schau-*

ubi nunciatum mihi est venisse istuc Nicolaum Prugnerum a Mulhusen[5], praeterea literas ad me. Quae omnia ut habeant, statim significa et, siquidem literae sunt, hisce perferendas trade. Item, quod hospitium mihi paraveritis, fac sciam; nam hodie istuc promovissem, nisi dubitassem, quo divertendum esset[6]. Non dubito, quin haud defueritis mihi hac in re.

Quicquid est, certiorem me fac et vale.

Vlr*ichus* ab Hutten eq*ues*.

Vlricho Zuinglio, Tigurino presbytero, euangelistae Christianiss*imo*.

3 *vor* Item *gestrichen* Precor — 5 *vor* nisi *gestrichen* su — 6 defueritis] *ursprünglich begonnen* defuiss, *dann korrigiert.*

---

rigen Taminaschlucht selbst, wo die Quellen entspringen, und wohin man noch nicht wie heute durch einen Steg vom Badehaus aus, sondern nur mittels Leitern und Stricken über die Felsen hinunter gelangen konnte.

[5]) *Nicolaus Prugner, s. zu Brief vom 16. Februar 1526. Die nach Pfävers gelangte Nachricht, Prugner sei (von Basel, wo er damals wohnte) nach Zürich gekommen, erwies sich als irrig. Hutten, aus dem Bade zurück, erwartete ihn in Zürich, vernahm aber dann, er habe wieder in Mülhausen eine Stellung erhalten, und schrieb ihm am 1. August von Zürich aus; Böcking, Hutt. opp. II 255 f. (Zürich als Ort des letzteren Briefes kann nicht zweifelhaft sein, nach dem Inhalt und der Notiz Nr. 310, Anm. 4, wonach Blarer Ende Juli weiß, daß Hutten dort ist). Zu den Beziehungen Huttens mit Prugner vgl. noch Nr. 319, Anm. 6.* — [6]) *Laut dem vorliegenden Briefe war Hutten bereits von Pfävers abgereist. Am 21. Juli schreibt er dann von Zürich aus an Eoban Hesse; a. a. O. S. 252. Wo er sich auf dem Wege dorthin aufhielt und obigen Brief an Zwingli schrieb, weiß man nicht (denkbar wäre etwa Wesen am Walensee, wo Zwinglis erster Lehrer, Gregor Bünzli, Pfarrer war). Einzureihen ist der Brief vor den 21. Juli (wir setzen: nach Mitte Juli). Am 1. August vernimmt man zum erstenmal, und zwar durch Hutten selbst aus Zürich (s. Anm. 5), von der Stätte, die ihm die letzte Zuflucht bieten sollte; Hutten schreibt an Prugner, er habe sich entschlossen, sich drei Meilen von Zürich bei einem Arzte etliche Tage verborgen zu halten, womit offenbar auf die Insel Ufenau hingewiesen ist. Das weitere unten Nr. 315, Anm. 11 und Nr. 320, Anm. 2.*

309.

Ludwig Tschudi[1] *an Zwingli.*

Glarus, 16. Juli 1523.

Wolgelerter, ſonders günſtyger her! Myn wyllyg dienſt und alles gůtz. Am erſten ſag ich üwer lieb groſſen danck der zůſchickung[2] mir getan; erbiett mich, ſölchs zů vordienen. — Wytter, fürgeliepter her, ſo hatt mir heymlich *meister* Valentin[3] anzeygt, ir ſygend nytt bericht der anſchleg zů Bern[4] gemacht. Iſt die meynung: wo man üch in der

Unrichtige Anwendung von u *in:* gunstiger, uwer, verkunder, *sowie öfter von* ü *in:* meinüng, lüst, antwürtt, grüssamem, kürtzen, fünden, thün. — 1 *vor* Myn *gestrichen* der — 2 *vor* Am *ein* S-*ähnliches Zeichen. Dasselbe steht Zeile 3 vor* Wytter, *soll also offenbar die beiden Punkte unterscheidend hervorheben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Siegelspur. Aus einem Band, S. 247. — Auf der Rückseite von alter Hand die Notiz: Litterae diversorum hominum ad Zuinglium Germanicae.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 303. — Strickler, Aktens. 1, Nr. 635 (nicht vollständig).

---

[1]) *Ludwig Tschudi II., von Glarus, Sohn des gleichnamigen Vaters und Bruder des Peter und Aegidius Tschudi (über die Familie s. Nr. 20, Anm. 3), begleitete seinen Vater 1513 nach Novara, machte mit andern Landsleuten 1519 eine Palästinareise (seine Aufzeichnungen über sie sind gedruckt zu Rorschach 1606), und wurde Landvogt zu Werdenberg. In der Fremde galt er als trefflicher Kriegsmann, wie er denn 1523/24 unter den vom französischen König gewünschten schweizerischen Hauptleuten genannt wird. Bei Pavia geriet er 1525 in Kriegsgefangenschaft und mußte sich loskaufen. Schon vorher hatte er die Herrschaft Ortenstein in Graubünden an sich gebracht. Er gestattete 1527 der Gemeinde den Loskauf und erwarb 1528 Schloß und Herrschaft Gräplang in der Grafschaft Sargans, wo er anfangs 1530 starb. In seinen letzten Jahren scheint er unter dem Einfluß seines Vaters und des Bruders Aegidius sich von der Reformation abgewandt zu haben. Vgl. W. Öchsli in A. D. B. XXXVIII. 728 ff. —* [2]) *Ohne Zweifel dankt hier der Schreiber für an ihn gesandte Exemplare von Zwinglis „Auslegen und Gründe der Schlußreden", welche den Glarnern gewidmet und vom 14. Juli 1523 datiert sind; vgl. Bd. II, S. 1 ff. Er sagt selbst nachher, Zwingli habe wohl getan, seine „Meinung" (Gabe, Geschenk, vgl. Nr. 289, Anm. 5) den Ehrenleuten zuzuschicken. —* [3]) *Valentin Tschudi, s. Nr. 10, Anm. 1. Er war Geschwisterkind mit Ludwig. —* [4]) *Auf der Tagsatzung vom 7. Juli 1523 wurde beschlossen,*

Eygnoſchafftt begryffen könt, fencklichen anzünemen. Thůn ich üch gůtter meynyg zů wüſſen; hab ouch Petter[5], mynen brůder, der urſach halb zůcz üch wellen ſchicken; aber wan ir luſt habend, zůcz uns gan Glarus ſpatzieren, mögend ir unſertthalb uf mich hin ſicher und frölichen thun. Wytter iſt in unſerem ratt anbracht, das uf dem tag zů Baden[6] angeſechen was, die ewangelyſch leren oder die meynyg vorbietten und mytt ſampt anderen Eygnoſſen abzůſtellen; des wir[7] uns doch nytt haben wellen beladen. Wirtt unſer antwurtt ſin: wir habend ſelſorger und *syen* gůtter hoffnyg, ſy gebend uns die warheytt für, wie wol myn vetter, amman Tſchudy[8], ouch ander, mytt gruſſamem geſchrey darwyder wůttend. Doch hoff ich, es ſöl bald beſſer by uns werden. Jr habend ouch wol thon, üwer meynyg[9] denen erenlütten zůgeſchickt. Bin ouch willens, Petter, myn brůder, in kurtzem zůcz üch ſpatzieren ſchicken und üch wytters unſers weſſens zů berichten. Darumb ich üch ietzt nytt wytter ſchrib, dan ich ein gůtter Kryſt funden werden ſol myns gloubens halb, ob ſchon die werch blöd ſind. Und well üch gott beſtätten und behalten.

Datum Glarus, Donſtag nach ſant Margreta anno 1523.

Uwer willyger Ludwig Tſchudi.

Myn pytt, das der brief abweg geton werd.

Dem höchgelertten herren, herren Ůlrichen Zuingli, verkünder des wortt gottz yn der ſtatt Zürich.

3, 13 zůcz = zů ze — 6 oder die meynyg *am Rande* — 18 Dattum] Datttum — Glarus] Glarüs — *vor* nach *gestrichen ein undeutliches* nach.

Zwingli gegebenenfalles durch die Landvögte von Baden und Frauenfeld fangen zu lassen; vgl. Bd. I, S. 572, und unten Anm. 6.

[5]) *Über Peter Tschudi, den Bruder des Schreibers, s. Nr. 18, Anm. 1.* — [6]) *Seit 15. Juni 1523. Der Beschluß lautete: „Jeder Bote soll auf den nächsten Tag zu Bern (vgl. vorige Seite, Anm. 4) mit Vollmacht versehen sein (zu beschließen, wie man sich in dem lutherischen Handel benehmen und das abstellen wolle; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 295, vgl. Bd. I, S. 571.* — [7]) *Glarus, als eidgenössischer Ort.* — [8]) *Jost Tschudi, Ammann 1522/23.* — [9]) *Vgl. Anm. 2.*

310.

Ambrosius Blarer[1] *an Zwingli.*

Konstanz, 27. Juli (1523).

Non ausus sum ipse quicquam ad te scribere, Christianissime Ulriche, ne quid forte tua in Christianam rempublicam studia intempestivus interpellator remorarer; sed hanc tamen epistolam[2] (quam,

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 343 p. 2f. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 304f.

---

[1]) *Ambrosius Blarer (Blaurer), der Reformator von Konstanz; vgl. die Biographien von Keim, Pressel, auch Bossert in P. R. E. III (1897), S. 251ff., Tr. Schieß, Briefwechsel der Brüder Ambrosius und Thomas Blaurer I, II (1908/1909). Zur Schreibweise Blarer oder Blaurer vgl. Theol. Literaturzeitung 1910, S. 434f. Er ist aus altem Stadtgeschlecht zu Konstanz geboren am 12. April 1492. Zum 17. Januar 1505 verzeichnet ihn die Tübinger Matrikel als Ambrosius Blarer de Constantia; er wurde 1511 Baccalaureus und 1513 Magister. Bereits in den letzten Studienjahren für das aszetische Leben im Kloster Alpirsbach gewonnen, trat er diesem als Mönch bei, wohl 1514, und wurde Prior und Lesemeister. Die Schriften Luthers gewannen ihn für die Reformation, wodurch er im Kloster unmöglich wurde. Er trat am 5. Juli 1522 aus und kehrte nach Konstanz zurück. Hier wirkte er anfangs nur in der Stille für das Evangelium; erst seit März 1525 begann er als Prediger hervorzutreten, mit der Zeit dann auch außerhalb Konstanz, in der Schweiz und Süddeutschland; in diesen Gegenden hat er vielerorts die Reformation zum Durchbruch gebracht, besonders seit 1534 von Tübingen aus im Württembergischen sich große Verdienste erworben. Er starb 1564 in Winterthur. —* [2]) *Das Manuskript Blarers beginnt S. 1 mit der Abschrift eines Briefes, den Faber an einen Bekannten in Mainz gerichtet hatte, am 3. Juni 1523. Diese Abschrift ist mit Randglossen Blarers versehen und reicht mit den Schlußzeilen noch auf S. 2 hinüber. Erst dann, nach einigem Zwischenraum, folgen die oben gedruckten begleitenden Zeilen Blarers an Zwingli. Hier in Noten geben wir nun noch bei: a) den Brief Fabers nach Blarers Abschrift (gedruckt, jedoch ohne den Schluß, ist er schon bei Hottinger, hist. eccl. VI, 226ff., danach bei Sch. u. Sch. VII, 304, vollständig bei Füßlin, Centuria Nr. II, p. 5ff.), und b) Blarers Randglossen zu demselben, bisher nicht gedruckt:*

a) „Epistola Fabri ad quendam Moguntinensem plane digna Fabro. S. Inter hos praecipuos labores, quibus eadem hora angebar, tuae literae quasi solamen aliquod attulere non modicum I. Fuerunt enim atque sunt

omni humanitate refertae, ex quibus quum intelligerem, nondum omnem Germaniam post unum abiisse Lutherum, communem amicum, erat quo ad pergendum in rebus meis animarer. Coepi autem hanc harundinem euangelicam II, huc atque illuc omni doctrinarum vento agitatam */Eph. 4. 14, Matth. 11. 7/*, suis depingere coloribus. Ostendo enim eidem non modo, quae contra sanam et rectam euangelii intelligentiam ediderat, imo contra pugnantia illius plusquam trecenta describo, ex quibus in brevi intelliget ☞ III orbis, quo spiritu in unicam domum dei Sabaoth irruerit, quo tendat, quam misere vulgus hoc iners ab hoc uno seducatur homine. Videbis autem, spero, non inutilia. Partitus sum hanc contradictoriorum summam in tres libros admodum iustos. In primo IV ostendam, quo pacto ab universali ecclesia atque communi consensu Christi fidelium nos abducere tentarit noster ille Lutherus. In 2.° in transcursu et obiter indico, non solum ab universali ecclesia dissentire Lutherum, immo quod nec Picardi nec alii heretici, etiam ab apostolorum tempore usque ad nostra secula cum Luthero convenerint, et credo, sim ☞ orbi daturus centum et quinquaginta articulos, ex quibus Christianę fidei religio pendet, in quibus durior atque asperior est ipse Lutherus, quam omnes omnium seculorum heretici. In tertio libro hominem ex ore proprio iudico, qui ediderit nobis in theologia praecepta non alia, quam quae cum illius Chrysippi[3] Dialectica optime conveniant. Hic vespas et vespertiliones Lutheri videbis. Faxit deus, ut prae occupationum mole salvus et incolumis diutissime V vivam. Nunc sub manibus tero, an verum sit, quod post Viclephum temere Lutherus asserit, ex necessitate absoluta omnia evenire[4]. Et hic ex uno duntaxat libro, hoc est Genesi, sexaginta locos inveni, ex diametro huic assertioni contrarios, et parum aberit, non sit aliquod in sacrorum bibliorum canone caput, quantumvis breve atque exiguum, ex quo non valeam hanc iugulare sententiam. Talis ac tanti nominis θεοδίδακτος */1. Thess. 4. 9/* est ipse Lutherus, ut uno axiomate audeat contra se provocare mille sacrarum literarum sententias. In brevi stupidas illius allegorias adgrediar. Interim minutula quędam et forte non aspernanda videbis VI. Ea distuli, sperans ex Luthero responsum, quod forte diutius ad mea scripta suspendit, quod contra pacificum VII in pugnam prodire non audeat, vel forsan modum ignoret, tum ipse ubique sit conviciis ledoribusque [!] refertus, neque gratiam hanc habeat, ut modeste quicquam agat, quanquam me insanum esse dixerit, antequam ulla cathena, velut Horestes, ligatus fuerim. Sed hec est ratio Lutherani euangelii, spiritus cunctos iudicare tales, quales illi sunt; et quod recte nuper serenissimus Anglorum rex in epistola sua testatus est, cuius copiam, antequam tuus ille familiaris adesset, ex Lupseto habebam[5]. At pro tuo candido animo tibi gratias habeo plurimas, qui non dedignatus fueris et illius rei me facere participem. — Quod ex me nova expectas, certi quicquam non habeo, nisi quod apud Tigurinos novus Lutherus exoritur VIII, qui tanto gravior est, quanto austeriorem populum habet. Huic contraire, velim nolim, cogor etiam invitissime; id quod in brevi agnosces emisso libello, quo missam

15 *vor* articulos *gestrichen* opl

---

[3]) *Chrysippus (282 bis ca. 208), griechischer Philosoph, gilt durch seine Dialektik gleichsam als zweiter Begründer der Stoa.* — [4]) *Diesen Wiclifschen Satz hatte Luther in der „Assertio omnium articulorum" verteidigt, ja überboten. Vgl. W. Köhler: Luther und die Kirchengeschichte I (1900), S. 223f.* — [5]) *Vgl. W. Walther: Heinrich VIII. von England und Luther (1908), S. 2f.*

ut descriptam haberes, tua nonnihil interesse putamus), adhortante Menlishofero[6] nostro, mittendam curavi. Ex illa tu plane intelliges magnificos, hoc est Rhomanos, et omnino dignos Fabro conatus, qui, cum hactenus nonnulla magno quidem nixu, sed infeliciter nobis pepererit, tamen subinde alia atque alia orbi se parturire tam impie quam impudenter promittit — orbi (inquam), ne quis illum unius urbis aut gentis apostolum arbitretur; quo nomine caeteros apostolos facile antecellit, non solum aequat hoc Iovis sandalium. Miseret me (ita mihi Christus faveat) miserrimi hominis, atque eo magis, quo minus

1 putamus] putam mus — 9 mihi *übergeschrieben über ein durchgestrichenes, nicht mehr leserliches Wort* — faveat *übergeschrieben über ein durchgestrichenes, nicht mehr leserliches Wort.*

esse sacrificium probo[7]. Una re careo duntaxat, quod typographos idoneos non habeo; alioqui frequenter aliquid novi excuderem[IX]. Caeterum nesciebam, Lypsie meum imprimi librum; optarim hoc mature rescivisse, ut quasdam mendas librariorum incuria admissas expunxissem; si fieri posset, ut impressorem moneres, quo me certiorem faceret, esset, quo gauderem plurimum. Et si contradictoria Lutheri imprimere velit, ne essem denegaturus illi hoc lucrum, quod certo sperare posset. Vide, quam libere tua ceperim abuti humanitate; sed aequiore animo perferes totum, quod ad te scribo, si Christianam hanc fidem, quam ab ubere suxi materno[X], non esse mihi neglectam pensares. Vale et me tuis precibus iuvare dignabere. Constantiae 3. Iunii anno ɾɾiij".

b) Randglossen Blarers zum Briefe Fabers:

I. festivum, per superos, et latinum exordium!
II. dura metaphora harundo euangelica!
III. Egregium vero universi orbis apostolum Fabrum!
IV. Proh, immortalis Christe, ut torquet omnia impudentissimus nebulo, quo habeat, quod calumnietur!
V. Oremus omnes, ut diu superstitem habeamus Fabrum, ne desit, qui Christi martyres excarnificet!
VI. *Zeichnung: ein Insekt (Fliege oder dergl.) [Pred. 10. 1²].*
VII. pacificus Solomon Faber! qui loquuntur (ait propheta) pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum *[Jerem. 9. 8].*
VIII. *Zeichnung: eine Hand.* Zuinglius.
IX. O deploratam chartarum cladem, posteaquam scripturientium Fabrorum libidini inservire coguntur!
X. ubique nobis materna ubera infulcit gloriosus iste miles!

12 *vor* librum *gestrichen* libellum — 24 *vor* immortalis *ein nicht mehr leserliches Wort gestrichen.*

---

[6]) *Johannes Menlishofer, Arzt in Konstanz; vgl. Nr. 209, Anm. 7.* — [7]) *Diese Schrift Fabers scheint nicht erschienen zu sein. Vermutlich wurde sie durch Emsers Polemik gegen Zwingli antiquiert.*

miseriam ipse suam agnoscit, et precabimur sibi melius ominatam mentem, ut tandem et pudeat et pigeat tam subventanei partus, quanquam vix fore speramus, ut recurrat, qui tanta pertinacia tam adfectate male currit. Tu perge, ut facis, et Christi doctrinam, quanto potes maximo studio, Christianis ab antichristis istis vindica; manus enim domini tecum est, confortans te *[Luc. 1. 66]*. Nos posthac non patiemur te quicquam eorum ignorare, quae Fabrum hic moliri resciverimus, adversum te in primis, cuius nomini et authoritati non minus ac nobis ipsis consultum cupimus.

Vale et, si molestum non erit, tuum quoque χαῖρε ad nos quantumvis neglectim transscribe. Hutteno[8], quem isthic esse audio, me diligenter commenda. Huius Germanos animos illa, (si quicquam aliud), recens edita cum Erasmo „Expostulatio“[9] nobis et festiviter et proxime refert, ut vehementer nobis doleat viri citra fucum Christiani parum firma valetudo, quam modis omnibus adamantinam esse oportebat.

Saluta m*agistrum* Erasmum[10], d*ominum* Urbanum Vischlisbacchensem[11], m*agistrum* Gregorium Manegoldum[12], cum universa, quae apud vos est, ecclesia. Salutant te charissi*mi* consobrini nostri Zuiccii[13], quorum alter infelicitatis suae totam tragoediam ad te perscribere destinavit.

Ex Constantia nostra VI. Kalendas Augusti.

T*uus* Ambrosius Blaurerus.

Tu omnia emendabis. Non est, ut relegere possim, alio me vocantibus negociis familiaribus.

Christianissimo Ulricho Zuinglio, episcopo apud Tigurinos vigilantissimo, domino et amico totis animis suspiciendo venerandoque etc. — suas . . . signandae.

13 *vor* cum *gestrichen* ex — 28 *Lücke, da die Buchstaben durch Faltung des Briefes absprangen.*

---

[8]) *Vgl. Nr. 308, Anm. 5.* — [9]) *„Ulrichi ab Hutten cum Erasmo Roterodamo presbytero theologo expostulatio“ erschien vor Mitte Juli 1523. Abdruck bei Böcking II, 180ff. Vgl. Strauß S. 469ff.* — [10]) *sc. Fabritium, Chorherr in Zürich; s. Nr. 37.* — [11]) *Urban Wyß, früher Pfarrer zu Fislisbach, vom Bischof wegen seines Abfalls von der Kirche einige Zeit im Gefängnis gehalten, vgl. Nr. 283, Anm. 1 und 5. Er fand vorübergehend Verwendung in Ober-Winterthur.* — [12]) *Ein Konstanzer; s. Brief vom 11. Mai 1526.* — [13]) *Johannes und Konrad Zwick, s. oben Nr. 251, Anm. 1 und unten Brief vom 1. März 1530.*

311.

Zwingli an Nikolaus von Wattenwyl[1].

Zürich, 31. Juli 1523.

Gratia et pax domini nostri Iesu Christi sit tecum. Dedi nuper epistolam[2] ad te cum legatis nostris, qui tum ad comitia vestra[3] commeabant, quas [!] interea nimirum legisti; qum autem ad

Autograph im Archiv der Familie von Wattenwyl in Bern. Petschaftabdruck auf dem Verschlußstreifen erhalten, so daß der Brief noch komplet in der Gestalt vorliegt, wie er in Bern angelangt ist.

Abdruck: Theologische Studien und Kritiken 1863, 3. Heft, S. 539/45 (durch R. Rüetschi, Dekan in Kirchberg, Kanton Bern).

---

[1]) *Nikolaus von Wattenwyl, Sohn des Schultheißen Jakob von Wattenwyl von Bern, wurde 1508 Chorherr am St. Vinzenzenmünster daselbst, 1520 Stellvertreter des geisteskranken Propstes Hans Murer, als Propst erwählt am 5. März 1523 (Stürler 1, 7). Bereits vereinigte er in seiner Person eine Reihe hoher geistlicher Würden, so daß schon 1522 von ihm als Nachfolger Schinners auf dem Bischofsstuhl von Sitten die Rede war. Seit diesem Jahr beginnt er seine Zuneigung für das Evangelium und Zwingli zu bekunden (vgl. oben Nr. 214, Anm. 9 und spätere); der vorliegende Brief (wie übrigens schon Nr. 293, Anm. 15) zeigt, daß Zwingli sich bereits seit einiger Zeit brieflich an ihn gewandt hat, um ihm gleich nachher eine seiner Druckschriften zu widmen (Nr. 312). Aus Gründen, die sich leicht erraten lassen, entschloß sich der Propst bald zum Rücktritt von seinem Amte, ja zum Übertritt in den weltlichen Stand. Am 1. Dezember 1525, sagt Anshelm (5, 121), gab er die Propstei, die päpstlichen Würdigkeiten, Freiheiten und Weihen — er wäre wohl ein Bischof geworden — auf; dann heiratete er Clara Mai, die Tochter des Claudius Mai (vgl. Nr. 424), kaufte Schloßwil unweit Bern und hielt wie ein Edelmann ehrlich Haus. Auch weiterhin war er Zwinglis Gönner; so stellte er diesem auf der Berner Disputation sein fürstlich ausgestattetes Haus in der Stadt zur Verfügung. Im Auftrage Berns präsidierte Wattenwyl auf der Lausanner Disputation von 1532, welche die Reformation in der eroberten Waadt anzubahnen hatte (Belege bei Anshelm 3, 178. 4, 388. 529. 5, 121. 6, 241. Die Biographien in A. D. B. XLI S. 249f. und in den Berner Biogr. 4, 214 ff. sind lückenhaft). —* [2]) *Der frühere Brief Zwinglis scheint verloren; er war wohl etwa vom 7. Juli datiert, s. folg. Anm. —* [3]) *Die Tagsatzung zu Bern begann am 7. Juli; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 305. Die Zürcher Gesandten sind nicht bekannt.*

id, de quo admonui, nihil responderis, ausus sum id opellę[4], quicquid est, tibi dedicare ac eorum mentionem facere, quos omnibus ante omnes commendari oportet. Scio cautius futurum fuisse, si in obscuro amicorum nomina iacere permisissem, ne scilicet mearum partium esse palam fieret, si ea, quę agimus, humano consilio agerentur *[Act. 5. 38]*. Nunc, qum omnino prodeundum est, quid attinet cunctari? Idem deus est qui olim, idem mundus qui olim; cum isto intrepide congrediendum est, illius auxilio et consilio omnia perrumpemus victoriamque reportabimus. Incipit sęvire Satan, sed incipiunt a diverso vehementer animari servi dei istamque vitam non huius facere, ut Christo omnia salva maneant. Decrevit nuperus iste apud vos Helvetiorum consessus, ut in vincula, quacunque tandem ratione id fieri queat, coniiciar[5]. Decretum non usque adeo terret, nisi quod, contra fęderum tenorem cum plane veniat, motus aliquos, nisi rescindatur, omnino dabit. Nostri amice omnia componere tentabunt[6]. Suitenses certum est iam statuisse, ut Helvetiis dicant sibi omnino displicere, quod tam atrox sententia in nos sit dicta, qui factum negem, quod, dum iuri et liti me coram Tigurinis nostris obtulerim, isti indicta causa damnarint, quod civis suus sim, quod civis Tiguri, quod civis Claronę, quod Toggenburgius, quorum quodlibet satis iusta causa sit, ne quicquam in me tentent. Nec dubito Claronenses idem facturos. Unde velim ex tuis quoque, quos tutum est, admoneas, ne fędera irritent ex adfectuum' cęcitate. Scio enim, qui ex Lucernatibus maxime in nos sevit[7], nulla ratione placari posse; verum quid mihi cum isto et cum quibusdam aliis? non Helvetius sum? non ab illorum ditione liber? non socius ac membrum fęderis sum? unde igitur hęc audacia? Nemo apud Lucernates tam humili sorte vivit, quem ipsi paterentur indicta causa primum, deinde ab aliis damnari quam a se, etiam si flagitii convictus fuerit; et ego quorundam prędsidum[8] insanię ac libidini obiicior, qui Christi sum, qui Tigurorum, Suitensium etc. sum? Scio, carissime frater, maiora aduc [!] nos manere mala, sed nolo, ut mea causa contraeatur fęderibus. Quam ego nihil his minis movear, scit deus; sed fędera labefactare quam sit inauspicatum, ipse nosti; tu age in ea re, ne favor et gratia tua lędantur, si ita fieri potest; si non potest, abstine. Adseram enim

---

[4]) *Zwinglis Schrift „Von göttlicher und menschlicher Gerechtigkeit", abgedruckt Bd. II, S. 458 ff.* — [5]) *Vgl. Bd. I, S. 572, Bd. II, S. 467 f. und Brief Nr. 309, Anm. 4, wonach die Landvögte von Baden und Frauenfeld angewiesen wurden, Zwingli gefangen zu nehmen.* — [6]) *Bekannt ist nur, daß Zürich auf dem nächsten Tag vom 3. August zu Bern verlangte, daß man Zwingli unangefochten lasse; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 314.* — [7]) *Der heftigste Gegner in Luzern war Pfarrer Bodler; vgl. Nr. 213, Anm. 3.* — [8]) *Vgl. Anm. 5.*

me a quorundam iniuria multo alia ratione, quam ipsi putent, si amice cedere noluerint, nec tamen ulla violentia. Christus in diem melius ac melius apud nos audit, pigetque ferme omnes, quod quidam tardius accedunt; sed ei sic visum est, qui cuncta gubernat; is trahet, cum volet *[Joh. 6. 44]*.

Increbuit etiam rumor apud nos, tamen occultior, te concilium Helvetiorum[9] meditari, quod omnibus bonis vehementer probatur, non solum a consilio, sed ab autore quoque. Ipse enim tam celebris es apud omnes, ut, qui alias adversaturi essent huic consilio, te autore cessuros sperem. Quapropter, quod cogitasti, sollicite prosequere. Sunt enim haud parum multi, qui se apud indoctam plebem iactant, si solum congredi detur, victoriam indubie reportaturos; isti, si procederet consilium, Caci in morem a specubus producerentur suis[10]. Quapropter consulte omnia velim agas, et quamvis nostro consilio ipse non egeas, dicam tamen, qua ratione putem negocium istuc ineundum esse. Primum erunt Ursi tui[11] persuadendi, ut consilio et auxilio faveant; post obeundi tibi reliqui Helvetiorum pagi cum istac vel consimili propositione: satis iam omnibus perspectam esse dissensionem, quę apud omnes quotidie non parum augescat, et ubique non deesse, qui sese constanter apud imperitam plebem recta incedere videri velint; te ergo ac tuos consilium cępisse convocandi provincialis concilii, quo omnes Helvetiorum pagos convenire cupiatis, ut, de quibus hodie controvertitur, scriptura sacra consulatur: qua consulta hi, qui contra nituntur, taceant, et hi, qui errore decepti sunt, palinodiam canere compellantur. Operę precium quoque fuerit, si tui ante omnes sese promittant concilii rationem inituros cum omnibus simul Helvetiorum pagis, aut, si qui detractent venire, cum eis, qui veniant, si nulli veniant, solos negocium adgressuros (nam quid aliud fuit retroacta hyeme convocatio apud nos habita[12] quam provinciale concilium, quale Gangrense olim fuit?)[13], sibi enim sine controversia ita licere, quo tranquillitatem apud suos pariant. Postulandi sunt interim de quovis pago 4, qui rem omnem et videant et audiant;

---

[9]) *Der Plan des Propstes von Bern, wegen der religiösen Fragen eine Art Nationalkonzil abzuhalten, ist bemerkenswert. Daß Zürich bisher von sich aus vorgegangen war, scheint in Bern als einseitig empfunden worden zu sein. Als dann Zürich zur zweiten Disputation einlud, lehnte Bern ab und verlangte eine gemeinsame Beratung der Eidgenossen; es liegt diesem Verhalten eine ähnliche Stimmung zugrunde wie dem Plan Wattenwyls; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 344. Daß Zwingli dem Propst Beifall zollt, hatte seinen guten Grund; im übrigen deutet er mit dem Hinweis auf die erste Zürcher Disputation an, was er im Grunde von der Anregung hält und erwartet.* — [10]) *Der Riese Cacus stahl Herakles einen Teil seiner Herde und zog die Tiere rückwärts in seine Höhle, damit deren Fußstapfen den Aufenthalt nicht verrieten.* — [11]) *Die Berner.* — [12]) *29. Januar 1523.* — [13]) *Die Synode von Gangra*

nam Germanica lingua agi cuncta oporteat; evocandi interim, qui ex utraque parte contra se mutuo digladiantur, atque id promiscue, ita ut etiam non vocato liceat adesse. Locus aptissimus esset Tigurum; sed quoniam fortasse satis multi a nobis abhorrent, eligatur vel Berna vel Basilea, ex quibus ego Bernam prefero. Tutus accessus et recessus opus est, ut sit omnibus. Episcopis, Basiliensi, Constantiensi, Lausannensi, Curiensi[14] nulla ratione induci possum, ut negocium disponendi aut presidendi copiam fieri debere putem, quamvis Basiliensem et Curiensem accersendos arbitrer hac causa, quod sedes intra Helvetiorum fines tenent, alii non itidem, unde, quorsumcunque tandem negocium caderet, isti semper ad suos provocarent viderique possent iure hoc facere; copiam tamen vel ipsis veniendi vel suos mittendi faciendam puto. Illis, hoc est Basil*iensi* et Curiensi, partes suas concedi debere censeo, sed ne precipiendo quicquam agant, contenti autem sint, cum quantiscunque doctis velint in medium producere, que ad veritatem faciant adserendam. Liberum etiam cuivis pago manere debet ea, que illic evincentur, accipere, aut reiicere; nam fortasse parum esset conducibile, si in eorum quatuor, quos quisque pagus mitteret, manu et sententia cuncta starent. Quod de tredecim pagis diximus, non in eum usum dictum est, ut Sanctogallenses, Mülhusenses, Rhetos, Vallesianos[15], et si qui alii sunt, exclusos cupiam, sed integrum erit et illis adesse, si velint. Hec ubi accepta fuerint, consilium cum Thoma Vitemb*achio*, Lupulo, Bertoldo, Sebastiano[16], aliis inibis, qua via commodissime cuncta gerantur. Qua in re si meam quoque sententiam audire non dedignabimini, libenter exhibebo; nam non nihil de ea cogitamus. Age, carissime in Christo frater, strenue agas; nam, si negocium processerit, omnes, qui vel docemus vel scribimus vel bene sentimus de negocio Christi, te unum suspiciemus, eritque memoria tua non solum apud posteros magna, sed nomen quoque tuum apud deum clarissimum simul et gratissimum, unusque Vadiuillius Helvetios ab errore liberasse cantabitur; opus post te relinques Helvetiis nostris

---

tagte wahrscheinlich 343. Vgl. F. Loofs: Eustathius v. Sebaste 1898. Die Synode spielt in den kirchengeschichtlichen Äußerungen der Reformatoren eine große Rolle. Näheres bei E. Schäfer: Luther als Kirchenhistoriker (1897), S. 316.

[14]) *Die Bischöfe hießen: Christoph von Utenheim 1502/27, Hugo von Landenberg 1496/1532, Sebastian von Montfaucon 1517/60, Paulus Ziegler von Ziegelberg 1503/41.* — [15]) *Die wichtigsten der sogenannten Zugewandten sollen also neben den XIII Orten oder Kantonen Zutritt haben.* — [16]) *Thomas Wyttenbach und Heinrich Wölflin (Lupulus) sind Zwinglis einstige Lehrer, s. Nr. 305, Anm. 1 und Nr. 214, Anm. 10, Berchthold Haller und Sebastian Meyer, die damaligen Prediger in Bern, s. Nr. 194, Anm. 1 und Nr. 248, Anm. 1.*

utilissimum, deo autem desideratissimum. Hoc quoque audi, quod non parvi momenti est, abbates, qui bene sentiunt, hi fere sunt, quos ego sciam: abbas *sancti* Urbani, abbas Capellę, administrator Eremi, abbas Fabariensis[17]; prępositi, quos primo loco ponere debui, tu et Imbriacensis[18] sóli estis ex omnibus, quos ego sciam, qui bene de doctrina Christi sentiant. Libellus „De divina et humana iusticia“ proxima aut ad summum altera die ab ea, qua hanc epistolam, accipis, ad te veniet[19], qui formam prorsus istam continet, quam nos de contributionibus, reditibus deque divina et humana iusticia tenemus et publice docemus; dicant alii de nobis, quicquid collibitum fuerit, ego aliter nunquam sensi nec sentiam, nisi me deus aliter per verbum docuerit. Nunc receptui canam et nihil aliud quam admonebo, ut tuos quoque admoneas, ne rumoribus istis mendacissimis, quibus ubique universis imponitur, facile credant. Tot enim referuntur hincinde mendacia, ut non alia ratione tristia nobis aliquando eventura ominer, quam quod tam impudenter doli finguntur. Et si quid in epistola nuncupatoria[20] peccatum sit et toto etiam libello, imo in omnibus, quę unquam edidi, significes. Nuncio, qui feret, si quid munusculi dabis, nobis datum imputabimus. Nobis vero quid rependas, si forte gratum erit, quod fecimus, audi: strenuus et assiduus in Christi negocio sis; aliud si dare tentaveris, offendes.

Salvos opto omnes Christianos. Prę se fert epistola[21], quod nunquam quicquam peculiaris commercii tecum habuerim; id de industria factum est, ne tibi quicquam inde nasci queat.

Iterum servet te Christus incolumem. Amen.

Ex Tiguro ultima Iulii MDXXIII.

Huldr*ichus* Zuinglius tuus.

An finen herren Niclauſen von Wattenuil, probſte zů Bern und lieben brůder in Chriſto Jeſu. Gen Bern.

---

[17]) *Abt von St. Urban im Kanton Luzern, als Nachbar des Bernischen Gebietes zuerst genannt, war Erhart Kastler von Kaiserstuhl (1512/25); v. Mülinen, Helv. sacra I 198. Unter ihm wirkte Collin als Schulmeister bis 1524. Wolfgang Joner, Abt von Kappel, s. Brief vom 6. Oktober 1529. Theobald von Geroldseck, Pfleger zu Einsiedeln, s. Nr. 247, Anm. 1. Johann Jakob Russinger, Abt zu Pfävers, s. Nr. 245, Anm. 1.* — [18]) *Heinrich Brennwald, Propst zu Embrach; s. Nr. 321, Anm. 5.* — [19]) *s. Anm. 4 und unten Nr. 312.* — [20]) *Die Dedikationsepistel der vorhin zitierten Schrift ist gedruckt Bd. II, S. 471 ff.* — [21]) *Zwingli meint hier wieder die Dedikationsepistel.*

312.

Zwingli an Nikolaus von Wattenwyl[1].

Zürich, 2. August 1523.

Gratia et pax a deo et domino nostro Iesu Christo *[1. Cor. 1. 3]*.

Iterum interpello, clarissime vir, tua negocia, sed haud diu tenebo. Accipe „Libellum de divina humanaque iusticia[2]“, ut puto, Christiane scriptum, ac reliquos aliis atque aliis inscriptos mitte; si vero id nimis est, Bertoldo nostro[3] id provincię demanda. Omnia boni consule. Nam etsi fortasse minora sunt, quam tu merearis, eo quod Latina non sunt, animus tamen noster spectandus est, qui nusquam non vigilat ad defendendum dei negocium et consilium promovendum, quique id opellę, quicquid est, hac causa Germanica lingua effudit, ne per interpretum audaciam aliam aliquando faciem indueret, quamvis Germanicam linguam video ne Gręcę quidem, nedum Latinę, cedere, copiam licet maiestatemque spectes, tametsi vehementer pertesum est ea lingua scribere, quod Latina longo crebroque usu magis arrideat[4]. Nihil igitur vereor hoc nostro facto nomini tuo unquam quicquam decessurum.

Vale, et servet te Christus incolumem tuosque omnis. Rescribe res, ut apud vos habeant; de nulla enim ecclesia tam sum

Autograph im Archiv der Familie von Wattenwyl in Bern. Siegelspur.

Abdruck: Theologische Studien und Kritiken 1863, 3. Heft, S. 545f. (durch R. Rüetschi, Dekan in Kirchberg, Kanton Bern).

---

[1]) *s. Nr. 311, Anm. 1.* — [2]) *Abgedruckt Bd. II, S. 458ff.* — [3]) *sc. Haller.* — [4]) *Man beachte die schöne Äußerung Zwinglis über die deutsche Sprache. Ähnlich denkt über sie sein Schüler Bibliander: auch das Deutsche, sagt er, gehorche den Gesetzen der Grammatik, Dialektik und Rhetorik und stehe formell und materiell der römischen Beredsamkeit nicht nach; das werde jeder finden, der sich wie er (er nennt Ulfilas und Rudolf von Ems) die Mühe nicht verdrießen lasse, es genauer kennen zu zu lernen. Vgl. Egli, Analecta reform. 2, 84.*

sollicitus atque de vestra. Si scribere nequis, Bertoldo aut Sebastiano[5] impera, ut scribant.

Ex Tiguro altera die Augusti MDXXIII.

Hi nuncii[6], qui nunc apud vos sunt, integri sunt; literas, quas mittetis, tuto ad nos ferent.

Huldrichus Zuinglius tuus
imo omnium.

An herr Niclauſen von Wattenwyl, probſte zů Bernn, ſinen günſtigen herren, oder in ſinem abweſen an meiſter Bertolden, predicanten.

Gen Bern.

---

[5]) *Berchthold Haller und Sebastian Meyer; s. Nr. 311, Anm. 16.* — [6]) *Am 3. August begann zu Bern eine Tagsatzung; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 312. Die Zürcher Gesandten waren Junker Jakob Grebel und M. Heinrich Walder.*

313.

Zwingli an Burgermeister und Rat zu Konstanz.

Zürich, 5. August 1523.

Gnad, barmhertzigheit und frid von gott und ünserem herren Jeſu Chriſto *[1. Tim. 1. 2]*.

Bevor, edlen, ſtrengen ꝛc. fürſichtigen, wyſen, gnädigen herren und gebrůder in Chriſto Jeſu, ſo erfröwt mich und die gantzen kilchen by üns üwer gloub träffenlich, in den üch der vatter alles liechtes *[Jak. 1. 17]* gezogen hatt *[Joh. 6. 44]*; dem hangend unabläßlich an und laßend demnach inn walten, ſo werdend ir heil an ſel und lyb. Amen. Demnach hab ich nit zwyfel, *üwer* wysheit ſye wol bericht, wie ich in der warhafften entſchuldung[1], an mine herren die Eydgnoßen gereicht, den unchriſtlichen lug, ſo uff mich dess fronlychnams und blůtes Chriſti halb erdacht iſt, verlöugnet und gentzlich von mir geworffen hab. Und wiewol ich gewüsst hab, ſölchen lug von erſt uf in *üwer wysheit* ſtatt gehört ſin, hab ich doch wol mögen gedencken, ſölchen nit von den üwren erſtlich geſchmidt, darumb ouch ich *üwer* wysheit er und namen mit flys bewart hab[2].

Konstanz, Stadtarchiv: Mappe „Briefe berühmter Männer“. Petschaftabdruck gut erhalten.

Abdruck: Theologische Studien und Kritiken 1863, S. 744 (durch Karl Pestalozzi, nach einer mangelhaften Kopie). — Strickler 1, Nr. 648 (vgl. den Zusatz S. 725). — Zwingliana 1 (1897), S. 8 (durch E. Egli, nach dem Autograph).

Einigemal ů *für* u *vor* m *und* n. — 4 gebrůder] *Schreibfehler* gebrueber — 8 *üwer setzen wir statt* v; *so auch nachher durchweg* — 9 gereicht *man erwartet* gericht.

---

[1]) *Die in Bd. I unter Nr. 19 abgedruckte Schrift, wo S. 577 zu vergleichen ist.* — [2]) *Zwingli deutet in der „Entschuldigung“ S. 577. 21 f. den Ort, von dem die argen Reden über ihn angeblich stammen, mit den Worten an: „als aber etlich hand gdören uff mich reden, wiewol ůsserhalb der Eydgnoschafft, doch unferr, da ich aber dem namen übersich von der frommen burgeren wegen, daß dieselben nit verdacht werdind“.*

So ich aber in dem allem ermeßen, was großen übels und irrtum us ſölchem lugtragen mit der zyt erwachſen mag, hatt mich die er[3] gottes, die wir alle bis in den tod ſchuldig ſind ze bewaren, ſo vil er gibt, und die warheit zwungen, ſölche ſchantliche, ſelenloſe[4] red yferlich ze eriagen, und nachdem ich den urſprung, als ich zů *üwer* wysheit hoff, befunde, desſelben urſprunges adren mit dem ſtarcken wort Chriſti ze verſchoppen[5]. Und hab für mine gnädigen herren burgermeiſter und ratt Zürich kert und gebetten, ſy wellind üwer wysheit anwenden umm erfaren und erduren diſer ſach, welchs nit klein zů der er gottes, üwer und unſerer kilchen růw und frid dienen wirt, als dann ire eignen brieff[6] clarlich anzeigen werdend. Hierumb iſt an *üwer wysheit* min gar engſtig ernſtlich bitt, die welle ſich nit laßen beduren, ob der handel einem glych träffenlich geachten nachſůchen wurde, und den ernſtlich ſůchen und eriagen. Ja ich mein, das ich ſölches anmůtens zů üch recht hab; denn wir eines himeliſchen vatters, eines gloubens und touffes ſind *[Eph. 4. 5]*, welchs ein gnůg türe urſach iſt, üch umm den handel ze gründen erfordren. Jr ſind Chriſten; ſo ſöllend ouch ir die er[3] Chriſti redten, (verzych mir üwer wysheit, das ich ſo gheim mit dero reden gdar) und darumm nieman anſehen, glych als ouch ünſer houpt Chriſtus nit anſicht die perſonen, das iſt ußerlichen ſchyn der menſchen, und minen herren von Zürich alles, ſo hierinn ſich befinndt, getrülich zůſchicken, damit die münd, die umbill und bosheit redend, verſchloßen werdind. Jch wird ouch gwüsslich bericht, wie *üwer wysheit* in kurtz hinggangner zyt iiij erſame, wyſe und des radts by üch menner für minen herren zů Coſtentz[7] geſchickt von etlicher hendlen wegen; ſye der[7] minen ouch ze red worden und mich der ſchantlich erdachten red halb angerürt. Da habe einer us üwren vorgezelten mich angehebt us miner entſchuldung verantwurten. Dem ſyge ein andrer des hoffs in die red gevallen mit hantlichen diſer glychen worten: ſage der Zwingli, was er welle, ſo hatt er ſölchs gepredget; des wil ich inn beſtellen mit 3 oder 4 zügen, die an der predge ſyn und die wort gehört habend. Hie beger ich aber demůtiklich und umm gottes und der warheit willen, ir wellind ſölchen handel minen herren eigenlich zůſchryben[8]; denn ich

3 vil] *Schreibfehler* nil.

---

[3]) *Ehre* — [4]) *gewissenlose* — [5]) *verstopfen, verschließen* — [6]) *Zürich an Konstanz, ebenfalls vom 5. August 1523, abgedruckt Strickler 1, Nr. 647. Hier steht die angebliche schnöde Beschuldigung mit nackten Worten.* — [7]) *Bischof Hugo von Landenberg.* — [8]) *Konstanz antwortete schon am 8. August auf beide Briefe, von Zürich und Zwingli, zugleich. Der Brief ist an Zürich gerichtet: „Strengen etc. Uff gestern ist üwer schriben und darnebent ain schrift von maister Ulrichen Zwinglin ußgangen und überantwort, welche baide schriben wir an hütt in unserm rat verlesen habent. Kainer aber under uns, die zugegen gewesen sind, ist wissig die wort, wie ir die*

wol gedencken mag, das der sölchs so unverwendt hatt gdören reden, sinen ansagen wüße zeigen, damit man hinder die oder den sächer[9] käme; dann ich by miner sel sälligheit und by dem glouben und zůversicht, die ich in Christo Jesu hab, frommklich und warlich reden gdar, das mir sölch schantlich wort in minen sinn oder gedanck nie komen ist. Noch so ficht der tüfel mit siner finsternus und eigenschafft (das ist die luge) so starck under den blöden und unglöubigen, wie Christus redt *[Joh. 8. 44]*: Wenn er lugt, so redt er nach siner eigenschafft; denn er ist lugenhafftig und ein vatter der lügen. Darumb mag üwer wysheit wol gedencken, wie vil růwen sölch harfürbringen der vergifftenden lugneren bringen mög. Die, bitt ich abermals, tůge, als sy wol weisst gott gevellig sin; denn in dem stryt gottes wirt nieman bekrönnt denn der, so recht und ordenlich stryt *[2. Tim. 2. 5]*. Wenn wir nun den namen Christi tragen wellend und aber inn nit redten und vor schmach verhůten wölltind, wäre ytel; wir můßend sehen, das der nam gottes geheligott werde; denn wirt er aber geheligett, wenn wir sinem wort engstiklich nachzekumen yfrend. Sin wort ist die warheit; denn er ist die warheit *[Joh. 17. 17]*. Also volgt, welcher die warheit ufnet und dero harfür hillfft, das derselb die rechten er gottes ufnet und fürbringt. Verneme *üwer* wysheit diss min ylends schriben imm aller besten; dann wiewol es frävel[10], ist es doch allein also vertruwt us der ursach, das ir ouch gottes sind; dann ir sinem wort glouben gebend, als ietz allenthalb von üch, zwyfel nit warlich, geredt wirt. Gott, der üch in sölche erkantnus sin[11] gefürt hatt, der mere üwer frücht des glaubens ie me und me, damit ir an sinem tag unschuldig erfunden werdind. Vermag schon min schlecht gebett wenig by üch, so vermag doch gott vil by üch. Hierumb bitt ich zum letsten: laßend üch die verkünder des ungevelschten worts gottes bevolhen sin und stand mannlich by einandren, so werdend ir die hillff gottes über üch sehen. Es můs

10 vil] uil.

---

schribent, von ainichem unsers g[nädigen] h[erren] von Costanz räten gehört haben. Wol möchte sin, daß in biwesen etlicher unser ratsfründen uff der pfalz uff mainung geredet syg, daß zu Zürich vom sacrament des libs und bluts Christi etwas ungschickter mainung geprediget syg worden; die wort aber in üwerm schriben erlutet, hat keiner der unsern verstanden. Diß wollten wir üch ze wissen tun, und on zwifel, wo wir ichtzit, das üwrem schriben glichförmig wär, gruntlichen wißtent oder noch erlerntend, wir wellten üch das nit verhalten, so wir doch nit nun in dem, das zu abstellung göttlichs unerens raichet, besunder ouch in andren uns möglichen dingen üch lieb und dienst bewisen könnten, allzit gutwillig sind. Datum" usw. Stadtarchiv Konstanz, Missivenband 1521/26. Auszug Strickler 1, Nr. 649.

[9]) *Urheber, der die Sache „macht", Schuldige, vgl. Id. VII 130f.* — [10]) *dreist* — [11]) *Erkenntnis seiner.*

dem wort gottes darumb widerfochten werden, das sin krafft geoffnet und sine klawen harfürbracht werdind; aber vertruw demselben ein ieder; denn es wirdt die großen bocher[12] in diser welt überwinden. Christus, der nit liegen mag, spricht *[Joh. 16. 33]*: Vertruwend; denn ich hab die welt überwunden. Gott bewar üch sel, er[13] und alles, so üch und imm lieb sye. Amen.

Geben Zürich, 5. tags Augusti MDxxiij.

Huldrich Zwingli, üwer
wys*heit* williger allzyt.

Den edlen, streng*en*, vest*en*, fürsicht*igen*, ersamm*en*, wysen herren burgermeister und rädt zů Costentz, sinen günstigen, gnädigen herren.

---

[12]) *Pocher, Prahler, Maulheld, vgl. Id. IV 971.* — [13]) *Gott bewahre euch Seele, Ehre.*

314.

Oswald Myconius an Zwingli.

Einsiedeln, (Sommer) 1523.

S. Insperato nuncio excepit me filius redeuntem ex Glareana, hoc puta, quod tu cum Utingero confeceritis precando, ut ludus monasterii inferioris apud vos mihi adiudicatus sit[1]; tantum adveniam et iudicem, si id velim. Tum etiam, si praemium minus sit, ut facile ex eo sustentari non possim, vos adituros mecum dominos Tigurinos, si quid forte addant, quo melior sit conditio mea. Quid faciam, mi Huldriche? Tuus sum; quod iubes, subeundum est, atque hoc ideo, quia, quicquid huius facis, ex re mea facis, et puderet me, mihi crede, si, quod tu laboribus alioqui non aestimandis implicitus pro me egisti, ego non lubens acceptarem. Tantum illud volo, quam certissime rem omnem vel filio vel uxori exponas, ut laetior deinde Tigurum advolem; redibunt enim prius, quam ego possim vel prae itineris lassi-

Zürich, Staatsarchiv: E. II 339 p. 118. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 322 f.

[1]) *Myconius war um den Jahreswechsel 1522/23 aus Luzern weggezogen, um eine Stellung in Einsiedeln anzutreten; s. Nr. 261, Anm. 4 und Nr. 260, Anm. 3. Ohne Zweifel gedachte ihn Zwingli bei Gelegenheit wieder nach Zürich zu ziehen. Chorherr Heinrich Utinger, der am 6. November 1522 Stiftskustos geworden (Eglis Aktens. Nr. 288), war der richtige Mann, zu helfen. Laut vorliegendem Brief, der 1523 geschrieben ist, muß im Laufe dieses Jahres, wohl im Sommer (vgl. die Erwähnung der Sonnenhitze), ein Anlauf in dieser Sache erfolgt sein. Näheres wissen wir nicht, da weitere Briefe von und an Myconius zum Jahr 1523 fehlen. Myconius kam wirklich wieder nach Zürich, und zwar an die im Briefe erwähnte Schule der Abtei Fraumünster (monasterii inferioris); aber er wird erst am 10. Februar 1524 als ludimagister in Zürich erwähnt (Brief des Macrin in Solothurn an ihn, Simmlersche Sammlung). Vor ihm scheint Wolfgang Köwl die Stelle bekleidet zu haben, und es ist möglich, daß man mit ihm nicht zufrieden war (vgl. Zwingliana 2, 122 ff.); aber Genaueres wird nicht überliefert. Vielleicht hatte Myconius schon im Sommer 1523 nach Zürich zugesagt, aber mit Amtsantritt erst auf Anfang des kommenden Jahres. Wir nehmen es so an und setzen den Brief zum Monat August 1523.*

tudine ad vos descendere; mirum enim, quam me et iter ex Glareana et solis aestus defatigarint. Non credis semel, inquis, nuncianti? Veritatem dico: inter spem et metum constitutus plane haereo, ut fieri solet. Metuo, quod ex ancilla haec tantum audivi, spero, quod persuadeo mihi rem ab ea non confictam esse posse. Me tenes. Administrator[2] idem mecum sentit. Addidit hoc, fatale sibi videri, quod, qui Christum profitemur, omnes Tigurum conveniamus ac deinde omnes simul pereamus.

Vale in Christo felix.

Eremi raptim anno M.D.XXIII.

Myconius tuus.

Domino Huldricho Zinglio, euangelistae Tigurino, suo.

---

[2]) *Theobald von Geroldseck, Pfleger des Stifts Einsiedeln; s. Nr. 247, Anm. 1.*

315.

Erasmus an Zwingli.

Basel, 31. August (1523).

S. Optime Zwingli, grata mihi fuit tue epistole[1] confabulatio. Rumor huc allatus est, etiam tercium illum Augustinensem exustum postridie visitationis; nam pridie eius diei exusti sunt duo[2]. Quorum mortem an deplorare debeam, nescio. Certe summa et inaudita constantia mortui sunt non ob articulos, sed ob paradoxa Lutheri, pro quibus ego mori nolim, quia non intelligo. Scio pro Christo mori gloriosum esse. Nunquam defuit piis afflictio; sed affliguntur et impii, et πολύτεχνος est ille, qui se subinde transfigurat in angelum lucis *[2. Cor. 11. 14]*, et rarum est donum discretio spirituum. Lutherus proponit quędam enigmata in spetie absurda: omnium opera sanctorum esse peccata, que indigna ignoscuntur dei misericordia; liberum arbitrium esse nomen inane; sola fide iustificari hominem; opera nihil ad rem facere. De his contendere, quomodo velit intelligi Lutherus, non

12 opera] *ursprünglich* ropera.

Zürich, Stadtbibliothek: Msc. F. 42 p. 70b. Jetzt im Zwingli-Museum. Drei Seiten Autograph des Erasmus; am Schluß (S. 3 unten und S. 4) eine Kopie des Ganzen von anderer älterer Hand, mit dem Titel: Ὑπογραμμὸς [!] *epistolae praecedentis. Siegelspur. — Die vier Seiten paginiert 291, 292, 293, 294.*

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 307/10.

[1]) *Der Brief Zwinglis ist verloren.* — [2]) *Am 1. Juli wurden in Brüssel zwei Augustiner von Antwerpen verbrannt, Heinrich Voes und Johann van den Esschen, (Esch, Essen, bei Luther Nesse), während ein dritter, Lambertus von Thoren, später im Gefängnis starb. Wenn also hier Erasmus, ebenso Luther an Spalatin (Enders 4, 184) und Botzheim am 24. August 1523 an Erasmus von dreien, die verbrannt wurden, berichten, so war das ein falsches Gerücht. Vgl. auch O. Clemen, die ersten Märtyrer des evang. Glaubens (Beiträge zur Reformationsgeschichte, Heft 1 (1900), S. 40ff.), P. Fredericq, Corpus documentorum inquisitionis haereticae pravitatis Neerlandicae Bd. IV (1900), Nr. 138ff.*

video, quem fructum adferat. Deinde video in plerisque illi addictis miram pervicaciam, et in Lutheri scriptis quantum maledicentię, sepe preter rem! Ista me cogunt subdubitare de spiritu illorum, quem ob causam, cui faveo, velim esse syncerum. Nullum monitorem ferunt; iure moniti, se referunt in partem diversam et involvunt hominem quavis occasione. Appellas me contatorem[3]. Obsecro te, quid velles me facere? Adhuc que scripsi, libere scripsi. Et sicubi sum blandior, non prodo veritatem euangelicam, sed assero, que licet. De hoc pontifice comparavi bonam quandam spem[4]; nunc vereor, ne me fallat. Et tamen hunc admonui officii sui, blandius quidem, sed ita credebam expedire. Scripsi illi privatim prolixam epistolam liberrime[5]. Nihil respondet; vereor, ne sit offensus. Eam si legisses, diceres me non esse blandum, quum se dat occasio. Et liberior essem, si viderem me profecturum. Dementię est, tibi perniciem accersere, si nulli prosis. Ego florentissimam regionem[6] reliqui, ne miscerer negocio Pharisaico; nam alia lege non licuisset illic vivere. Et ea est valetudo mea, ut non possim quovis loco vivere. Pontificia tyrannis nec his placet, quibus displicet Lutherus. Episcopos ex patribus factos principes prophanos et cum monachis colludere, quis non videt, quis non dolet? Hec mihi non uno loco dicta sunt. Que nunc aguntur, video recta ad tumultum tendere. Eius finis qui sit futurus, nescio. Mundus est plenus pessimis. Hi semper erumpunt excitata rerum tempestate. Satis admonui episcopos, satis principes vel in libello de principe[7], homo nullius autoritatis. Quid me velles facere praeterea? Etiamsi vitam contemnerem, non video, quid esset insuper faciundum. Tu in nonnullis dissentis a Luthero. Dissentit et Oecolampadius. An ego propter illius doctrinam obiiciam me meosque libros periculis? Omnia recusavi, que mihi hoc nomine offerebantur, ut adversus illum scriberem. A pontifice, a cesare, a regibus et principibus, a doctissimis etiam et charissimis amicis huc provocor. Et tamen certum est aut non scribere aut ita scribere, ut mea scriptio non sit placitura Phariseis. Non est opus, ut testibus citatis tibi ius asseras admonendi mei; eruditorum admonitio mihi

---

[3]) *Sogar Glarean hatte an Zwingli über Erasmus geschrieben: timidus est, quia cunctator; vgl. Nr. 270 (oben S. 8, Z. 12).* — [4]) *Vgl. Nr. 235, Anm. 4.* — [5]) *Briefe des Erasmus an Papst Hadrian VI. liegen vor vom Jahr 1522 und 1523 in den Opera ed. Clericus Tom. III, col. 721, 722, 738, 744. Der letztere, ohne Schluß und Datum, ist umfangreich; voran geht ein Brief des Papstes an Erasmus vom 23. Januar 1523.* — [6]) *Brabant.* — [7]) *„Institutio principis christiani saluberrimis referta praeceptis per Erasmum Rot.“ etc. Basel, Froben 1516, neu aufgelegt 1518, 1519. Vgl. Stockmeyer u. Reber, Beiträge zur Basler Buchdruckergeschichte S. 102 (Nr. 50), S. 104 (Nr. 98), S. 106 (Nr. 133).*

semper fuit gratissima. Oecolampadius proposuerat quedam disputanda iamque schedas[8] prodiderat. Iussus est in aliud tempus prorogare. Nunc permissus est disputare, quum volet. Vir optimus est, sed impatiens monitoris quamvis amici. Scripsit ad illum Lutherus[9], sibi narratum illum enarrare Esaiam, me vehementer obstitisse, quum nemo magis faveat Oecolampadio. Addit mihi non multum tribuendum in his, que sunt spiritus. Hoc quid sit, non intelligo. Adiicit me veluti Mosen eduxisse Israhelem ex Aegypto, ceterum mori-

8 *vor* eduxisse *gestrichen* exd.

---

[8]) *Die Obrigkeit von Basel erließ im Frühjahr 1523 ein Mandat, das, dem Zürcher Beschluß nach der ersten Disputation nachgebildet, die schriftgemäße Predigt gebot. Dieses Mandat, sagt ein Zeitgenosse, sei von den päpstlichen Prädikanten nie gehalten worden (Basler Chron. 1, 39). Der Streit ging weiter und wurde der Anstoß für Oecolampad, sich zu einer Disputation auf den 16. August zu erbieten. Für diese ließ er Thesen (conclusiones) drucken, vor denen er einleitungsweise sagt, etliche nennen die Evangelischen (Evangelici) neue Lehrer und werfen ihnen in Summa vier Anschuldigungen vor: daß sie alle Lehrer, die guten Werke, alle Heiligen und alle menschlichen Gesetze verachten. Die Thesen, lateinisch und deutsch nebeneinander gedruckt, stehen in vier Absätzen, als Antworten auf die vier „calumniae". Alles Nähere in Basler Chron. 1, 386. 443. Die Disputation wurde auf den 16. August vom Rat und der Universität nicht zugelassen (Basler Chron. 1, 443; vgl. oben Erasmus an Zwingli). Noch vom 30. August („Montag"; richtig wäre Sonntag) datiert ein Erlaß der Universität, die gegen die Disputation protestiert und den Angehörigen den Besuch derselben verbietet; Staatsarchiv Basel, Kirchenakten A 1, fol. 6. Aber der Rat der Stadt hatte jetzt laut Erasmus das Gespräch zugelassen, und es fand am 31. August statt, mit Anberaumung einer Fortsetzung auf Sonntag 6. September (s. nachher im Brief des Erasmus). Näheres über den Verlauf wird nicht überliefert. Der Ausgang war Oecolampad günstig (s. im Brief).*

[9]) *Am 20. Juni 1523. Autograph in Zürich E. II. 337 p. 5. Abdruck bei Hottinger, hist. eccl. II 757, danach bei Enders 4, 163 f. Die bezügliche Stelle lautet:*

„Dominus etiam roboret institutum tuum in legendo Isaia, quamquam ad me scriptum est, Erasmo displicere. Sed hoc displicere nihil te molestet. Quid Erasmus in rerum spiritualium iudicio sentiat aut simulet, testantur eius libelli abunde, tam primi quam novissimi. Ego etsi aculeos eius alicubi sentio, tamen, quia simulat se non esse hostem palam, simulo et ego me non intelligere suas astutias, quamquam penitius intelligam, quam ipse credat. Ipse fecit, ad quod ordinatus fuit: linguas introduxit et a */davor gestrichen* ab/ sacrilegis studiis avocavit. Forte et ipse cum Mose in campestribus Moab morietur; nam ad meliora studia (quod ad pietatem pertinet) non provehit. Vellemque mirum in modum abstinere ipsum a tractandis scripturis sanctis et paraphrasibus suis, quod non sit par istis officiis, et lectores frustra occupat et moratur in scripturis discendis. Satis fecit, quod malum ostendit; at bonum ostendere (ut video) et in terram promissionis ducere non potest. Sed quid ego de Erasmo tam multa? nisi ut illius nomine et autoritate nihil movearis, atque adeo gaudeas, si quid ei displicere sentias in re ista scripturarum, ut qui vel non possit vel non velit de iis recte iudicare, sicut pene totus iam orbis incipit de eo sentire".

turum in campestribus. Utinam ipse sit Iesus[10], qui perducat omnes in terram promissionis! Expostulatio Hutteni[11] non est reddita, nisi posteaquam iam esset vulgata multis exemplaribus et ambiret typographos. Ego illi non invideo tuorum civium[12] favorem. Miror tamen, quo nomine faveant. Tanquam Lutherano? nemo magis officit cause euangelicę. Ob bonas litteras? nullus eque nocuit bonis litteris. Imo libellus ille, scriptus sine causa in amicum, multam invidiam conciliabit nomini Germanico. Quid enim barbarius, quam tot fictis criminibus incessere amicum bene cupientem ipsi ac de ipso bene meritum? Scio illum instructum alieno fecisse, et hoc fuisse per quosdam agitatum, ut ab amicis meis extorqueretur pecunia. De ceteris illius factis non disputo; satis nota sunt. Sed amiciciam colunt veram piratę. Respondimus illi, iure non respondimus, sed impudentem calumniam a nobis depulimus[13]. Magis me movet causa euangelica ac bonarum litterarum, quam mea iniuria. Nihil moror illorum amiciciam, qui tali delectantur ingenio. Nulli non persuasum est hic, quicquid isthic[14] habet favoris, te autore nactum esse, utcunque tu tergiversaris. Aliquid mali ille potest adferre vestre civitati[15], boni nihil. Porro quod auxerit maledicum libellum, ipse narravit Oecolampadius, quanquam et illius video ingenium; ille non desinet furere non tam meo malo, quam bonarum litterarum. Quod si non desinet fragili querens illidere dentem, illidet solido. Tu curabis hominem cohercendum, si putes hoc interesse et politioris litteraturę et cause euangelice et nominis Germanici, quandoquidem vulgus hodie Germanos vocat, quicunque Germanice loquuntur. Oecolampadius heri disputavit, equidem feliciter, disputaturus denuo proximo dominico[16]. Lutherus

7 invidiam 8 barbarius] *di und us Ergänzung, da im Manuskript ein Stück fehlt* — 12 veram] *ve Ergänzung, da im Manuskript ein Loch ist* — 16 hic *übergeschrieben* — 20 *vor* desinet *gestrichen* diss — 21 fragili *übergeschrieben* — 26 *die Lesart* equidem *ist nicht ganz sicher.*

---

[10]) *d. h. Josua (nach LXX)* — [11]) *„Ulrichi ab Hutten cum Erasmo Rot. presbytero theologo expostulatio". Abdruck bei Böcking II 180 ff. Vgl. Strauß S. 469 ff.* — [12]) *Der Rat von Zürich hatte Huttens Zuflucht daselbst begünstigt. Erasmus schrieb am 10. August an den Rat, er mißgönne Hutten den gewährten Schutz nicht, warne aber vor dessen Mutwilligkeit im Schreiben, womit er dem evangelischen Handel, andern guten Künsten, auch gemeinen Sitten und schließlich Zürich selbst schaden könnte. Hutten vernahm auf der Ufenau davon und bat durch Brief vom 15. August den Rat von Zürich, ihm dergleichen Zuschriften bekannt zu geben. Beide Briefe bei Böcking II 256 f. Der Brief des Erasmus auch in Eglis Aktens. Nr. 565 (irrig zum Jahr 1524 gestellt).* — [13]) *„Spongia Erasmi adversus aspergines Hutteni". Abdruck bei Böcking II 265 ff.* — [14]) *Gemeint ist Hutten.* — [15]) *Vgl. Anm. 12.* — [16]) *Vgl. Anm. 8.* — [17]) *Vgl. oben (Anm. 9). Wie bei Zwingli, so wehrte sich Erasmus am 21. November*

scripsit ad Oecolampadium, mihi non multum esse tribuendum in his, que sunt spiritus[17]. Velim hoc ex *te* discere, doctissime Zvvingli, quis sit ille spiritus; nam videor mihi fere omnia docuisse, que docet Lutherus, nisi quod non tam atrociter, quodque abstinui a quibusdam enigmatis et paradoxis, unde cupiam plurimum denique fructum enasci; sed ego malo fructum magis praesentem. Valde gravat istos invidia, quod vos praebetis palam copiam omnibus contradicendi. Precor, ut dominus Iesus dirigat ac bene fortunet spiritum vestrum. Quod Hilarius meus[18] dixit, per te potuisse premi libellum Hutteni, si voluisses, ex suo animo dixit, non ex meis mandatis.

Bene vale.

Basilee pridie Calendas Septembris.

Erasmus tuus
plusquam ex tempore.

Eruditissimo domino Ioanni [!] Zwinglio. Thuregii.

10 si *einkorrigiert in ein nicht mehr leserliches Wort.*

---

auch bei Faber gegen Luther: „Scripsit Oecolampadio me esse Mosen sepeliendum in campestribus, nec multum tribuendum Erasmo in his, quae sunt spiritus. Haec sunt belli praeludia". Horawitz, Erasmiana p. 601 der Sitzungsberichte der Wiener Akademie Bd. 95.

[18]) *Hilarius Bertulphus, aus Lede in Ostflandern, Studiengenosse des berühmten Spaniers Ludwig Vives in Paris, erscheint Ende 1521 in Genf und bald nachher als Famulus des Erasmus in Basel, noch häufiger aber auf Reisen, die er für denselben zu machen hatte. Vgl. seinen Brief vom Ende April 1524 aus Basel an Farel, bei Herminjard 1, Nr. 99 (p. 210ff.). Noch am 30. November 1532 erwähnt ihn ein Bekannter, der berühmte Rabelais, in einem an Erasmus gerichteten Brief aus Lyon; Zürich, Stadtbibliothek Msc. F. 46 p. 569 (Autograph). Vgl. weitere Nachweise bei Förstemann u. Günther, Briefe an Desiderius Erasmus, S. 303. Erasmus selbst bezeichnet seinen Diener Hilarius im Mai 1523 anläßlich einer Sendung an König Franz I. als fidelem et in bonis literis non vulgariter doctum, qui olim Tolosae diu professus; vgl. Hartl u. Schrauf, Nachtr. I 1 (S. 183f.) zu Aschbachs Geschichte der Wiener Universität.*

316.

Erasmus an Zwingli.

Dedikationsepistel[1].

(Basel), Anfang September 1523.

Erasmus Rot*erodamus* eruditissimo Ulricho Zvvinglio apud inclytam Helvetiorum civitatem Thurregium concionatori. S. D.

Quoniam isthuc primum hinc allatum est venenum, Zuuingli doctissime, visum est convenire, ut eodem primum iret antidotus, non quod metuam, ne apud te aut ullos cordatos viros laederet existimationem meam Huttenica criminatio, sed ut his quoque mederer, qui vel mihi parum sunt aequi, vel naturae vitio libentius ea credunt, quae laedunt famam hominis, quam quae commendant. Quis enim vir bonus aut cordatus non detestetur hoc exemplum, quod Huttenus, nec verbo nec facto unquam laesus a me, sed sic toties etiam aeditis voluminibus a me praedicatus, ut nemo neque benignius aut candidius neque crebrius toties meis literis apud primates viros commendatus *sit*, subito velut ex insidiis talem libellum emisit in amicum, etiam tum candidissime atque amantissime de ipso praedicantem, quum ista scriberet, nihil omnium minus suspicantem, quam ut ab Hutteno nasceretur aliquid tragoediae? Quid excogitari potuit alienius ab omni humanitate fideque Germanica? quid optatius aut gratius bonarum literarum hostibus? quid ipsis bonis literis incommodius? quid euangelico negocio perniciosius aut, si libet, etiam Lutherano, cui se iactat favere? Bellum indixerat Romanensibus, et amicum syncerissime amantem, nulla expostulatione praemissa, tam amarulento

Spongia Erasmi ad= | uersus aspergines Hutteni. *(Am Schluß):* Basileae per Ioannem Frobenium, anno M.D. | XXIII. Mense Se= | ptembri.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 310f. Böcking, Hutteni opera II, 262f.

---

[1]) *Zum Handel zwischen Erasmus und Hutten und zu den bezüglichen Schriften sei auf Böcking und Strauß verwiesen, auch auf oben Nr. 315, wo in Anm. 11 u. 13 die Titel.*

libello inexspectantem aggreditur, ut in nullum hostem adhuc scripserit virulentius. Et interim auxit, ut audio, libellum, quasi parum ibi fuisset veneni, nec videtur unquam facturus finem, posteaquam semel bellum indixit et Musis et Gratiis. Equidem non invideo illi Helvetiorum humanitatem, qui concedunt latebras, quo tutus sit interim ab his, qui venantur illum ad supplicium. Sed tamen curandum est, ne sic abutatur Helvetiorum humanitate, ut apud eos tuto latitans tales libellos eiaculetur in capita quorumlibet de studiis publicis bene merentium, interim nec pontifici parcens nec caesari nec Germaniae principibus ac ne Helvetiae quidem gentis integerrimis viris, quorum de numero est Ludovicus Berus[2]. Haec quoniam scribit apud Helvetios latitans, metuendum est, ne quid hinc olim invidiae aut incommodi perveniat ad hanc gentem, quam optamus publica tranquillitate cunctisque bonis esse florentissimam. Nihil autem facilius, quam serere dissidia, quum difficillimum sit mederi malo semel nato.

Bene vale.

---

[2]) *Ludwig Bär von Basel, daselbst Doktor und Professor der Theologie an der Universität und Propst bei St. Peter; vgl. Nr. 147, Anm. 3.*

317.

Laurentius Maer[1] *an Zwingli.*

(Baden), 9. September (1523).

Ihs.

Si euangelicam rem amplius augmentari cupis — te cupere non ambigo — sique me diligere velis — velle te decet — utriusque occasio presto est. Ubi enim modo versor, accursus est omnium gentium, suis inquam temporibus; possum equidem illic eligi in pastorem, eo pacto, quem satis plane ex plebano Badensi[2] accipies. Fac itaque

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 257. Siegelspur.
Ineditum.

---

[1]) *Laurenz Mär (Mör, Merus), von Feldkirch, ist der als Laurentius Fabula früher erwähnte angebliche Nebenbuhler Zwinglis bei dessen Wahl nach Zürich (siehe (Nr. 46, Anm. 1 u. Nr. 265, Anm. 2). Zu den Jahren 1521/22 kommt er als Pfarrer evangelischer Gesinnung zu St. Martin in Chur vor. Dann bewarb er sich, gegen Zwinglis Rat, aber mit Erfolg, um das Leutpriesteramt am Großmünster in Zürich, das Zwingli am 12. November 1522 insofern niedergelegt hatte, als er nur die Verpflichtung zur Predigt beibehielt; Mär wurde also, freilich in dem so bedingten Sinne, Zwinglis Nachfolger, d. h. er bekleidete das Amt in der nun wesentlich reduzierten Bedeutung. Schon im Herbst 1523, durch Vertrag mit dem Stift, datiert 22. Oktober, legte Mär die Stelle wieder nieder; er hatte offenbar, mit Hilfe Zwinglis (den er im vorliegenden Brief darum angeht), am 8. Oktober durch Pfründentausch mit Johannes Schach in Baden an der Limmat die dortige Leutpriesterei erlangt. In Baden kommt er noch zur Zeit der Disputation vor, wird „Doctor der heiligen Schrift" genannt und erscheint nun als Anhänger der katholischen Partei, indem er Ecks Thesen unterschreibt. Er resignierte auf seine Stelle am 23. Juli 1527 und erhielt von den Eidgenossen die Propstei Zurzach zugesprochen; doch trat er sie nie an, sondern kam nach Überlingen und zuletzt in seine Heimat Feldkirch, wo er 1546 gestorben sein soll. Alles Weitere s. in Zwingliana 2, 147 ff. — [2]) Johannes Schach, s. Anm. 1. Er ist 1502 immatrikuliert zu Wittenberg als Ioannes Schach de Thurrego. In einer Liste des Personals am Großmünster von 1525 wird er als „Johannes Schach von Baden" unter den jüngsten Kaplanen aufgeführt; Egli, Aktens. Nr. 889. Schon am 21. April 1526 wird seine Pfründe dem Almosen zugeteilt (Aktens. Nr. 955); er war wieder Kaplan in Baden geworden, in welcher Stellung ihn die Eidg. Abschiede*

periculum, quo hec provintia mihi concedatur, nec te terreat lenitas, qua me paulo ante nimis blandum censebas. Porro sic Christianissimum tolera; existimo opere precium. Siquidem successive fiat motus, certius certo supersit spes nonnulla. Crescere satago euangelium piissime, et Ihesu tecum adherebo irrevulsibiliter, saltim tuam manum mihi iam porrigas. Cetera nostrarum differentiarum quam facillime expianda coram librabimus relligiosissime.

Vale salubriter.

Raptim 9. Septembris.

Laurentius ipse Merus, mere tuus.

Sincerioris theologie interpreti domino magistro Huldrico Zwingli, Tiguri deiloquo, fratri meo charissimo. — Ad *proprias manus [?]*

3 existimo] eximstimo — 12 *proprias manus [?] Ergänzung, da die Buchstaben durch Faltung des Briefes absprangen. Sichtbar ist noch ein* s [?].

IV 1a (S. 932) erwähnen. Später wurde er Pfarrer in Lüttingen [? Lesefehler für Wettingen?] (Eidg. Abschiede IV 1b, S. 686).

318.

Zwingli an Ambrosius Blarer.

Zürich, 9. Oktober 1523.

Gratia et pax a deo et domino nostro Iesu Christo. Quod epistolę tuę[1] hactenus nihil responderim, negocia fuerunt in causa, piissime Ambrosi, quę tamen supra modum grata fuit; non nihil enim rumoris honesti plane ad nos perlatum de te erat. Eum confirmat epistola, qua videre est, quam anxie vigiles, ne imprudentes *πολύτεχνος* hostis[2] obruat. Gratia deo, qui in vinea sua novos quotidie surculos plantat, qui augescendo fructumque ferendo immanes istos vastantesque apros multitudine sobolis superant. Audio pręterea ostium tibi in patria adperiri[3], quo vires a deo tibi donatas in prędicando euangelio experiri detur. Faxit deus, ut omnia in gloriam suam cedant. Res ut primum completa pronunciataque erit, queso

6 πολύτεχνος] πολυτεχνος.

St. Gallen, Stadtbibliothek: Litt. misc. II. 149. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 311 f. Tr. Schieß, Briefwechsel der Brüder Ambrosius und Thomas Blaurer I (1908), S. 86.

---

[1]) *s. Nr. 310, Anm. 1.* — [2]) *Gemeint ist die bischöfliche Kurie zu Konstanz, nicht eine bestimmte Person.* — [3]) *Ohne Zweifel ist damit der Versuch gemeint, Blarer als Prediger im Augustinerkloster zu Konstanz auftreten zu lassen. Etliche Bürger baten den Rat darum, weil der dortige Prädikant wegen der „sächsischen Sprache“ nicht wohl verständlich und sonst nicht beliebt sei, auch wenig Zuhörer habe. Ohne erst Blarer zu fragen, versuchte der Rat Prior und Konvent durch eine Botschaft gütlich zu gewinnen, daß sie den Blarer „ain predig acht oder zehen, oder so vil dem rat wurd gefällig sin“, tun lassen. Die Mönche, namentlich ihr Prädikant, lehnten das Ansinnen ab und traten dann nach etlichen Tagen selbst vor den Rat, um ihre Antwort noch schriftlich einzulegen: Es heißt darin, das Kloster könne keinen Angehörigen eines andern Ordens zulassen, und Blarer sei der lutherischen Sekte „etwas verdacht“. Der Provinzial wurde in die Sache verwickelt; aber ehe sie zum Austrag kommen konnte, trug sich ein Handel zu, der den obschwebenden „hinterstellig machte“ usw. Vögeli, Konstanzer Ref.-Chron. Msc. S. 64 ff. Die Zeit ist*

significes; nam et Vannius[4] non nihil de ea re gratulari sibi dicitur, quem nunc oro, ut salutes cum Botzhemio[5]. Res aut, si mavis, tempestas, quę ex demolitione idolorum nata fuit, apud exteros nimirum atrocior quam apud nos, ad hunc modum sedabitur: dedit senatus de suo ordine quatuor, totidem de inferiorum ordine, qui ducentenarii nobis vocantur, qui cum tribus episcopis, qui in urbe sumus, scripturę locos de idolis diligenter expendant summamque post ad sęnatum ducentorum referant; ea est suprema apud nos autoritas. Tenentur interim in carcere, qui suo marte cum idolis privati congressi sunt[6]. Vetat me crepusculi vis epistolam latius extendere.

Vale, et servet te sibi Christus optimus maximus incolumem.
Ex Tiguro 9. die Octobris MDXXIII.

Huldrychus Zuinglius tuus.

Mitto sęnatus decretum[7], quod, ut spero, multis exemplum dabit liberis urbibus, quemadmodum et euangelii ad finem Ianuarii collatio habita. Nec miraris hic generalia modo pronunciata esse. Res omnes recte apud nos habent; sed laborem ne momento quidem vigiliasque remittere datur.

Ambrosio Blarero, fratri suo in Christo dilecto. —
Gen *Cost*entz.

10 *vor* epistolam *gestrichen ein nicht mehr leserliches Wort* — 20 Gen *Cost*entz] *n Cost Ergänzung, da die Buchstaben durch Faltung des Briefes absprangen.*

Herbst 1523. Die Antwort der Mönche im Stadtarchiv Konstanz, Ref., Fasc. 1 (im Anhang), Kopie bei Vögeli S. 66; hier auch ein Schreiben des Provinzials (Treger) in Straßburg vom 6. Oktober an den Rat von Konstanz, S. 72/75.

[4]) *Johannes Wanner, Domprediger in Konstanz; vgl. Nr. 209, Anm. 1. Ein Brief von ihm an Zwingli liegt aus diesen Tagen nicht vor.* — [5]) *Johannes Botzheim, Domherr zu Konstanz; s. Nr. 222, Anm. 6. Er hielt um diese Zeit noch zu den Evangelischen, doch vorsichtig. Schon am 28. August schreibt er an Vadian, er hüte sich vor Einmischung in den Handel wegen des Münsterpredigers Wanner; Vad. Br. 3, 33 f. Ambrosius Blarer bestätigt die Zurückhaltung und schreibt: Botzhemus utroque claudicat pede; blanditur episcopo et interim tamen plurimum favet vere Christianis. Der Brief ist von 1523; vgl. Walchner, Botzheim S. 119, auch S. 41 ff. Tr. Schieß: Briefwechsel der Brüder Ambrosius und Thomas Blaurer I (1908), S. 71 ff.* — [6]) *Diese Vorgänge führten dann zur sogenannten zweiten Disputation; vgl. Bd. II, S. 664 ff., wo alles Nähere.* — [7]) *Wohl die sogenannte „Reformation des Stifts Großmünster" vom 29. September; Abdruck in Eglis Aktens. Nr. 426. Wegen des bezüglichen Wunsches vgl. Bd. I, S. 449 f.*

319.

Zwingli an Johannes Oecolampad.

Zürich, 11. Oktober 1523.

Gratia et pax a deo et domino nostro Iesu Christo. Nunc tandem, carissime Oecolampadi, literis te nostris anteverto[1], quibus nihil aliud significo, quam quod vehementer gratus est Christi bonus odor, qui per te Basiliensibus spargitur, quoque illi magis ac magis augescunt in omni bono[2], atque hoc adeo, quod nuper quidam rabula effutivit apud nos, te haud diu posse Basileę consistere, cuius tamen contrarium quotidie discimus, ut iam metus omnis abierit. Erasmus pridem bis ad nos scripsit, de te honestam in utraque epistola[3] faciens mentionem. Una enim sic ait: „Oecolampadius apud nos triumphat". Hinc nimirum parum verum fuit, quod de illo supra dictus apud nos narravit (me tamen non pręsente), nempe eius opera futurum, ut a Basilea explodaris. Sed hęc cave te turbare patiaris! nam dudum transacta sunt, et nunc manifestum est, quam vaniter, imo mendaciter conficta sint. Ceporinus[4] apud vos hiemabit, quem tibi commendo. Suffraganeus episcopi vestri[5] pulcre narratur resipuisse, τῷ θεῷ χάρις. Proderit hoc Christi negocio; nam homo est, ut minime malus, ita semper prodesse studuit ovibus Christi. Eum

Zofingen, Stadtbibliothek: Variae epistolae etc. (Sammlung (Musculus) T. I, p. 17 (81). Siegelspur. — Kopie in Zürich, Stadtbibliothek: Msc. F. 36 (Thes. Hotting. I), p. 955.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 312.

---

[1]) *Ein Blick auf Nr. 307 zeigt, daß der Briefwechsel zwischen Zwingli und Oecolampad seither nicht vollständig erhalten ist; vgl. auch unten Anm. 7.* — [2]) *Gerade um diese Zeit, Herbst bis Ende 1523, melden die Basler Quellen wenig Faßbares und fest Datiertes von der Reformationsbewegung. Man muß die Lücke ausfüllen mit den allgemein gehaltenen Angaben von Ryf, Basler Chron. 1, 35 ff.* — [3]) *Der Brief des Erasmus mit der zitierten Stelle ist verloren; der andere wird Nr. 315 sein.* — [4]) *s. Nr. 156, Anm. 3.* — [5]) *Dilman (Telamonius) Limpurger, früher Provinzial der Augustiner, erscheint schon 1501 als Bischof von Tripolis und*

nostro nomine, si vacat, salutabis Cęsarisque commentaria, quę prioris in Mülhusen[6] sunt, reddes, ut, cum fieri queat, ad eum transmittat. Hutteno commodaverat iste ipse; nos ea nostris cum libris reposcimus. Pro tuo munere[7], quod sęculis quoque futuris gratum erit laborisque tui ac fidei testimonium, si nuper gratiam non habui, nunc habeo. Serva, quantum potest fieri, te incolumem. Deme nonnunquam aliquid laboribus, quibus te supra modum hauriri perhibent.

Vale servetque te Christus incolumem, qui nos, precor, euangelii sui dignos ministros faciat exque hoc impuro mundo liberet, quem neque nos ferre possumus, neque retro ipse nos.

Ex Tiguro undecima die Octobris M.D.XXIII.

Huldrych*us* Zuinglius tuus.

Ioanni Oecolampadio, Christi discipulo, fratri nostro carissimo.

Weihbischof von Basel; vgl. Vischer, Geschichte der Univ. Basel S. 221, 222. Pellikan, Chron. 23. Er wurde wegen seines Abfalles zur Reformation 1525 als Dompredіger und 1527 als Weihbischof ersetzt durch Augustinus Marius, wie Basler Chron. 1, 403 nachgewiesen ist.

[6]) *Nikolaus Prugner, den Hutten in Nr. 308, Anm. 5 nennt. Er war faktisch schon seit Juli nicht mehr Prior der Augustiner, wurde aber noch so betitelt; vgl. Bull. du musée de Mülhouse 1903, S. 46.* — [7]) *Offenbar eine literarische Gabe von bleibendem Wert; vielleicht „Divi Joh. Chrysostomi in totum Geneseos librum homiliae sexaginta sex a I. Oec. hoc anno versae“, worauf noch folgt: „Textus libri Geneseos secundum LXX Interpretes“. Das Werk erschien im September 1523 (gef. Mitteilung von Dr. C. Chr. Bernoulli, Oberbibliothekar in Basel). Zwinglis Zusatz: „si nuper gratiam non habui“ wird einen Brief desselben vom September oder Anfang Oktober voraussetzen, der verloren ist (vgl. Anm. 1).*

320.

Zwingli an Bonifatius Wolfhart[1].

Zürich, 11. Oktober 1523.

Gratia et pax a deo et domino nostro Iesu Christo. Quę a nobis petis, optime vir, implevissemus, si licuisset; sed scito Huttenum[2] non nihil ęris alieni et apud nostros contraxisse nec omnia sua solvendo esse; ita nihil reliquit, quod ullius sit precii. Libros nullos habuit, supellectilem nullam pręter calamum. Ex rebus eius nihil vidi post mortem, quam epistolas aliquot, quas hincinde ab

4 Libros] *ursprünglich* libo, *dann korrigiert.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 338 p. 1346 (fehlt bei Schweizer, Paul, Zwingli-Autographen). Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 313.

[1]) *Bonifatius Wolfhart, aus Buchen in der Diözese Würzburg, in Basel seit 1517, dann Kaplan bei St. Martin, ist bekannt vom Ferkelschmause in der Fasten 1522 (s. Nr. 204, Anm. 3). Er las zugleich an der Artistenfakultät und verband sich mit andern jungen Magistern und mit Studenten, um im Sinne des jüngeren Humanismus gewisse Neuerungen an der Universität durchzusetzen, im Sommer 1522. Man betrachtete ihn als den Hauptanstifter und verbot ihm das Lesen, woran er sich aber zunächst nicht kehrte; vgl. Vischer, Geschichte der Univ. Basel S. 200f. Später wurde er wegen angeblicher Teilnahme an den Bauernunruhen, laut Oecolampad ungerecht, aus Basel verbannt 1524 (Basler Beiträge 14, S. 408), in welchem Jahre er kurze Zeit bei Farel in Montbéliard gewirkt haben soll. Von 1525 an ist er Diakon bei St. Aurelien in Straßburg; 1527 kam er nach Liegnitz in Frage, und 1528 sollte er in Straßburg und 1529 in Basel das Hebräische lehren. Er schlug aber den Ruf nach Basel ab (worauf Sebastian Münster gewählt wurde). —* [2]) *s. Nr. 308, Anm. 6 und Nr. 315, Anm. 12, wonach Hutten früh im August nach der Ufenau kam. Die Insel war Besitz des Klosters Einsiedeln, wo Zwingli noch immer durch den Pfleger von Geroldseck alles vermochte und der Flüchtige sicher wohnen konnte. Auf der Insel stand eine Pfarrkirche (Kollatur des Klosters), zu der Gemeinden am zürcherischen und schwyzerischen Seeufer teils gehört hatten, teils noch gehörten. Im Bruderschaftsrodel der Kirche ist um 1520 als Leutpriester verzeichnet Jakob Kaiser von Uznach, der 1522 nach Schwerzenbach im Kanton Zürich kam (und später wegen seines evangelischen*

amicis accepit ac ad eos misit inque unum consarcinavit. Fuit autem pridem apud nos quidam, qui literas ad eum ferebat iam mortuum, quas nos ad Henricum Aeppendorpium[3] remisimus. Ex illo intelleximus non nihil spei reliquum esse creditoribus Hutteni. Quapropter si Eppendorpium convenire potes, admone virum, ut hac in re consilium auxiliumque impertiat. Nihil pręter hoc nos consilii ferre possumus. Debet nobis quoque aureos tris et commendatori in Küsnach[4] viginti. Sed ne hoc quoque obliviscar: referebat idem tabellio superesse ex Hutteni rerum naufragio aureos ducentos, quos Eppendorpius fortasse adepturus esset. Ego pro commendatore tum ad Eppendorp*ium* scripsi; sed hactenus nihil responsum est. Oro igitur, ut, si quid tibi evenerit, quo speres eidem suum quoque reddi, significes. De meis nihil moror: si quid redditum erit, capiam, sin minus, donabo.

Vale et negocium Christi, quantum potes, adiuva. Victus est ac ferme profligatus e Germania R*omanus* pontifex; superest, ut arma eius quoque auferantur. Ea quę sint, ipse melius nosti; quę nos iam pugna omnium atrocissima manet. Sed spectator adest Christus.

Ex Tiguro undec*ima* Octobris die M.D.xxiij.

Huldrych*us* Zuinglius tuus.

Bonifacio Wolfhart, fratri suo in Christo dilecto. — Gen *Basel.*

21 Gen *Basel*] *n Bas Ergänzung, da die Buchstaben durch Faltung des Briefes absprangen.*

Bekenntnisses zu Schwyz verbrannt wurde), dann als sein Nachfolger Herr Hans Klarer, genannt der Schnegg. Dieser war nicht, wie meist angegeben wird, Konventual von Einsiedeln (das Kloster verwandte bis 1530 keine Konventualen für seine Pfarreien), sondern Weltpriester; er stand im Ruf, „die Blattern und Lähme zu arznen" (Bullinger 1, 113), und ist der von Hutten früher erwähnte „Arzt", der ihn kurieren sollte. Wahrscheinlich stammte Klarer von Zürich und hatte einst mit Zwingli in Basel studiert; vgl. weiteres über ihn Zwingliana 1, 384. Hutten starb auf der Insel Ende August 1523 (so nach Bullinger) und wurde daselbst begraben; vgl. Strauß S. 496. Dazu Joh. Bapt. Müller, Geschichte der Höfe Wollerau und Pfäffikon, in den Schwyzer Mitteilungen 2, 95 ff., namentlich S. 107 ff., 198 ff. Geßner, Biblioth. univ. (1545), p. 342 erwähnt eines Distichons, das kürzlich ein fränkischer Ritter dem berühmten Landsmann habe setzen lassen.

[3]) *s. Nr. 253, Anm. 1.* — [4]) *Konrad Schmid; s. Brief vom 28. Oktober 1530.*

321.

Zwingli an Vadian.

(Zürich), 11. November 1523.

Gratia et pax a deo et domino nostro Iesu Christo.

Non est, doctissime Vadiane, quod tibi nunc gratias indefessi laboris nuper apud nos habiti[1] agam; ipse enim scis, unde merces tibi petenda sit, ab eo nimirum, cuius negocium fideliter agebas. Quę post sequta sunt, accipe. Selegit senatus[2] de suo ordine quatuor, de civium (ut vocant)[3] ordine quatuor, ut cum abbate de Capella[4], prępposito Imbriacensi[5], comendatario ex Küsnaco[6], doctori Engelhart[7], Leone[8], Zuinglio consultent, quonam pacto commode possit iniri ratio, ut Christi negocium fęliciter promoveat. Visum est

St. Gallen, Stadtbibliothek: Litt. misc. II. 156.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 313f. Arbenz, Vad. Briefs. 3, S. 43ff. (Nr. 368).

---

[1]) *Als einer der Vorsitzenden an der zweiten Disputation, vgl. Bd. II, S. 664ff.* — [2]) *Der kleine Rat.* — [3]) *Der große Rat der Zweihundert, auch „die Burger" genannt.* — [4]) *Wolfgang Joner, s. das Biographische zum Brief vom 6. Oktober 1529. Er und die zwei folgenden sind die drei Prälaten der Landschaft, die der Rat mit den drei städtischen Leutpriestern (die hier ebenfalls genannt sind) zu wichtigen Beratungen in Reformationssachen beizuziehen pflegte.* — [5]) *Heinrich Brennwald, Propst des Chorherrenstifts Embrach seit 1517, Sohn des Bürgermeisters Felix Brennwald von Zürich. In der Basler Matrikel steht zum Winter 1494/95 eingetragen Heinricus Brennwalt de Thurego. Er war der Gönner Ceporins (vgl. Egli, Analecta ref. 2, 146. 149). Im Jahr 1524 verehelichte er sich und wurde 1525 als „ein geschickter man mit aller handtierung und rechnung der gotshüser gůter" vom Rat zum Obmann des neu eingerichteten Almosens erwählt; vgl. Bernh. Wyß S. 32 (wo weitere biogr. Angaben), 58f.; in Eglis Aktens. Nr. 619 und spätere. Ende 1528 wählte ihn der Rat zum Pfleger des Klosters Töß; Aktens. Nr. 1522f. Im Totenbuch notiert Bullinger zum 3. Mai 1551: Herr H. Brenwald, wyland propst zů Embrach. Brennwald war ein eifriger Freund der vaterländischen Geschichte. Sein Tochtermann, der Schweizer Chronist Johannes Stumpf, verdankt ihm viele Förderung in seinen Studien. Näheres über ihn vgl. bei R. Luginbühl, H. Brennwalds Schweizerchronik Bd. II (1910), S. 587ff.* — [6]) *Konrad Schmid; s. das Biographische zum Brief vom 28. Oktober 1530.* — [7]) *Heinrich Engelhart, Leutpriester am Fraumünster, Doktor; s. Nr. 48, Anm. 7.* — [8]) *sc. Iudae.*

omnibus unanimi sententia, brevem „Isagogen“[9] per nos scribi, qua ii, qui hactenus Christum vel ignorarunt vel aversati sunt episcopi, huc induci possint, ut Christum praedicare ordiantur. Eaque 9. die Novembris coram senatu lecta placuit; nunc cudi incipit. Additum est, ut abbas Capellę trans Alpes[10] per ditionem urbis Christum praedicet, ubicunque visum erit, commendatarius Küsnaci circum lacum et provinciam Grueningensem[11], nos in eis provinciis, quę ad Scaphusanos Durgoiosque spectant[12], ne scilicet cuiusquam negligentia oves Christi verbo salutis fraudentur. Brevi post, quid de imaginibus statuendum sit, definient, ubi scilicet vulgus doctum erit, ęque de missa. Interea imperatum consueta via incedere, nisi quod cuique privatas imagines[13] auferre, citra tamen importunitatem, permissum est. Cum captivis[14] summo iure actum est; quod quid sit, ipse nosti. Attamen pręter rationem sic actum non est; non enim te fugit, quos nam homines vereri hac tempestate usus sit, non tam ob rem, quam ob Christi gloriam. Sunt enim, qui euangelium Christi aversantur, ni paulisper ad infirmitatem eorum descendas. Horum causa existimo paulo constantius, ne dicam durius, cum Laurentio Hochrütiner[15] actum esse, viro hercle bono, sed, quia ore hactenus liberiore fuit, ardue nimis punito. Neque nunc ulla spes est, quamvis brevi secundam adfulsuram sperem illius restituendi, ubi scilicet vulgo melius docti erimus. Cogitur itaque hinc migrare inque tam vasto orbe locum praeter urbem vestram non invenit, quo desidere queat. Oravit

9/12 Brevi post ... permissum est *am Rande nachgetragen.*

---

[9]) *Die „Inleitung“, abgedruckt Bd. II, S. 628ff.* — [10]) *Der Berg Albis, jenseits dessen, an der Straße nach Zug, das Kloster Kappel lag.* — [11]) *Am Zürichsee und in dem benachbarten Grüninger Amt.* — [12]) *Im sogenannten Weinland. Von diesen Predigtreisen Zwinglis ist nichts Näheres bekannt; eine einzige Spur findet sich bei Anshelm 5, 19 (irrig an die erste statt an die zweite Disputation angeschlossen): „als der trostlich Zwingle sich hinuß uf's land tät, zů predien und die pfarrer zů underwisen“. Der Ratsbeschluß in Eglis Aktens. Nr. 436 (ohne die Namen der drei Wanderprediger).* — [13]) *Private stellten häufig Bilder, die ihnen eigentümlich zugehörten, in den Kirchen und sonst öffentlich auf, nahmen sie dann aber oft aus Gewissensskrupeln wieder an sich, um niemandem Anlaß zum Götzendienst zu geben. Das wurde jetzt ausdrücklich erlaubt.* — [14]) *Gemeint sind die Bilderstürmer, welche wegen Beseitigung des Kruzifixes zu Stadelhofen vor der Stadt gefangen lagen, vgl. Bd. II, S. 664f. Das Ratsurteil in Eglis Aktens. Nr. 442.* — [15]) *Laurenz Hochrütiner von St. Gallen, ein Weber, seit 1520 auch Bürger von Zürich, im vorliegenden Brief von Zwingli günstig beurteilt und an Vadian empfohlen, wurde dann in St. Gallen der Anfänger der wiedertäuferischen Bewegung; vgl. Egli: St. Galler Täufer (1887), S. 17f. Er stand schon in Zürich Konrad Grebel nahe, der ihn nun auch an Vadian empfahl; Vad. Br. 3, 45. Später kommt ein Sohn von ihm als Täufer in Bern vor, wo auch der Vater selbst erwartet wird; Haller bezeichnet den letzteren als mire dicaculus, und die witzige Art mag mit schuld sein, daß ihm Zwingli, der selbst ähnliche Anlagen hatte, so lange wohl gesinnt war. Vgl. namentlich Sabbata² S. 95, 143f. (mit Kommentar).*

igitur, ut se tibi commendem, ne ei coram vestris desis. Qua sollicitudine opus non habuisset apud te; nam quod Christi est, commendatissimum tibi esse nos non ambigimus; nihilo tamen minus calcar addi inique te ferre, ut non veremur, ita scimus opera tua melius habiturum aliquamdiu. Procellas istas enim non ignoras, ut fugere oporteat latendo, donec deferveant; quę ubi resederint placatumque ęquor fuerit, tum demum tuto solvere licebit. Age igitur patronus sis boni innocentisque apud deum viri. Quicquid autem illi patrocinatus eris, Zuinglio impendisti; scis enim, ut omnium scandalis urar omnesque cupiam in visceribus Iesu Christi *[Phil. 1. s]*. Idem orat Leo, qui paulisper convaluit cupitque, ut ea pharmaca, de quibus mentionem apud se habuisti, mittas. Salvos iube nostro nomine Benedictum[16], Ioannem Aucupem, celebrem musicum[17], cui quod impendere nos non potuerimus, dolet, sed multo magis, quod illius gratiis demulceri non licuit, Georgium Vadianum[18], omnes[19], Iacobum, Tůffeni episcopum[20].

Servet te Christus incolumem cum uxore[21] et liberis.

11. Novembris MDXXIII.

Salva sunt alioqui omnia.

Huldr*ichus* Zuinglius tuus.

Doctissimo pissimoque viro Ioacimo Vadiano, medicae doctori, fratri suo in Christo dilecto. Gen *Sant* Gallen.

---

[16]) *Benedikt Burgauer, Pfarrer zu St. Laurenzen in St. Gallen, hatte an der zweiten Disputation in Zürich teilgenommen. Über ihn s. Brief Nr. 375.* — [17]) *Johannes Auceps (Aucuparius, Avienus), deutsch Vogler, ein Vetter des gleichnamigen Ammanns und Führers der Reformation zu Altstätten im Rheintal, Schüler Glareans in Paris (Nr. 189, Anm. 5 und Nr. 193, Anm. 7), von diesem seit 1522 mit dem Namen Avienus und Vogler wiederholt als ludimagister in St. Gallen an Vadian gegrüßt, wird mehrfach von Zwingli und von Musikern in Briefen an Vadian erwähnt, auch als Organist von Fridolin Sicher, dem er im Herbst 1523 die neue Orgel zu Bischofszell „besingen" hilft (Chron. S. 55, 181). Als Diakon und Nachbar erwähnt ihn Keßler, dem er wiederholt Knaben tauft, später auch als Pfarrer in Thal-Rheineck (Sabbata², vgl. Register). Von 1537 bis zu seinem Tod 1540 war Vogler Hofprediger in Montbéliard; er führte dort die Reformation durch und bildete die Prinzen in der Musik aus; vgl. Viénot, hist. de la réforme dans le pays de M. (besonders den wichtigen Brief Voglers an Vadian vom 17. März 1539; dieser und andere jetzt in Vad. Br. 5).* — [18]) *Georg von Watt, Vetter (patruelis) von Vadian, nachher Anhänger Luthers in der Abendmahlslehre; vgl. Egli, Analecta reform. 1, 68 ff.* — [19]) *Die sonstigen Freunde in St. Gallen.* — [20]) *Jakob Schurtanner, Pfarrer zu Teufen im Appenzellerland, wohl aus einem Bürgergeschlecht St. Gallens, 1505 Verweser der Pfarrei Berg, zum 7. Januar 1509 immatrikuliert zu Freiburg im Breisgau als Dns. Iacobus Schurtanner de S. Gallo dioc. Const., wird von Klarer und Keßler als Anhänger und Führer der Appenzeller Reformation dargestellt, wie auch Zwingli ihm seine Schrift „Der Hirt" gewidmet habe (s. den Abdruck Bd. III, S. 5 ff., wo weiteres über die Person Schurtanners). Zwingli übersetzte den Namen in Ceraunelateus. Im Jahr 1525 vertrieben die Täufer den verdienten und betagten Mann von seiner Gemeinde; er erkrankte bald darnach und starb.* — [21]) *Martha Grebel; s. Nr. 2, Anm. 1.*

322.

Simon Stumpf[1] *an Zwingli.*

(Weiningen?), 19. November (1523?).

Simon Stumphus Bedicenus Vlrico Zinglio, amico et fratri in Christo, Salutem dicit P.

Fodere non valeo neque, quod fodiam, habeo, si maxime possem. Mendicare erubesco *[Luc. 16. 3]*.

Quid faciam igitur?

Peccavi in coelum et coram te, neque iam dignus, ut vocer filius *[Luc. 15. 18. 19]*, neque dei, in quem peccavi, neque hominum, quos non minus ignoranter quam imprudenter offendi. Quid igitur reliquum? Num illud: vade et suspende te? Dii meliora! Tu igitur, mi Zingli, ignoscito clementer multum peccanti, ut multum amet Simon *[Luc. 7. 47]*. Reducito in rectam viam oviculam errabundam, id quod facis quotidie. Memento afflicti. Foveto instar gallinae *[Matth. 23. 37]*, donec robustus fiat in Christo. Valetudinem agnoscit, medicum expectat. Habeto me velut unum de mercenariis tuis extremis *[Luc. 15. 19]*, memor, quod capitis Christi unum corpus sumus, membra varia *[1. Cor. 12. 12]*; ego autem abortivus totus *[1. Cor. 15. 8]*. Sed vivit etiamnum Christus, qui novit etiam plusquam quadriduanum Lazarum sepultum peccatis et ignorantię fasciis vinctum in vitam lucis revocare *[Joh. 11. 17 ff.]*. Is te diu incolumem servet suo gregi et me sibi sanet. Per eundem vale et vive foeliciter. Adamantem vel redama

16 lucis *übergeschrieben* — 18 redama] *ursprüngtich* radama.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 316. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 315.

---

[1]) *s. Nr. 89, Anm. 1.*

vel respue, imo utere ut tuo. Tabellarium tibi commendo, me utrique. Ex latebris nostris[2] ipso die, qui Elisabeth viduę est sacer[3].

Totus tuus in domino.

Vdalricho Zinglio, . . . Christi pastori . . . amico . . .

2 die *übergeschrieben* — 4 *Lücken, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes absprangen. Hinter* Zinglio *sind noch einige Buchstaben sichtbar* (summi?).

---

[2]) *Stumpf war vom Rat zu Zürich am 3. November 1523 aus seiner Kirchgemeinde Höngg weggewiesen worden, weil seinethalb daselbst Unruhen entstanden waren. Dabei verblieb es auch, als am 14. darauf die Gemeinde begehrte, Stumpf als Prediger behalten zu dürfen; Egli, Aktens. Nr. 441, 446. Vielleicht darf man den vorliegenden, wenige Tage später datierten Brief Stumpfs auch zum Jahr 1523 einreihen? In diesem Fall wäre als sein Schlupfwinkel Weiningen unterhalb Höngg anzunehmen, wo sich Stumpf am 29. November dieses Jahres kopulieren ließ; Bernh. Wyß S. 28. Eidg. Abschiede IV 1a, S. 359. Möglicherweise suchte er sich dann mit seiner Frau doch wieder in Höngg einzunisten; sicher ist, daß der Rat von Zürich ihn am 23. Dezember unter Eid aus dem Lande wies, „und dasselb von der ungeschickten predigen, reden und anderer sachen halb, so er getan hat"; Egli, Aktens. Nr. 463.* — [3]) *Jahrzahl fehlt. Vgl. Anm. 2.*

323.

Zwingli an Nikolaus von Wattenwyl[1].

Zürich, 22. November 1523.

Gratia et pax a deo et domino nostro Iesu Christo. Qui fiat, ut adeo nunquam ad te literarum quicquam dirigam, non te fugere arbitror, vir prȩstantissime; nolo enim, ut cuiquam male propter nos audiendi periculum immineat. Scis enim, ut nos quidam odio plus quam Vatiniano[2] persequantur propter nomen Christi. Stat tamen firma inter nos per Christum amicicia immotaque manebit, dum spiritus hos regit artus[3]. Quod vero ad prȩsens adtinet, non potest latere humanitatem tuam causa cuiusdam sȩnatoris nostri Nicolai Fonteii[4], qui in Arow fuit in vincula coniectus ob verba quȩdam partim imprudenter, partim vero iusticię zelo effusa, atque hoc quidem ante annos aliquot, quibus nondum in hunc ordinem receptus erat, et, ut fere fit, inter pocula apud eos, quos cignis candidiores arbitratus est. Nunc vero tanta tragȩdia excitatur, cum tamen sȩnatus noster

Autograph im Archiv der Familie von Wattenwyl in Bern. Verschlußstreifen mit Petschaftabdruck erhalten.

Abdruck: Theologische Studien und Kritiken 1863, 3. Heft, S. 546f. (durch R. Rüetschi, Dekan in Kirchberg, Kanton Bern).

---

[1]) *s. Nr. 311, Anm. 1.* — [2]) *P. Vatinius, ein Anhänger Cäsars, wurde von Cicero mit solchem Haß verfolgt, daß odium V. eine sprichwörtliche Redensart wurde; Seneca, de constant. 17, 3.* — [3]) *Vergil, Aen. IV 336.* — [4]) *Niklaus Brunner, ein Ratsherr evangelischer Gesinnung von Zürich, hatte vor Jahren, ehe er die Ratsherrenwürde bekleidete, zu Aarau im Bernischen Gebiet in unvorsichtigem Eifer kritische Äußerungen über Bern getan, die dort sehr übel genommen wurden und später für Brunner einen Prozeß zur Folge hatten, als er sich wieder einmal in Aarau sehen ließ. Zwingli fand, die Sache wêrde weit übertrieben, und verwandte sich für den Mann, unter anderem durch vorliegenden Brief. Eingehend hat Egli die Vorgänge beleuchtet Zwingliana 2, 1ff. Zwinglis Fürsprache hatte Erfolg. Der ganze Vorfall ist von Interesse als ein Moment in der Entwicklung des Verhältnisses zwischen Zürich und Bern im Anfang der Reformation.*

in quendam Bernensem[5] fuerit longe benignior, qui tamen longe audacius in nostros locutus erat. Nobis spes non nulla erat propediem futurum, ut omnes essemus equanimiores in nos mutuo; sed si hac in re non nihil dabitis tum sęnatui tum reo, homini plane, nisi hoc accidisset incommodi, inculpato, metuendum est, ne odium incrudescat. Habent hac tempestate res ad hunc modum, ut, nisi crebro ignoscas, omnia turbes ac misceas. Est enim causę huius pars omnibus in ore, nempe: nisi mores presentes exuamus, brevi futurum, ut nemo domi suę citra periculum versari possit, quod quidam eo audacię processerint, ut filios nostros tantumnon vendere audeant, et id genus. Audacter sunt dicta, fateor, sed apud eos, qui sunt paulo candidiores, minus horroris habebunt. Helvetios enim, uti fratres esse oportebat, si nunc frater apud fratrem sic loquatur, non accusatione dignus existimabitur, sed admonitoris nomine accipitur: sic et ista potius ad cautelam admonitionemque dicta sunt quam contumeliam. Tuum igitur erit, quoad poteris, quorundam iras temperare ac bona anxie apud omnes promovere; hęc enim res si blandiorem exitum sumat, non nullam occasionem dabit eis, qui apud nos quoque acerbiores esse videntur, mansuescendi. Age, ut de te plane persuasi sumus utque te decet.

Vale et servet te Christus optimus max*imus* incolumem. Illis ipsis diebus, cum legati nostri ad vos proficiscantur[6], ad alios quoque nostros scripturus sum. Salvi sint omnes, qui Christum salvum esse cupiunt.

Ex Tiguro 22. die Novembris MDXXIII.

Huld*richus Zuinglius* tuus.

Reverendissimo domino Nicolao a Wattennwyl, preposito Bernensi, viro in Christo claro. An herren probſt zů Bernn.

8 *vor* mores *gestrichen* mute — 18 *vor* esse *gestrichen* f — 22 cum . . . proficiscantur *am Rande.*

---

[5]) *Kaspar von Mülinen von Bern hatte ausgestreut, in Zürich wachse die lutherische Bewegung der Obrigkeit über den Kopf; die Bauern verweigern Zinse und Zehnten; eine unerhörte Zwietracht sei ausgebrochen u. dgl. Diese Reden gaben Anlaß zu einem Briefwechsel zwischen Zürich, Bern und Solothurn. Eidg. Abschiede IV 1a, S. 309 f.* — [6]) *Zur Tagsatzung vom 2. Dezember; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 352.*

324.

Zwingli an Berchtold Haller und die Berner Prediger.

Zürich 4. Dezember (1523).

Huldrichus Zuinglius Berchtoldo Hallero caeterisque in Christo fratribus Bernae euangelium praedicantibus salutem in domino.

Gratissimum nobis fecisse beneficium, o fratres Christi milites, ne vos ipsos quidem ambigere, quae vestra est pietas, arbitror. Sollicitudinem enim omnium ecclesiarum, si quenquam, vos angere autumo: quarum ubi profectum videatis euangeliique incrementum, fieri non potest, ut non impense gaudeatis. Nam qui proximum diligit, in hoc deus est. Deus enim charitas est; et qui manet in charitate, in deo manet, et deus in eo *[1. Joh. 4. 16]*. Ubi autem deus est, inde nihil non divinum prodire potest: spiritus enim ille divinus liberaliter omnibus bene vult, gratis omnibus impertit; sic et omnis, qui natus est ex spiritu *[Joh. 3. 8]*. Unde manifestum fit, longe aliter atque calumniatores opprobrant, eos, qui miseras Christi oves hodie quaerunt et adserunt, esse animatos: nempe, ut non ex invidia, ut isti ganniunt, sed ex charitate, sed ex deo, qui in eis est, rem gerant. Macti virtute pergite, ne retro respicientes sulcum obliquum ducatis; neve ea, quae aedificastis, stipula fiant aut foenum, aut lignum *[1. Cor. 3. 12]*. Quae autem misistis, commodissime vulgabuntur: tametsi praelum nostrum

Epistolae 1536, fol. 38f. (mit dem unmöglichen Datum 4. Dezember 1521). — Opera 1581, Tom. I, 391b/93 (auch mit Jahrzahl 1521).
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 315/19 (zum Jahr 1523).

---

[1]) *Paraphrases zů teusch. Paraphrases (das ist ein kurtze nach by dem text blybende ußlegung) aller Epistlen Pauli, Petri, Johannis, Jude, Jacobi, erstlichen durch Erasmum . . . darnach durch Leonem Jud . . . zum ersten alle zůsamen bracht . . . Druck von Froschauer in Zürich (ohne Jahrzahl, nicht vor 1523).*

„Paraphrasibus“ germanicis est occupatum[1]. Basileae enim excudi curabo. Quae autem tacenda erunt, diligentissime tacebuntur. De recens autem electi pontificis electione[2] quid statueritis, non probe constat, an excudi velitis, nec ne; quamobrem, quid fieri velitis, significate. Utrum autem ei liceat, qui propter fornicationem uxorem dimisit, aliam ducere, ut breviter quid sentiam aperiam: per Christum licet aliam ducere. Nihil enim adversatur vel obstat, quod dixit, dimitti posse propter fornicationem solum; etiamsi manifeste hoc verbis disertis non expresserit. Expressit autem Paulus 1. Cor. 7. *[1. Cor. 7. 2. 9. 28].* „Propter fornicationem autem quisque suam uxorem habeat“, et: „Melius est enim nubere quam uri“, et: „Virgo si nubit, non peccat“. Igitur, si uritur, nubat; aut si connubium excusat peccatum, nubendum est. Necque me fallit, Paulum in sequentibus *[1. Cor. 7. 10 f.]* ita de dimissa vel digressa potius uxore loqui: „His autem, qui matrimonio iuncti sunt, praecipio non ego, sed dominus: uxorem a viro non discedere; quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari“. Nam clarum est, Paulum de ea specie divortii non loqui, de qua Christus Matth. V. et 19. Marci. 10. Luc. 16. *[Matth. 5. 31 f., 19. 3 ff., Marc. 10. 2 ff., Luc. 16. 18].* Alioqui enim dixisset de divortio secundum Mosen et divortii aequitate: cum scilicet uxor fornicata fuerit. Quam exceptionem nimirum Paulus non tacuisset, si de eodem genere divortii fuisset mentio, de quo agebat Christus cum Iudaeis. Sed quandoquidem hi, qui nuper ad Christum conversi erant, pro veteri gentilique more auderent uxores quamvis levem ob causam repudiare, nec tam apostolus eos vellet austeritate legis gravare, ne viso connubii rigore ab ipsa coelesti disciplina abhorrerent, dixit: „His autem, qui matrimonio iuncti sunt, praecipio non ego, sed dominus, uxorem a viro non discedere“. Si hic fornicationis causa verteretur, procul dubio addidisset: nisi accedat fornicatio, nisi non voluisset fideliter praeceptum domini recitare; quod longissime ab apostolo abesse putamus, qui tam diligenter divina separat a suis, hisce etiam notis: „Dico ego, non dominus“ *[1. Cor. 7. 12]*, et: „Praecipio non ego, sed dominus“ *[1. Cor. 7. 10]*. Cum igitur

6 aperiam] apperiam.

---

[2]) *Nach Adrian VI. (9. Januar 1522 bis 14. September 1523) wurde im November 1523 Giulio Medici zum Papst gewählt; er nahm den Namen Clemens VII. an, 18. November, und regierte bis 1534. — Diese Note, zusammen mit der vorigen, gibt den Anhaltspunkt für die Jahrzahl des Zwinglischen Briefes: 1523 (1521, wie die gedruckten Epistolae vom Jahr 1536 und danach die Opera von 1581 bieten, kann nicht richtig sein).*

fornicationis exceptionem omisit apostolus, clarum est, eam non in controversiam venisse; sed, ut dixi, ex recepto more quasdam Christo credentes ob levem simultatem tentasse maritos deserere; eas igitur vetat Paulus a maritis discedere (fornicationis scelere nimirum semper salvo): nam si discedant, non licere eis copulari aliis maritis. Quod si Paulus in genere dixisset, non licere uxori maritum deserere (quod absit! verumtamen adversariorum instar obiicimus): potior tamen est Christus, qui dixit, propter fornicationem posse dimitti *[Matth. 5. 32]*. Sed non diversum sentiunt Christus et Paulus. Hic non permittit quamvis ob causam, ille permittit propter fornicationem. Qui permittit ob fornicationem, non abest ab eo, qui non permittit ob quamvis causam; et qui non permittit quamvis ob causam, non obstat ei, qui permittit ob ingentem, nempe ob fornicationem. Sed dicetis: Adhuc non adsertum est, licere aliam ducere eum, qui propter fornicationis flagitium dimisit. Respondeo: Nec tu probasti non licere. Quin si recte Christi verba ponderes, citius exprimes licere, quam non licere; hoc pacto: Quicunque uxorem dimiserit, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, moechatur; igitur qui ob fornicationem dimiserit et aliam duxerit, non moechatur. Vide hic, si vis contentiosus esse ac ranarum ritu sophisticari, argumentationem hanc optime valere, si exceptivam particulam, nisi, expendas et propositionem de copulato extremo: dimiserit ob fornicationem et (ecce et) aliam duxerit; Pauli quoque sententiam non negligas, qua cuique libidine tentato praecipit uxorem ducere, qua item sentit *[1. Cor. 7. 4]*, melius esse nubere quam uri; et qua pronunciando dicit: „Et virgo si nubit, non peccat“ *[1. Cor. 7. 28]*. Neque hic velis nuptias desponsionem intelligere, non etiam cubicularem congressum: illa enim coelibatus rectius diceretur, quam nuptiae. Adde quod Graecis γαμεῖν non modo uxorem despondere, verum etiam coire significat. Neque id velim ignoretis: In bibliotheca nostra vetustus libellus est, nomine „Poenitentialis“[3] inscriptus, in quo sic fuisse observatum apud veteres scriptum est: Ut, si uxor fuerit in adulterio deprehensa, marito liceat ab ea dissociato post anni spacium aliam uxorem ducere, uxori vero minime, nisi poenitens reperta fuerit annis tribus, aut ad summum, si recte memini, quinque. Videte, quid apud veteres servatum sit. Longior fui hac de re; verum locus iste hoc exigit: nam et ipse eum anxie expendi aliquando. Caetera ex Erasmi annotationib*us*[4] petatis velim; puta: an non liceat deserere, si uxor

---

[3]) *Das Buch ist nicht mehr nachzuweisen.* — [4]) *Erasmus hatte seiner griechischen Ausgabe des neuen Testamentes von 1516 kurze annotationes beigegeben und diese in der Ausgabe von 1519 reichlich vermehrt (annotationes ingenti nuper accessione per autorem locupletatae). Rasch erschienen dann weitere Ausgaben.*

fuerit venefica, homicida, insidiatrix, parricida, fur, proditrix et id genus alia. Ad secundum scire oportet, Christum frequenter Iudaeis esse loquutum, iuxta formam tum praesentis status; puta, iuxta statum, qui adhuc in lege esset. Legem enim mordicus tenuerunt Iudaei semper, etiamsi Christo credere coepissent; hinc bella Paulo et Barnabae cum circumcisione *[Ap.-Gesch. 15.]*. Et, ut aperte dicam quod sentio, verendum est, quod iusta ceremoniarum pars, qua vel hodie Christiani utuntur, a Iudaeis defluxerit; partim a priscis illis Iudaeis fidelibus veluti per manum tradita, partim ad legis normam ab hypocritis nostris veluti postliminio producta. Quid enim aliud vult aqua ista, qua nos quotidie lustramus, et fumus, quo defunctis parentamus, quam quod apud Iudaeos aspersio aquae vitulae cinere infectae, et incensa et thymiamata? Quid templorum dedicationes et feriae, quam tabernaculorum festa et sabbatorum ocia? Quid ambitio templorum, vestium, ararum, quam ut hac puerili stultitia crassos istos Iudaeos etiam superemus? Quid ordines aut sectae monachorum aliud volunt, quam Essei, Sadducaei, Pharisaei, et quarta philosophia, ut Iosephus[5] ait? Praetereo praecipua ista, cantus in templis, oblationes (ut putant), decimas, stipem ad aram collatam, et reliqua, quae non est memorandi locus: quae omnia sunt ad legis praescriptum comparata, adeo ut Iudaei facile sua, modo admittas, agnituri sint. Et quod Christus et apostoli hac gratia fecerunt, ut rudi rusticoque populo non nihil donarent, hoc nos, qui iam viri esse debebamus, loco vere pietatis usurpavimus. Cum itaque Christus dicat Matth. 5. *[Matth. 5. 23 f.]*. „Si ergo munus tuum offers ad altare“ etc. meminisse oportet, quibus quoque sit tempore locutus: Iudaeis inquam, et ea tempestate, qua lex vigebat, quum adhuc hostiae ad propitiandum numen offerrentur. Volens igitur Christus amorem erga proximum commendare, docuit ne deum quidem sibi honorem fieri existimare, ni erga proximum gratiam geramus. Hostiam enim, qua ipse tum colebatur, tantisper omittendam censuit, donec cum proximo sit in gratiam reditum *[Matth. 5. 23 f.]*. Ad eum modum Christus non raro tum loquutus est, tum operatus. Festos dies gentilitio more observavit, et reliqua legalia. Docendi vero modus ita passim ab illo observatus est, ut, ubicunque cum Iudaeis sit loquutus, aperte ad legis observationem accesserit, non hercle illam adserens, sed, per eius occasionem veram iustitiam docens: ut hoc loco, et Matth. 23. *[Matth. 23. 15]*: „Vae vobis, scribae et Pharisaei, qui circumitis mare et aridam“ etc. Nunquid Christo curae erat, ne factum proselytum bonum redderent iuxta

---

[5]) *Die „vierte Philosophie“ ist die des Judas Galilăus. Vgl. Josephus, Antiquit. XVIII, 1, 2—6, § 11—25.*

legis observantiam? Minime; sed quandoquidem Pharisęi id facerent non alia ratione, quam ut diligenter viderentur aemulari legem, si multos adventicios adtraxissent; negligerent tamen interim nervos legis, iusticiam, misericordiam, fidem, obprobravit eis malitiam, qua non alliciebant incredulos ad legem, ut meliores per eam redderentur, sed ut viderentur strenui legis adsertores. Quasi diceret: Vos omnia opera vestra facitis, ut videamini ab hominibus. Nam et hoc, quod suo tempore forsan fieri iuste bonaque mente solitum est, pervertitis: proselytos vobis conciliatis, sed non in eum usum, ut meliores reddatis, verum ut opus vestrum ab omnibus praedicetur; ut ita etiam in sua, hoc est legis, professione hypocrisim eorum accuset et malitiam; qua dum Christum audire nolebant, produntur nec sua sancte aut recta intentione servare, non quod sua probaret. Ut si monachus mihi obprobret, quod minus caste vivam, ego idem in hunc modum obprobrem: tute arctius castimoniam promisisti, verum ut serves palam est. Sic eodem cap*ite* de templo et auro eius, de ara et hostia *[Matth. 23. 16 ff.]*; non adserit illic hostias Christus, aut templorum magnificentiam; sed quod ne in suis quidem rem recte gererent. Similiter facit Paulus 1. Corinth. 10.[5]. „Hi, qui in sacrario operantur“ etc., ad statum servatae legis loquens, ac primam similitudinis partem ponens, quasi diceret: Hi, qui iuxta legis ritum hostias offerunt, ex hostiis participant, id quod aliquando iustum erat ac licitum: „sic (ecce aliam simulati partem) qui euangelium praedicant, de euangelio vivunt“ etc. Quod autem, Berchtolde, petis, ut locos quosdam in Matth*aeo* exponam[6]: non est profecto nunc opportunitas praestandi, quod ipse tam velim esse praestitum quam tu; partim quod supra vires nostras est, partim quod negotiorum strepitus et ecclesiarum curae ita me undique quatiunt, ut nuper Henricus Engelhardus[7] dec*retorum* doctor diceret, sese vehementer admirari, quod nondum essem ad insaniam redactus. Nam ut exempli causa dicam, plus decies ab hac epistola sum avocatus. Scribunt ad nos Suevi; exigunt quotidie, quod ipse praestare nequeo, tametsi pro virili illis satisfacio. Scribunt ex Helvetiis ferme omnes, qui propter Christum praemuntur. Haec, ut omnia boni consulatis, scripsi. Si vero quiddam occurret, in quo tibi usui esse potero, ne parcas: nam maiori tranquillitati brevi restituar. Locum istum Matth*aei* 6.[8] de eo, qui in nervos coniectus cogitur omne debitum red-

11/12 *zu erwarten wäre:* qui dum ... nec ... nec ... — 22 simulati] similati.

---

[5]) *Richtig ist: 1. Cor. 9. 13 f.* — [6]) *Vgl. Nr. 293, Anm. 5.* — [7]) *Chorherr am Fraumünster; s. Nr. 48, Anm. 7.* — [8]) *Richtig ist: Matth. 5. 25 f.*

dere, cave de purgatorio intelligas, sed de hoc, quod Christus noluit, ut sui sese mutuis litib*us* attererent: periculosum enim esse litigare; saepe enim compertum esse, eum, qui se victorem sperabat futurum apud iudicem, victum esse ac in nervos et vincula coniectum, donec etc. Omnia oro aequi bonique consulatis nec nostrum hoc blandimentum oraculi loco ducatis: ansam enim cogitandi solam tradidi vobis. Vestrarum virium erit, longe praestantiora aliquando in vulgum dare. Reliqua omnia narrabit Fabianus[9] noster, cuius memoria epistolam superat.

Salvi sint Vadivillius, Lupulus, Trempius, episcopus Hoestetterhiz[10], omnes.

Ex Tiguro, 4. Decem*bris* 1521 [!][11].

---

[9]) *sc. Windberger; vgl. Nr. 248, Anm. 10.* — [10]) *Niklaus von Wattenwil, Propst von Bern; Heinrich Wölflin, Chorherr; Leonhard Tremp, Zwinglis Verwandter, Georg Brunner, Pfarrer von Klein-Höchstetten (!). Vgl. Nr. 311, Anm. 1, Nr. 214, Anm. 9. Nr. 302, Anm. 17 und Nr. 293, Anm. 9.* — [11]) *Zur Jahrzahl vgl. oben Anm. 2.*

325.

Zwingli an Fr. Petrus Sebivilla[1].

Zürich, 13. Dezember 1523.

Charissimo nobis in Christo fratri Petro Sebivillae, ecclesiastae Gratianopolitano, viro doctissimo, Huldrichus Zuinglius.

Gratia et pax a deo et domino nostro Iesu Christo. Si bonis ad bonorum convivia licebat etiam non vocatis accedere, doctissime iuxta ac piissime Petre, ut est in proverbio[2], quanto magis Christianum etiam longissime dissitum Christiano convenire licebit, quorum una fides est, baptismus unus *[Eph. 4. 5]*, spiritus idem, idem eiusdem pietatis studium. Hinc factum est, ut ignotus ignotum, itidem quod ego nunc facio, bene habere praecatus sis, atque id literis[3] ad Annemundum

Autograph nicht erhalten. Erste Druckausgabe vom Januar 1524 (Zürich, Froschauer), s. Anm. 3. Danach unser Abdruck.

Epistola 1536, fol. 190ᵇf. — Opera 1581, Tom. I, 415ᵇ/16ᵇ. Monumentum instaurati patrum memoria per Helvetiam regni Christi etc. 1592, p. 882ff.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 319/22. — Herminjard 1, Nr. 82 (p. 173/77).

---

[1]) *Pierre de Sébiville wird von Zwingli als ecclesiastes zu Grenoble bezeichnet; er selbst nennt sich Minorita de septima secta, d. h. einer der mehrfachen Unterabteilungen dieses Ordens. Er predigte das Evangelium schon anfangs 1523. Den Briefwechsel mit Zwingli (wozu noch zwei verlorne Briefe gehörten, einer von Zwingli und eine Antwort von Sébiville; vgl. Herminjard 1, p. 314) veranlaßte der Ritter Coct (s. Anm. 4). Sébiville trat auch als Schriftsteller hervor; freilich ist näheres darüber nicht bekannt außer der Tatsache, daß der nach dem Tridentinum erschienene Index librorum prohibitorum Sébiville unter den Verfassern erster Klasse aufführt (Herminjard 1, p. 313, Anm. 1). Eine Chronik erzählt von einem im Februar 1525 zu Grenoble verbrannten cordelier, qui tenoit le party de Luther, und Herminjard 1, p. 314 ist geneigt, diese Nachricht auf Sébiville zu beziehen; denn dieser schreibt Ende 1524: et à moy a esté imposé silence de prescher sus peine de mort, und es ist wahrscheinlich, daß er eben nicht schweigen konnte, das Verbot übertrat und sterben mußte.* — [2]) *Plato, Symp. 174 b:* ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν αὐτόματοι ἀγαθοί. — [3]) *Dieser Brief Sébivillas an Coct ist verloren, während sein späterer, vom 28. Dezember 1524, erhalten ist (gedruckt bei Herminjard 1, Nr. 132). Der letztere und obiger Zwingli-*

Coctum[4] missis, virum ut genere doctrinaque clarum, ita pietate humanitateque longe clariorem. Qui, ut nihil antiquius amicitia pietateque inter humana ducit, sic vicissim suopte quodam iure (nam tanti viri imperio lubentes volentesque cessimus) compulit incultas istas ad te dare literas, quibus futurum sperat, ut amicitia, secundis avibus coepta, eodem auspicio in diem magis ac magis crescat, sed in eum modo usum, ut pura illa veraque Christi religio amplietur; quam quis non videt hypocritarum versutia longo iam tempore ita esse foedatam, obscuratam, laceratam, ut parum abfuerit, ne in universum excinderetur? Sed dominus Sabaoth pauxillum seminis reliquit, quo segetem uberrimam redituram speramus. Eadem enim est coelestis grani vis,

---

Brief sind die Hauptquellen über Sébiville (vielleicht ist Sébiville auch der Adressat eines vom 9. März 1524 datierten und in den Epistolae von 1536, fol. 194b gedruckten Briefes Oecolampads; Herminjard 1, p. 203).

[4]) *Anémond de Coct, seigneur du Chastelard (im Dauphiné), gewesener Rhodiser Ritter, findet sich zum 30. April 1523 zu Wittenberg immatrikuliert als Annemundus Cuctus a Castellare, Gallus, worauf ein jüngerer Landsmann folgt: Claudius Taurus, Delphinas, Gracianopol. dio. Galli. (nicht Taucus, wie die gedruckte Matrikel bietet; vgl. unten u. Herminjard 1, p. 131, wo ihn Lambert Claudius de Tauro nennt). Gegen Ende Mai empfiehlt ihn Luther an Spalatin als vir optimus, eruditus et pius ac mire ardens in euangelium, cuius gratia huc profectus e Gallia, hic aliquandiu fuit et erit: er wolle den Hof und den Kurfürsten sehen. Spalatin notiert in seinem Tagebuch zum 23. Mai den Besuch: . . . huc Locham venerunt visum principem tres Galli pii et eruditi: Anemundus Coctus a Castellare, eques, olim miles Rhodius, vir mire festivus et doctus et eloquens, mihi egregie a doct. Martino Luthero commendatus, Franciscus Lambertus, alioquin Serranus, Avenionensis, Delphinates, et Claudius a Tauro (der letztere reiste dann gleich nachher nach Frankreich zurück). Coctus blieb in Wittenberg bis Anfangs September und ließ sich in dieser Zeit unter anderm von dem daselbst studierenden Zürcher Johannes Rhellikan eine Schrift Luthers übersetzen (s. Nr. 392). Vielleicht am 8. September, mit dem bekannten Juristen Schurpf, reiste er von Wittenberg ab nach Basel. Vom 7. September ist ein Brief Luthers an Herzog Karl III. von Savoyen datiert; dieses Schreiben, mit mehreren Briefen Franz Lamberts an französische Edle, nahm de Coct mit, um es sofort zu besorgen, dann aber aus Savoyen gleich nach der Schweiz zurückzureisen; er meldet selbst: ego pertuli (ad Sabaudiae ducem) . . ., deinde autem Tigurum veni ad Huldrichum Zuinglium. In Zürich kam er im November an (wie Farel, der vielleicht mit ihm reiste, im Dezember in Basel), und veranlaßte dann Zwingli zu dem oben abgedruckten Schreiben vom 13. Dezember an Sébiville; ja, er ließ diesen Zwingli-Brief, zugleich mit dem Luthers vom 7. September an den Herzog von Savoyen, in Zürich drucken, mit einem Vorwort aus Zürich vom 24. Januar 1524 (Titel bei Finsler, Zwingli-Bibliogr. Nr. 24). Noch im Februar will Collin (Vita p. 14) in Zürich kurze Zeit die Gesellschaft des französischen Ritters genossen haben. Etwa im Juni soll Coct in Paris gewesen sein. Bis Ende des Jahres begegnet man ihm meist im Verkehr mit Farel zu Montbéliard und Basel, Anfangs 1525 wieder in der Ostschweiz, in Zürich, Schaffhausen usw., umsonst von dem Täuferführer Konrad Grebel umworben (Egli, Aktens. Nr. 692, S. 309f.). Am 23. März meldet Myconius an Farel seinen Tod. Meist nach Herminjard 1, p. 128/344 passim.*

quae synapis *[Marc. 4. 30 f.]*, quod omnium seminum est longe minimum; huc tamen venit, ut arborescat, et avibus coeli variis ventorum seditionibus iactatis sedem firmam hospiciumque tutum exhibeat. Semen hoc, ut Christi verbis utar, est verbum dei. Quod tametsi dum alias alio cadit, parvum, ubi tamen in terram bonam ceciderit, fructum habundantissimum refert, quamvis et hunc numero potius quam ingenio disparem. In hoc, inquam, verbo requiem vitamque inveniunt miserae mortalium mentes, quae non modo huius immundi mundi tumultibus, verum insidiis etiam spiritalium nequitiarum divexantur; hocque adeo, ut iuxta prophetae *[Psalm 77. 2 f.]* verbum consolationem non recipiant, nisi postquam dei memores factae fuerint. Renuit, inquit, consolationem accipere anima mea; recordatus autem dei laetificatus sum. Quae enim per immortalem deum firmitas aut consolatio in verbo hominis est? cum omnis homo sit mendax *[Psalm. 116. 11]*; manifestum igitur fit, humanam mentem non alia ratione tranquillam reddi posse, quam uno soloque dei verbo. Hoc tu recte facis, qum nitide, pure sancteque praedicare in animum ducis, quemadmodum literę ad Annemundum datae indicant. Idque non sine Theseo, ut dicitur[5]; nam caro et sanguis hoc tibi non revelarunt *[Matth. 16. 17]* (haec enim iubent, ut se audiamus), sed pater coelestis animum sic tuum ad se traxit *[Joh. 6. 44]*, ut eius iam verbo fidens, alios quoque ad hanc securitatem cupias pertrahere. Verum heus tu, aedificandi consilium ne capias, ni prius sedens impensam omnem supputaveris *[Luc. 14. 28]*. Alioqui a filiis huius seculi, dum in medio fervore opus fuerit, ipseque rerum inopia ab eo revocatus eris, ad hunc rideberis modum: Hic homo coepit aedificare et absolvere nequivit *[Luc. 14. 30]*. Quae te contumelia, nisi vehementer incalueris, manum ab aratro retrahere *[Luc. 9. 62]* inque salis lapidem converti faciet, ut sal deinde fias, qui ingenium amittens plusquam fatuus est *[1. Mos. 19. 26]*. Sunt autem adversus hos hostes opes, arma commeatusque parandi. Primo contra Antichristum, qui, ut se extulit supra omnem cultum *[2. Thess. 2. 4]*, ita deus dici amat et verbum suum numinis loco vereri praecipit, tametsi plusquam *δὶς διὰ πασῶν* a verbo dei dissideat. Si nunc fidelis domino tuo minister esse cupias, huc adigere, ut istum odio habeas, nisi duobus dominis servire alicubi didiceris, aut amicitiam aliquam inter Christum esse et Belial *[2. Cor. 6. 15]*. Istum si odio habeas, cogeris ante omnia male audire, haereticus dici, ignes, mortes et dira

10 *Am Rand:* Psalmo 76. — 29 amittens] ammittens — fatuus] fatuum.

[5]) *Vgl. Otto 347, Suidas unter* οὐκ ἄνευ γε Θησέως: ὅταν θαυμαστόν τι πραχθῇ, οὐκ ἄνευ γε Θησέως λέγεται.

suplicia intentari videre, ac paulo post, nisi ad eius partes concesseris, experiri. His enim armis probe instructus est gestitque non velitarem, sed statam cum Christi ministris pugnam conserere. Satis enim iam exasperatus est; tantum enim rei et copiis eius, dum aliquandiu praedicatum est euangelium, decessit, ut in desperationem rerum omnium adactus ultima experiri cogatur. Hic animum explora tuum et humeros examina, quid queant, quid ferre recusent! senties mox te tam gravi adversario imparem. Ad haec adde alios innumerabiles, qui contra te dimicaturi sunt hostes: inveteratae, sed pessimae consuetudines, patres, sed qui vitrici fere sunt — nam verbum dei crebro iuxta libidinem adfectuum suorum detorserunt —, principes, qui bis insaniunt, dum secundum hoc, quod veram pietatem ignorant, nihil aliud quam tumultuantur. Unde in gregem Christi facile extimulari poterunt mundus totus, *κακοδαίμων* et malorum examina simul omnium. Haec, inquam, omnia tibi, antequam telam ordiare, expendenda erunt, ne in media pugna remittas brachia et fugae praesidium quaeras; nam sic fieret, ut postrema deteriora primis redderentur *[Matth. 27. 64]*. Iam te, si bonus orator essem et tu carnalis esses, ad desperationem nimirum adegissem, ut iam latebras potius meditareris quam concionem. Sed non patitur hoc, qui te extimulat, Christi spiritus, qui eiusmodi malis animum acuit potius, quam retundit. Age igitur, optime vir, et tu in Galliis vestris Christiana armatura munitus in publicum prodeas sublataque instar tubae voce euangelium Christi invitis omnibus puppis et papis praedices. Christus classicum cecinit, impressionem in Pharisaeos, scribas et hypocritas facturus. Quis dexteram ad praelium non armabit? Leo rugiet, inquit propheta *[Amos 3. 8]*, quis non metuet? Christo per ministros suos detonante, qui ex hostibus non pavebit? imo dispeream, si non in totis castris illorum trepidatur: adeo vertuntur, rotantur, ambigunt, ut, quid consilii secuturi sint, nondum exploratum habeant. Nam si Christi gregem mactare per seductos principes coeperint, verentur, ne sic aperiatur fenestra, ut in se quoque paulo post irruatur. Si vero scriptura obsistere tentent, conscii sibi violentiae, quam ei faciunt, toti frigent ac concidunt. Quid igitur in ignavos non irruimus, uno illoque satis forti verbi dei praesidio fulti? Is enim Antichristum interficiet spiritu oris sui *[2. Thess. 2. 8]*. Stat a nobis Christus, quis contra nos *[Röm. 8. 31]*? simus licet Samia vasa, nemo tamen confringere nos poterit, quandiu nobis dominus adest: aderit autem ex verbi sui certa promissione, qua pollicitus est *[Matth. 10. 18 f., 28. 20, Luc. 12. 11 f.]* se nobiscum mansurum usque ad mundi

---

14 κακοδαίμων] κακοδαιμον — 21 retundit] retundat — 26 *am Rand:* Amos 3. — 38 *am Rand:* Matth. 28., Matth. 10., Lucae 25. *(lies* 12.*)*.

consumationem, iussitque securos esse, qum ad reges et praesides illius causa trahamur: daturum enim esse et sapientiam et eloquentiam, cui omnes adversarii non poterunt resistere. Quid igitur adhuc cunctamur? victoria in manibus est. An eam decerpere piget? Coelum et terra transibunt citius quam dei verbum *[Matth. 24. 35]*. At is victoriam promisit; recipi igitur non potest, ut non vincamus. Quin hoc potius dixero, nos alia ratione vinci non posse, quam si conatus nos pigeat. Tenera, non ignoro, ut nos caro dehortetur; sed cogitandum iterum atque iterum nobis est, quod versutus ille *κακοδαίμων* semper nos illius occasione suadelaque seduxit; ac dum illa labores erumnasque refugit, nobis ocyus ab eius blandiciis fugiendum est, auresque Ulyssis in morem obserandae, ne forte ei cedamus. Quae enim maior infoelicitas nobis accidere poterit, quam si proditrix caro partium suarum *nos* fecerit, ubi toti nihil aliud quam caro futuri essemus, ac subinde quoque nihil aliud quam beluae? Partium autem eius sumus, si spiritum illius gratia prodimus; tum autem spiritum prodimus, qum non omnibus nervis deo illiusque verbo fidimus: in eo enim solo spiritus vivit. Quod enim tam iuratum est creaturae verbum, quod non fallat? Haec igitur et his longe tum robustiora tum diviniora tecum reputans, doctissime Petre, animaberis non modo cum Antichristo ac paucis principibus, sed cum universo simul orbe certamen subire, siquidem coelestia ambis: ea enim solis eis eveniunt, qui terrena negligunt. Ante omnia igitur opus est, ut te ipsum abneges ac quotidie moriaris. Id autem tuopte Marte non poteris; ad unam igitur dei misericordiam confugiendum et illic flagitandum, ut vias tuas dirigat, mentem illustret, cor excitet, ut illius gratia nihil non tum audeas, tum, quo pacto fieri oporteat, scias. Proderit et illud euangelium Christi praedicare molienti, ut reiectis omnibus praesumptis opinionibus et doctrinis, hoc consilio ad literas vere sacras accedat, ut eas praeceptorem habiturus sit, non discipulum. Nam qui sic accedunt ad eas, ut hoc solum querant, quod opinionibus suis adstipuletur, vim eis facturi sunt et constupraturi. Qui vero contra sic ad eas adeunt, ut illinc coelestis consilii mentem auferant, ut doceantur, non ut doceant, hi denique cum multa fruge recedent. Vides, in *Χρισιῷ* frater, quantum brevi pietas Christi in Germania profecerit? Ea non minus promotura est et apud vestros, si id a domino petieritis. Peti vero gaudet; est enim animarum amans ac zelotypus. Haec, ut tandem finiam, huc tendunt, ut euangelium intrepide velis apud tuos profiteri: quod, praecor, faxit deus optimus maximus. Nam frigida ista et plusquam temporaria epistola, plane

3 poterunt] poterint — 9 f. κακοδαίμων] κακοδαιμον — 35 Χριστῷ] χρῶ.

scio, quam nihil possit: tametsi eam Annemundus noster tum amicitiae iure tum candore isto suo, quo nobis plus quam par sit, tribuit, extorserit. Proinde nobis iam ut amico utere, ac si id nimis est, ut discipulo. Et persuade tibi, Zuinglium tuum futurum, dummodo te Christi esse audimus.

Vale, et confortare in domino et in vi potentiae illius, qui te servet incolumem.

Ex Tiguro, Helvetiorum primario pago, 13. die Decembris anno M.D.XXIII.

Salva sit, si quae apud vos est, Christi ecclesia.

326.

Zwingli an Wendelin Oswald[1].

Zürich, 23. Februar 1524.

Gratia et pax a deo et domino nostro Iesu Christo. Statueram olim, bone vir, aliquid literarum ad te dare, cum crebri ad nos rumores deferrentur, ut scilicet missis humanis tum doctrinis tum traditionibus ad castra Christi defecisses. Verum tamen, id quo minus factum sit, in causa fuit, quod nulli rei minus fidem habemus quam rumoribus; adeo sunt inconstantes et incerti, ut nunquam non vel magis vel minus, quam res habeat, praedicent. Venit enim et nunc rumor de te ad nos, qui si certus est et verus, non pudebit nunquam epistolis pepercisse. Nolim enim quicquam commercii cum huiusmodi tumultuosis hominibus habere, qui ob quamvis levem causam infirmio-

St. Gallen, Stadtbibliothek: Litt. misc. II. 173. Kopie von der Hand Vadians (gemäß Zwinglis Wunsch, vgl. Nr. 327).

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 324/26.

[1]) *Wendelin Oswald, gebürtig von Sommeri im Thurgau (Eidg. Abschiede IV 1a, S. 636), Dominikaner, scharfer Gegner der Reformation in St. Gallen und später in Einsiedeln. Er verteidigte als Baccalaureus formatus der Theologie zu Zürich in Anwesenheit des päpstlichen Legaten Pucci theologische Sätze (J. H. Hottinger, Schola Tig. p. 29/31) und kam bald, etwa anfangs 1520, nach St. Gallen als Beichtiger der Nonnen zu St. Katharina; 1522 bestellte ihn der Abt auch als Prädikanten am Münster. Seither stieg der Haß der städtischen Bürgerschaft gegen den „Doktor Wendelin" derart, daß ihm der Rat Schutz und Schirm abschlagen mußte, so daß er genötigt war, das Frauenkloster zu meiden und sich auf die Prädikatur am Münster zu beschränken. Auf eine Disputation in St. Gallen ging er nie ein; Vadian und die Prediger der Stadt bekämpften ihn 1526 durch eine Druckschrift. Zwingli trat schon in den „Auslegen" von 1523 gegen ihn auf (s. unten), dann wieder in obigem Brief. Oswald nahm an der Disputation in Baden teil. Anfangs 1527 kam er nach Einsiedeln. Von hier aus machte er sich seit dem Rückschlag nach der Schlacht von Kappel wieder vielfach in der Ostschweiz bemerkbar als Prediger im Auftrag des Abts von St. Gallen. Vgl. N. Paulus, bei Janssen-Pastor 4, 323/25. Er ärgerte die Evangelischen durch die heftige Polemik von der Kanzel („man soll mit*

rum fidem tentare audent tam clamosis querimoniis. Quapropter si ita res habet, ut sequitur, oro, ut posthac diligentius in sacris crebriusque verseris, quam ut ita rustice inscitiam cum invidia prodas tuam. Si minus, innocens es scilicet, nihil in te dictum puta. Fertur autem, quod pro publica concione cum atrocitate multa questus sis, haec verba Actorum 15. (praecipiens custodire praecepta apostolorum et seniorum) deesse in Germanica translatione, quae ad veritatem Graecanicam versa est. Hic scilicet oportuna quiritandi causa inventa vociferatus: ecce, ut isti sacras nobis literas propinant, ut detruncant, quae eis adversa sunt! Et quid multa? Tanquam in falsarios deservisti. Quod te factum ut minime decet, ita est animi tumultuum cupidi certissimum argumentum. Sed quid facio? Quod te non illico in lucem produco, ut errorem tuum ipse agnoscas? Lege in decretis canonicis Augustini verba, quae ex libro de doctrina Christiana mutuo accepta sunt, dist. 8. vel 9.[2]: ad quos codices, quarum linguarum, recurrendum sit, si quid obscurius in sacris literis aut dissimilius offendamus; et invenies, novi testamenti puritatem ex Graecis exemplaribus esse petendam, veteris ex Hebraicis. Nunc si decem milia Graecanicorum exemplarium, qua tamen lingua novum instrumentum ferme et praesertim apostolorum Acta conscriptum est, *inspexeris*, ne micam quidem invenies horum verborum a fine capitis scriptorum. Unde lippo quoque patere potest, supposititia esse, de quibus nobis certamen nunc est. At, si Graeca exemplaria haec verba maxime haberent, in quem usum, obsecro, ea torsurus eras? Nonne in eum, quod lege etiam divina cautum esset, iussis traditionibusque Romani

8 f. Hic ... vociferatus *ist zweifellos.*

Luther und Zwingli nit anders disputieren, denn daß inen das hirn und blůt durchs angsicht niederrünne"; Zwingli „Über den ungesandten sandtbrief" usw. am Schluß; Anshelm 5, 156), und besonders durch seine Angriffe auf die deutsche Bibelübersetzung nach der Art von Emser und Pirata; Vadian 3, 412 sagt darüber von ihm: „Sprachen kann er keine, denn deutsch, und dasselbe nicht wohl". Man beschuldigte den Mönch schon 1520 und wieder 1523 schwerer sittlicher Ausschreitungen; er bestreitet später, als der Rat von St. Gallen die Sache bei den Eidgenossen geltend machte, seine Schuld (Eidg. Abschiede IV 1a, S. 636 f.). Der St. Galler Chronist Fridolin Sicher, sein Landsmann, sagt (Chronik S. 69. 27), daß Zwingli den Doktor Wendelin „schmachlich in der erklerung siner artikel (in den „Auslegen") in quaternen 3 III (lies z iij) schmutzet und antastet". Nun findet sich wirklich in den „Auslegen" (in unserem Abdruck Bd. II, S. 153 ff.) ein Abschnitt, der gegen einen „unzüchtigen Predigermönch" gerichtet ist, ohne daß dessen Name genannt wird. Nach Sicher wäre also unter diesem Mönch Wendelin Oswald zu verstehen.

[2]) *Corpus iur. can. c. 6. Dist. IX.: „Ut veterum librorum fides de ebreis voluminibus examinanda est, ita novorum greci sermonis normam desiderat" (Friedberg, Corp. iur. can. I, col. 17).*

pontificis obediendum esse? Quasi vero Lucas illic de aliis praeceptis loquatur, quam quae paulo superius, non modo per apostolos et seniores, sed per totius ecclesiae authoritatem promulgata erant. Id quod ex eis, quae paulo post 16. cap. *[Ap.-Gesch. 16. 4]* sequuntur, advertere potuisses, quum inquit: Cum autem pertransirent civitates, tradebant eis custodire dogmata, quae erant decreta ab apostolis et senioribus, qui erant Hierosolymis. Verum ut hoc quoque praetereamus, quaenam qualiaque fuerunt, quae apostoli cum tota concione decreverunt? Partim ceraemonialia, partim divina lege interdicta erant. Non scortari et idolis non contaminari, nonne Christi ore vetita sunt? Abstinere vero a suffocato et sanguine, quid aliud quam ceraemonialia sunt? quae olim servata oportuit, hodie non oportet. Sanguinem enim passim edimus; nam quicquid in macello venit, edere licet, et mundis omnia munda *[Tit. 1. 15]*, sanctificanturque omnia per verbi dei imprecationem et gratitudinem, lutulenta etiam sus. Suffocatos autem pisces et sua sponte mortuos, lepores, turdos, capreas strangulatos [!], reliquaque id genus, quis est, qui non edat? Cum vero vides, hic apostolos nihil novi praecepisse, sed propter quorundam imbecillitatem, de qua superius eodem cap. 15. *[Ap.-Gesch. 15. 5 ff.]* habes paucula quaedam, nempe duo solum ceraemonialia, permisisse potius quam praecepisse; quid opus est hinc perditissimorum hominum tyrannidi praesidium petere? Aut quod apostoli cum omnibus fratribus vel ex lege servarunt, vel ex abolita propter quorundam imbecillitatem tolerarunt, iniquissimę Christiani populi oppressioni tanquam iustę praetexere? Sed nec istud etiam praetereundum est, quod Petri sententia, quae vere Christianę libertati consentanea est, non obtinuit, sed Iacobi. Unde Petrum adparet ab apostolis non habitum esse principem, quod hodie invitum etiam faciunt Rom*ani* pontifices ad imperium suum roborandum. Adde quod is, quisquis tandem est, qui novum instrumentum in Germanicam linguam traduxit, non primus hanc particulam omisit, sed ante hunc Erasmus Roterodamus, vir Grece latineque doctissimus[3]. Perhibet et divus Hieronymus contra Augustinum[4], Gręce non

10 idolis] idωlis.

[3]) *Nach der griechischen Ausgabe des Erasmus von 1519 hat Luther ohne Zweifel seine deutsche Übersetzung des Neuen Testamentes bearbeitet; sie erschien, ohne Namen und Jahrzahl, Ende September 1522. Köstlin² 1, 490. 600.* — [4]) *Hieron. ad Aug., Epistola 112, p. 743 (am Schluß) der Mauriner Ausgabe, bei Migne 22, Sp. 921, fehlen die Worte bei Hieronymus, ebenso in der Bibliotheca divina in den Handschriften: Migne 29, Sp. 1118 Variae lectiones (Desunt in cod.). Am Schluß von c. 15 der Apostelgeschichte hat Hieronymus die Worte, Migne 29, Sp. 745. Die Worte finden sich zuerst im sogenannten Codex D.:* παραδιδοὺς τὰς ἐντολὰς τῶν πρεσβυτέρων; *das*

haberi, iam tum ante XI. saecula. Haec tecum commentari placuit de praedicto loco, deque iniusta quiritatione tua, si qua fieri posset, ut ruborem tibi incuteret deus, sententiamque tuam, qua verbi dei puritati parum favere videris, mutaret. Id si faciat, eris nobiscum in Christo dilectus; sin autem cervicem firmaveris tuam faciemque perfricueris, hostium satis habebis. Quin potius iam dudum habuisses, nisi quod te minoris faciunt, quam contra quem tantum laboris insumant. Vident enim, te parum nocere posse, etiamsi pessime velis. At ego te per caput tuum, perque mentem tuam, quae deo debes, obtestor, ut doctrinae Christi candide faveas et urbi vestrae pulchre admodum resipienti adiumento, non impedimento sis. Nam si lapis iste offensionis in te conciderit, conteret te; tu vero, si ad eum offendas, confringeris *[Matth. 21. 44]*. Optimis ceptis optimum quenque favere oportet, et divinis monitis. An quisquam tam potens est, ut obluctari possit, etiamsi per summam iniustitiam calculum illis detrahere voluerit? Fidelem te domino esse oportet, non Romano pontifici, non tibi, non privato cuiquam, si verus verbi dei dispensator esse amas, non timere, qui corpus occidunt *[Luc. 12. 4]*, non accipere personam hominum, sed hoc unum spectare, ut infallibili petra Christo nixus, omnes fluctuum, imbrium fluminumque audaciam impetumque contemnas, et, si sic feceris, sperare, coronam tibi repositam esse, quam suo tempore iustus iudex reddet *[2. Tim. 4. 8]*. Amen.

Omnia boni consule! nam nos Christianae tranquillitati et praesertim urbis vestrae consultum esse cupiens haec ad te scripsi [!].

Urget enim nos omnium ecclesiarum sollicitudo *[2. Cor. 11. 28]*, quae te quoque aliquando (ut spero) urgebit.

Vale, servetque te Christus, si hoc ei tribuas, incolumem.

Ex Tiguro 23. Februarii MDXXiiij.

Huldrichus Zuinglius ex animo tuus, si tu Christi sis.

Docto admodum doctori Vendelino N. apud *sanctum* Gallum degenti et praedicanti, ad manus proprias.

19 petra *korrigiert aus* petrę — 28 *von der Zahl* 23 *ist* 3 *(wahrscheinlich spätere) Korrektur über ursprünglicher* 5.

übersetzte Codex d: tradens autem mandatum presbyterorum. Die Vulgata bietet: praecipiens custodire praecepta apostolorum et seniorum, das Romanum correctorium bemerkt dazu: haec verba a veteribus mss. minime praetermittuntur, quamvis Graece absint.

327.

Zwingli an Vadian.

Zürich, 24. Februar 1524.

Gratia et pax a deo et domino nostro Iesu Christo. Tuum, carissime Vadiane, in euangelium Christi tam alacre studium et miror et exosculor, nec est, ut unquam tibi verendum sit, ne occupationum pondere pressus tua vel fastidiam vel negligam; eis enim tedium ex tumultibus natum levo. Taceo, quod rusticior futurus essem (qui alioqui semel tamen rusticus sum, hoc est totus), si ad hominis tam docti, tam amici, tam denique pii epistolas supercilium tollerem, cui hoc potius verendum esset, si crebro scriberem, ne Musas tuas et pietatis studia interturbarem. Negocium nostrum[1] feliciter, ut spero, brevique absolvetur. Morantur nunc negocia. Quos misisti, summe placent. Faxit deus, ut multos eiusmodi habeamus artifices. Ut autem illis res nostrę Tiguri placeant, ex ipsis discere licet. De loco Actorum 15. *[Act. 15. 23 ff.]* non est, ut te multis defatigem, sed, apertam ad Vendelinum epistolam[2] ubi legeris, iudicium nostrum amplius de eo non requires, quamvis nec ipsum postulasti, sed, quicquid illic sentiendum est, ipse iam sentis, antea quam nos audias, ut ex epistola tua[3] facile colligi potest. Volui tamen hominem paucis alloqui, quo videret non defuturos olim adversarios, si ipse obstrepere pergeret. Hanc ubi legeris, cera rubra, signo vero quolibet incognito, signa et reddi cura; et si verearis sęviturum, da operam, ut prius describatur[4]. Nos enim amanuensem ut nullum habemus, ita ne unius

St. Gallen, Stadtbibliothek: Litt. misc. II. 169.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 327 f. Arbenz, Vad. Briefs. 3, S. 57 (Nr. 382).

---

[1]) *Nicht weiter bekannt. Am 25. Februar 1524 fand zu Zürich eine Tagsatzung statt; Eidg. Abschiede IV 1 a, S. 380; ob die nachher erwähnte St. Galler Botschaft damit in Zusammenhang steht, ist fraglich, da Zwingli von sonstigen verzögernden Geschäften redet. Zunächst ist der Brief Begleitschreiben zum vorigen.* — [2]) *s. vorige Nr. 326.* — [3]) *Der Brief Vadians ist verloren.* — [4]) *Vadian hat den Brief an Wendelin selbst abgeschrieben; s. dort am Schluß.*

epistolę copiam ad alium emissę[5]. Salvos iube ludimagistrum[6], Benedictum[7], episcopum vestrum, ac meo nomine iube, ut oleo ad lactucas utatur, eoque se perungat, si quae membra sint incommoda valetudine; nam ad hunc usum unxerint apostoli, ut est apud Marcum *[Marc. 6. 13]*, infirmos, ut corporis valetudo restitueretur, qua post vicissim anima decumbere cogatur. Fide, qua Messię adheremus, beamur, non oleo; nam alioqui utres caprini essent beatissimi, qui oleo ita delibuti sunt, ut etiam vomant. Sed hęc omnia per iocum; nam et hi, ex quibus erratulum hoc habeo, ioco magis quam odio indicarunt. Gratulor autem secundum hęc ei, quod auditores tales habeat[8]; nam nobis sane nihil unquam gratius fuit, quam quod auditores ipsi suis manibus verbum tractarent, mente versarent, moribus vero exprimerent: sic enim se ista fere sequntur.

Vale et iam audi, quid cum Vendelino sim confabulaturus.

Ex Tiguro 24. die Febr*uarii* M.D.XXiiij.

Cętera omnia referent, qui hęc ferunt. In mediis strepitibus omnia cogimur agere, unde et omnia obsecro boni consulas.

Huldr*ichus* Zuinglius tuus.

Doctissimo piissimoque viro Ioacimo Vadiano,
fratri nostro in Christo carissimo.

---

[5]) *Dies wiederholt Zwingli in Nr. 331, Anm. 3 an Vadian.* — [6]) *Wohl Johannes Vogler, s. Nr. 321, Anm. 17.* — [7]) *sc. Burgauer, der Stadtpfarrer von St. Gallen, s. den Brief Nr. 375. Das Folgende zeigt, daß er noch an dem Sakrament der letzten Ölung hing; hierüber Näheres zu Nr. 366, Anm. 1.* — [8]) *Zwingli nimmt hier Laien in Schutz, welche selbst in der Bibel forschten. Egli glaubte das auf Johannes Keßler und die von ihm geleiteten, im Römerbrief unterwiesenen Laienversammlungen zu St. Gallen beziehen zu sollen; sie waren nicht lange vorher entstanden. Vgl. Egli: Leben Keßlers (vor der neuen Sabbataausgabe S. XI).*

328.

Barbara Trüllerey, Äbtissin zu Schännis[1], *an Zwingli.*

Schännis, 24. Februar 1524.

Min früntlich grücz und alles gůcz, mit erbietung aller eerren, lieber maiſter Ürich.

Jch danck üch gar hoch und früntlich üwer flichſikayt [!], die ir an dem münchli erzieget [!] hant, den ich und min vetter, der dockter, zů üch geſchicket[2]. Witter, lieber maiſter Ürich, iſt min ger[3] an üch, in *üch* laſſen befolen ſin den knaben umb gottes willen und um minen willen, und wo ich ſemlich und ůch[4] gröſſers gegen üch und die üweren künde verdienen, das welt ich zů aller zit von herczen gern tůn, und das mit ganczem fliß ꝛc. Das ir mir ſchriebend von j müt kernen, das wil ich von herczen gern nachlaßen und haiſſent üch geben ammen Stierli[5]. Und was ich dem knaben witter kan behulfen ſin, das wil ich alweg gern tůn mit gůttem willen, damit daß er werd ain biderman, als ich hoff durch gocz gnad, daß er werd.

4 ich und *übergeschrieben* — 6 umb gottes *vor* umb *ein zweites* umb *gestrichen* — *vor* minen *gestrichen ein zweites* minen — 7 grössers] grossers — 9 mir *übergeschrieben über einem gestrichenen* mir — 11 *vor* wil *ein nicht mehr leserlicher Buchstabe gestrichen.*

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Aus einem Band, S. 219. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 326 f.

---

[1]) *Barbara Trüllerey, Äbtissin von Schännis im Gaster († 1525), entstammte einem in Schaffhausen und Aarau ansässigen Patriziergeschlecht (welchem Zweig, ist unsicher). Sie wird als solche schon vor 1500 erwähnt. Unter ihr wurde die Klosterkirche neu gebaut 1506.* — [2]) *In zwei Briefen an ihren Vetter Vadian vom 13. Januar und 14. Februar 1524 (Vad. Br. 3, 53. 54 f.) hatte die Äbtissin bereits über den jungen Verwandten Wilhelm von Stain geschrieben; es handelte sich um eine Lehre desselben.* — [3]) *Begehren, Id. II 403.* — [4]) *ouch, auch, vgl. folgende Seite Zeile 2.* — [5]) *Der Ammann des Klosters ist näher kaum bekannt.*

Nit mer uff diſer zit, ſunder die gnad gottes ſig allweg mit üch und allen rechtſchaffenen Chriſten. Und bit üch, daß ir ůch got für mich bittentt [!] wellend, daß er mich ſtercke in dem hailgen ewangelio, daß ich durch die göttlichen gnad und barmhercziglkait zůkummen mug und gewiſen werd den rechden weg, nach miner ſel hail und aller menſchen.

Dattum ze Schennis uff ſant Mattis tag im jar xxiiij jar.

Babara [!] epttiſſin
ze Schennis.

Min herczlieber maiſter Ůrich, ich bit üch gar früntlich mit großer demüttikait, daß ir mich [!] doch wellend ſchriben ain klaine uſlegung über das wort, wie der ewangeliſt redt *[Matth. 20. 16, 22. 14]*: vill ſindt berůffet, und wenig ſint uſerwelt.

Dem erwirdigen gaiſchlichen und wolgelertten herren maiſter Ůrich Zwingli, des hailgen goczwort bredikant der loblichen ſtat Zürich.

2 f. *vor* bittentt *gestrichen* bittet — 4 *vor* gnad *gestrichen ein zweites* gnad — 6 Schennis] schemnis — *das doppelte* „jar“ *erklärt sich wohl daraus, daß das erste* „jar“ *verwischt (aber nicht ausgestrichen) wurde* — 9 Min] *M Ergänzung, da das Manuskript zerfetzt ist.* — früntlich] fruntlich — 10 ir *übergeschrieben.*

329.

Johannes Oecolampad und Bonifatius Wolfhart[1] *an Zwingli.*

(Basel, c. 25. Februar 1524).

Hulricho Zuinglio, ecclesiasto [!] Tigurino, Oecolampadius et Bonifatius gratiam optant et pacem in Christo.

En tibi schędam conclusionum a Gallo illo[2] Latine apud nos disputatam et ab Oecolampadio in maxima Christianorum corona in vernacula interpretatam[3]. Sophistae sępius vocati nusquam com-

Zürich, Staatsarchiv: Acta Religionssachen I. E I 1. 1. Am Fuße der gedruckten Disputationsthesen Farels, begleitende handschriftliche Zeilen Wolfharts an Zwingli.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 333. Herminjard 1, Nr. 95 (p. 202). Egli, Aktens. Nr. 501, § 2.

---

[1]) *Zu Wolfhart s. Nr. 320, Anm. 1.* — [2]) *Wilhelm Farel, der nachherige wälsche Reformator (s. Brief vom 12. September 1525), tritt hier zum erstenmal in der Schweiz auf. Wie andere Landsleute kam er als Flüchtling nach Basel. Oecolampad nahm sich seiner an. Um der evangelischen Sache beizustehen und zu seiner eignen Förderung erbot er sich zu einer Disputation auf den 23. Februar 1524. Dazu ließ er dreizehn lateinische Thesen im Druck ausgehen, mit einer kurzen Einleitung und der Zeit- und Ortsangabe am Schluß: die Martis post Reminiscere hora octava in maiori aula Collegii; Abdruck Herminjard 1, Nr. 91 (p. 193 ff. und Egli, Aktens. Nr. 501, § 1; deutsch nach einem alten Druck in den Basler Chroniken 1, 40 ff. Man hat die Aufeinanderfolge der Thesen unlogisch und konfus gefunden (Herzog, Oecolampad 1, 151 f., C. Schmidt, Farel und Viret S. 4); sie sind das aber durchaus nicht, sobald man beachtet, daß der in These 1 aufgestellte Grundgedanke von der vollkommenen Lebensregel Christi, welcher nichts beizufügen noch abzuziehen ist, einfach in zweimal sechs weiteren Thesen, zuerst auf den Klerus, dann auf die Christen überhaupt, angewandt wird.* — [3]) *Von der großen Versammlung berichten auch Basler Chroniken 1, 45 und spricht später Farel selbst: in frequentissimo clarissimorum et eruditissimorum coetu; Herminjard 1, 359 f. Oecolampad bot sich Farel auch für die Berner Disputation im Januar 1528 als Übersetzer an: ibi si me iterum in interpretem delegeris inter disputandum et nondum satis Germanice calles, non invitus morem tibi geram; a. a. O. 2, 61.*

paruere. Agunt tamen magnos interim Thrasones[4], sed in angulis lucifugae. Incipit tamen plebs paulatim illorum ignaviam et tyrannidem verbo dei agnoscere. Deus det incrementum *[1. Cor. 3. 6]*. Iam quid in hac disputatione actum, tabellio ille, qui presens audivit omnia, summa tibi fide exponet[5]. Nuperam illam de matrimonio[6] brevi impressam exhibebimus. Hęc mane urgente cive quodam et nuncio Tigurino scripsimus in contione Oecolampadii, nec tum plura licuit per otium.

In domino vale[7].

Pio iuxta ac Christiano Huldrycho Zuinglio, ecclesiasti Tigurino, suo in Christo maiori.

5 tibi *übergeschrieben* — 6 brevi] *ursprünglich* breve — *vor* urgente *gestrichen* intera (?).

---

[4]) *Thraso ist der Name des prahlerischen Soldaten in Terenz' Eunuchen.* — [5]) *Wie früher suchte die Universität das Gespräch durch ein Verbot der Teilnahme an ihre Zugehörigen zu verhindern; sie erreichte auch, daß es am 23. nicht stattfinden konnte. Darauf erließ aber der Rat der Stadt, der Farel Bewilligung erteilt hatte, ein sehr scharfes Mandat, durch das er die Beteiligung gerade den Verwandten der Universität zur Pflicht machte und denen, welche entgegenwirken würden, strengste Strafen androhte. Der Tag der Disputation selbst ist nicht sicher bekannt (s. unten), ebensowenig das Genauere über den Verlauf. Alles Nähere s. Basler Chroniken 1, 39 ff.* — [6]) *Schon am 16. Februar hatte eine Disputation über die Priesterehe stattgefunden, veranlaßt durch Stephan Stör, den Leutpriester von Liestal; Basler Chroniken 1, 445. Die Gegner hielten sich fern, so daß, auf Bitte Störs, Bonifatius Wolfhart, der Schreiber obiger Zeilen, die Rolle des Opponenten übernehmen mußte. Stör gab die Akten des Gesprächs in den Druck; sie sind vom 26. Februar datiert; vgl. Weller 3180 und den (modernisierten) Abdruck in Füßlins Beiträge 2, 151/227; Auszug Bullinger 1, 152/55. Im weiteren s. Paul Burckhardt, Die Politik Basels im Bauernkrieg S. 13 f.* — [7]) *Ein Datum fehlt. Die Disputation Farels hat indessen bereits stattgefunden. Die Herausgeber der Basler Chroniken S. 40, Anm. 1 setzen das Ratsmandat, durch das sie erlaubt wurde, auf „den 24. oder wohl eher erst den 27. Februar", so daß die Disputation noch später fiele. Doch ist zu beachten, daß Störs Akten, welche Wolfhart erst erwartet, schon am 26. erschienen sind (s. Anm. 6), so daß das Ratsmandat doch eher auf den 24., die Disputation auf den 25. oder 26. anzusetzen wäre.*

330.

Fr. Iodocus Hesch[1] *an Zwingli.*

Ittingen 29. Februar 1524.

Si qua salus uspiam est, eam exoptat in eo, qui mandat salutes, Iacob *[1. Mos. 49. 18.]*.

Nisi me tuis ornatiss*imis* provocasses literis[2], Zingli doctiss*ime* idemque humaniss*ime*, hanc ad te scribendi provinciam non desumerem potiusque in silentio persisterem. Nosco enim homo infans et nulla dicendi arte pręditus ac plane, qualem tu me depingis, elinguis, non perinde magnorum heroum auribus esse coram obstrependum atque absentium laudes prędicandę [!], quod hoc omnibus licuerit, illud non nisi doctrinę policioris gradu receptis. Vis plane dicam, Huldrice, frater in Christo charriss*ime*, quid et de te et tua de doctrina sentiam; dicam libere. Sunt in te, mi Zingli, dotes, a quibus nihil non expectare debebat Helveticus ager, ingenium ardens, vividum, solidum, masculum; memoria ampla, presens, prompta; animus dexter et

10 f. sentiam *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 122. Siegelspur. — Die lateinische Adresse ist in schwerer Mönchsschrift geschrieben.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 328/333.

---

[1]) *Iodocus Hesch, geboren 31. Oktober 1484 zu Geislingen unweit Ulm, bezog am 4. April 1500 die Universität Tübingen und wurde an verschiedenen Orten Lehr- und Schulmeister. Früh verwitwet, trat er um 1512 in die Karthause Ittingen bei Frauenfeld ein. Diese und andere Angaben über seinen Lebenslauf gibt er selbst im vorliegenden Brief; vgl. dazu unten den Eintrag in der Tübinger Matrikel (wie er Jahrgänger Zwinglis war, besuchte er auch im gleichen Jahr wie dieser die Universität). Im Kloster wurde er Schaffner. Um 1522/23 verkehrte er brieflich mit Vadian. unter anderm betreffend Luther und Zwingli; Vad. Br. 2, 428 f. 446 ff. 3, 6 f. So eifrig er in vorliegendem Briefe sich noch für den alten Glauben wehrt, scheint er sich doch bald dem neuen zugewandt zu haben, freilich nicht auf die Dauer; vgl. den Brief Zwinglis vom 8. März 1525.* — [2]) *Der Brief Zwinglis ist verloren.*

ad omnia versatilis; lingua vocalis et expedita, quibus nimirum virtutibus, si sana doctrina adcesserit ab orthodoxorum patrum sententiis et ecclesię consuetudine nihil diversa, futurum esset, ut te non tam Tigurini quam totius Helvetici agri unicum et perpetuum decus salutaremus. Sed cum ea, quę tu doces, cum sententia patrum ex diametro pugnent, sed et consuetudines ab universali ecclesia receptas nemini Christiano respuendas spernas, irrideas, subsannes, nihil boni animus mihi de te pręsagit. Erras haud dubie, mi Zingli, tota via, imo vehementer exorbitas et alios una tecum in parem trahis dęmentiam. Alioqui, quotquot retro fuerant orthodoxi patres, errasse necessum est atque universam prorsus ecclesiam, quam Paulus tamen fundamentum et columnam veritatis appellat, utpote quę spiritum sanctum perpetuum nacta sit instructorem *[1. Tim. 3. 15 f.]*. Unde non parum multi ex nostratis, etiam gentis primoribus, coniecturam faciunt (ita enim rumor undique apud nos per hominum ora volat, nec id te latet), tuam doctrinam teque (nisi resipiscas) cum ea Vulcano fore sacrandos. Sed hęc ab exitu probabuntur. Hęc tibi, mi Zingli, extra invidiam scribo, ut, quid alii de te sentiant, non ignores. Sed ais: Scripturam pro mea parte habeo. Esto, sed perperam intellectam et ad modum Lesbię regulę[3] tuis opinionibus adaptatam. Ego nimirum illum proprio spiritu scripturas interpręturi et perperam intelligere dicendum puto, qui molitur ex eis sensum a cunctis orthodoxorum patrum sententiis alienum et a receptissima totius ecclesię, quę una est (una est enim columba mea *[Hohel. 6. 8]*), consuetudine dissentientem eruere; is enim proprii capitis phantasias et non sacri spiritus ductum, qui per illorum patrum ora locutus est, sequitur, propter quod et facile ruit in errorem. Id quod ne fiat, Clemens[4] prohibet: „Diligenter (inquit) observandum

13 instructorem] *Schreibfehler* instuctorem.

---

[3]) *Aristoteles: Nicom. Ethik lib. V cap. X § 7:* Τοῦ γὰρ ἀορίστου ἀόριστος καὶ ὁ κανών ἐστιν, ὥσπερ καὶ τῆς Λεσβίας οἰκοδομῆς ὁ μολύβδινος κανών· πρὸς γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ λίθου μετακινεῖται καὶ οὐ μένει ὁ κανών· *Dazu zitiert C. Zell (Aristotelis ethicorum Nicom. libri 10, Vol. II (Heidelberg 1820), p. 197, Michael Ephes.:* Λεσβία δὲ λέγεται οἰκοδομὴ, ὅτι ἐκεῖνοις ἐν συνηθείᾳ τοῦτο· εἰσοχὰς γὰρ καὶ ἐξοχὰς ἔχοντας λίθους ᾠκοδόμουν. *Vgl. Erasmus Adagia, Chil. I, Cent. V, prov. 93: Lesbia regula dicitur, quoties praepostere, non ad rationem factum, sed ratio ad factum accommodatur. Et cum lex moribus applicatur, non mores ad legem emendantur; aut quoties princeps se populi moribus accommodat, cum contra conveniat plebem ad principis arbitrium vitam instituere, si modo princeps ipse ad honesti regulam ac scopum respiciat (es folgt das Zitat aus Aristoteles).* — [4]) *Corpus iur. can. c. 14 Dist. XXXVII (Friedberg. corpus iur. can. I 139). Das Wort stammt aus den Pseudo-Clementinen (Recogn. 10, 42). Das Zitat ist ungenau wiedergegeben; das corpus iur. can. liest: . . . ut lex dei cum legitur, non secundum propriam ingenii intelligentiam . . . Et ideo oportet ab eo scientiam discere scripturarum . . .*

est, ut, dum lex dei legitur, non secundum proprii ingenii intelligentiam legatur vel doceatur. Quamobrem scripturarum intelligentiam ab eo discere necesse est, qui eam a maioribus secundum veritatem sibi traditam servat". Hec ille. Huic subscribit Athanasius[5] super illud Pauli *[Röm. 14. 5]*: „Unusquisque in suo sensu habundet". „Perinde est (inquit), ac si dicat: Cum de dogmatibus agitur, nequaquam est opus, ut nostro sensu ducamur; quin erunt, quę ab aliis accepimus, tenenda, vel si angelus ę cęlo demissus diversa denunciet". Quid igitur dęmentius cogitari potest, quam ut (spretis tot patribus ingenio pollentibus, prestantibus eruditione, litteris omnibus et linguis efflorentibus ac demum multo vicinioribus ad apostolorum tempora, et tam eximiorum interpretum commentariis, et iam reiecto sensu, quem tot sęculis universa prorsus ecclesia verissimum censuit) fidem uni Zinglio adhibeamus? Absit, absit hoc a Christianorum animis, ut ecclesiam, columnam et firmamentum veritatis, et tam sanctissimos patres in tam crassis erroribus, quos tu, Zingli, illis impingis, tot retro sęculis perstitisse credamus, maxime cum spiritus ille a Christo nobis pollicitus *[Joh. 14. 26]*, primo, ut nobis paracletus esset, hoc est ecclesię suę consolator, et in ęternum apud nos maneret, subinde, quę ventura essent, nobis annunciaret, et ut idem spiritus veritatis doceret nos omnia duceretque nos in omnem veritatem, otiosus esse non potuit, qui ad tantum negocium, tam inclytus, a tam eximiis personis, patre videlicet et filio, missus, sed indefesse negocium, ob quod missus fuerat, agere credendus est. Credat igitur Iudęus Apella[6], non ego, ecclesiam orthodoxosque patres, qui semper ecclęsie pars magis eximia fuerant, quique non solum eruditione, verumetiam vitę sanctimonia velut sydera quędam effulserunt *[Dan. 12. 3]*, tot retro seculis errasse. Quisquis itaque, quod doctrinam patrum adversatur, docuerit quicquam, is omnibus modis vitandus est. Hęc hactenus.

Nunc tempus est (ne ępistolę modum excedam), ut ad tua nonnihil respondeam. Principio mihi obiicis, quam ego pessime te traduxerim, famam tuam incesserim carboneque nigerrimo denotaverim; mirari me, tam levi iudicio Tigurinos esse, ut homini tam constanter hęretico fidem adhibeant, indignam Christianis mentibus; pręterea

17 credamus *übergeschrieben* — 28 doctrinam] doctrina — 33 me *übergeschrieben.*

---

[5]) *Athanasii episcopi Alexandrini opera . . . quorum catalogus sequitur: Commentarii in epistolas Pauli, qui a plerisque Vulgario adscribuntur. Argent. 1522. Hier steht die Stelle fol. XXXI (mit der Abweichung: perinde ac si inquiat). Bei Migne finden sich die commentarii nicht.* — [6]) *Vgl. Horaz, Satiren I, 5, 100 f.: ‚credat Iudaeus Apella, Non ego . . .'.*

futurum sperare me, ut illis resipiscentibus impudens hominis os tandem obturetur; quod si non fiat olim, nihil esse reliqui, quam ut offulam Zinglius glutiat, quam in hunc finem paratam confectamque certo sciam: fieri enim nullis modis posse, ut doctrinam non pietati solum, sed et paci publicę et nostratium concordię adversantem, pię aures tolerent, et cętera id genus non parum multa. Quis hanc in me tragędiam excitaverit, nescio. Hoc scio, tam me esse alienum ab hoc crimine, cuius sum apud te accusatus, ut propinquior longe sim deorum immortalium, quam humanę vitę. Hoc conceptis iurare licet. Absit a me, quod hęreseos crimen (quo est nihil apud Christianos detestabilius) homini immerenti impingam. Multa, tu Zingli, et pie et sancte mones, sed utinam tam civiliter quam feliciter! Quod si civilius fecisses, et si orthodoxorum patrum sententiis atque diuturnis ecclesię consuetudinibus scripta tua, quasi linum lino[7], fuissent annexa, plures haberes et fautores et propugnatores, et simul uberiorem fructum demessuisses. Non omnia, quę e tuo phrontisterio exeunt, mihi probantur. Id ego ingenue fateor. Sed quod scripta tua hęreseos insimularim, sive palam dixerim pro publica contione te hęretica docere, non fateor. Ais preterea tempestivum esse, ut pro hac Helena pugnaturus in arenam mecum descendas[8] idque, quod modo clam et amice feceris, publice sis expostulaturus orbemque Christianum iudicem facturus, an rem me dignam ipse fecerim, dum immerentem et ignotum, imo dum euangelium Christi, quod tanta fide tantisque sudoribus hactenus predicasti, iam impudenter proscindam. Quam ego syncęre et integre prędicem euangelium (semper pręcavens, ne quid a me proficisceretur, quod aliquo pacto vel pietati officeret vel seditionem aut factionem gigneret vel ullius famę notam atram allineret), quanto sudore sacras litteras non e qualibuscunque lacunis, sed ipsis fontibus ambabus, quod aiunt, manibus hauriam, testis est mihi deus, testis conscientia, testis denique mihi tota contio, cui divinum hactenus verbum proclamavi. Cęterum quam te deceat inculpata vita virum per orbem Christianum traducere, tu videris. Is profecto, ad cuius tribunal omnes stabimus, et Zinglium novit et Hęschium. Quod vero primo loco dicendum erat, bellum mihi indixisti. Opinaris fortasse, mi Zingli, te posse quosvis a dicenda veritate tuis acromatibus [!] conviciisque deterrere; sed pusillus admodum noster in Christum affectus

2 obturetur] obduretur — 16 phrontisterio] phiontischerio — 21 expostulaturus] expostularus — 29 hauriam] *ursprünglich* hauream.

---

[7]) *Vgl. Erasmus: Adagiorum chil. I, cent. VIII, prov. 59: linum lino nectis.* —
[8]) *Vgl. Erasmus: Adagiorum chil. I, cent. IX, prov. 83: in harenam descendere.*

esset, si verbis deterremur [!] solis, quum ipse iubeat etiam verbera nihil metuere: „Ne terreamini (inquit) ab his, qui occidunt corpus et post hęc non habent, quod faciant amplius“ *[Luc. 12. 4]*. Tu sane, simul atque calamo me confoderis, convicia evomueris, nihil habes, quo noceas amplius, quanquam nec illa tantillum nocere queant. Age ergo, conditionem accipio, certamen non denego. Sed heus tu, mi Zingli, amice moneo: iterum atque iterum caveas, ne castra tua militum multitudine turbentur. Nam pro nostra parte scripturę sanctę gladios vibrant, stant in acie sacri patrum commentarii, canones et concilia pro nobis dimicant, apostolicę traditiones aperte decertant, patrocinatur demum et ecclesię diuturna consuetudo, et non modo duodecim legiones angelorum *[Matth. 26. 53]*, sed et centum quadragintaquattuor milia signatorum *[Apoc. 14. 1]* cum signifera dei genitrice, quibus tu parum reverentię tribuis, aderunt a dextris, et omnes lustralis ignis animę, quibus tu es detrimento, a sinistris suis nos clypeis protegentes. Sta ergo euangelico consilio et noli cum simplo occurrere ei, qui centuplo ad te venturus sit; sed caduceatorem ad Iodocum ea, quę pacis sunt, postulantem mitte. Nolim tibi persuadeas, dissentire me a te amore, qui, ut pręsens habet seculum, in locis fortasse aliquot ad pietatem attinentibus dissentio. Quod sentio, equidem veritatis gratia, quę mihi summi numinis loco est, sentio. Neque reiicio, imo dari mihi undecunque cupiam, qui errantem melioribus informet et hallucinanti reddat visum. Demum hortaris, Christum induam; quod si abhorream, qui a tam inusitata cuculla non abhorruerim, nihil tecum commune habiturum teque velle mecum tantopere pugnare, donec ad palinodiam me compellas. Bona verba quęso, raucedine premor, vocem recantandi mihi ademit lupus, qui prior me vidit[9]! Tu olim, mi Zingli, qui sonora es voce, me ad cytharam saltante male cantata recantabis. Sed ut me tandem, charissime mi Zingli, et intus et in cute, simul et statum meum atque vivendi conditionem ad unguem noscas, meipsum tibi vivis (quod aiunt) coloribus depingam. Ego Iodocus Heschius Fridelinus ex Gislingo ad tertium lapidem ab Ulma oppidulo natus, anno a Christo nato 1484 pridie omnium sanctorum *[31. Okt.]* ex vulva materna in hanc lucem prodii. Pater Iohannes Hesch, mater vero Catharina Fridlin vocati. Puer iam quimus prima (pedagogo Bartholomeo Laher[10], insigni philosopho, addictus) elementa lallare

14 parum *übergeschrieben.*

---

[9]) *Vgl. Phaedrus: fab. Aesop. I 1.* — [10]) *Bartholomäus Leher war 1493—1530 Schulmeister, Notar und geschworener Schreiber in Geislingen. Vgl. Württ. Viertel-*

(ut ita dixerim) didici. Anno posthac ętatis meę plusminus decimo bonarum literarum adipiscendarum gratia Vratislaviam, Slesię metropolim, adii. Inde rediens bonis avibus quarta ętatis meę Olympiade palestram litterariam Tubingensem salutans[11], bonis litteris philosophicisque pręceptis impigre usque ad magisterii (quod aiunt) insigne operam dedi. Relicto postea gymnasio infęliciter primo Rotvilanę pubis, postea Blaubirensis iuventę docendę gratia a magistratu magnis promissionibus vocatus provinciam suscepi. *Hi*chic anno ętatis meę undevigesimo uxorem duxi Ursulam Arcuariam, divitem, probam, virginem pulchram, honestis moribus prędităm honestisque parentibus natam, annum agentem sextumdecimum. Finitis tędis Ravisburgensem scholam litterariam regendam suscepi. Hic trimulo tempore satis commode peracto, honestissima mea conthoralis, consocia Ursula, altera prole gravida, partus labore omnium horribilissimo periclitata (salva fętus animula atque lustrali aqua ante perfusa, quam moreretur) ipsa hominem exuit, annum agens non amplius decimum octavum. De cuius immaturo obitu ad eius tumulum hoc lusimus epithaphio:

Ursula, quę fueram coniunx formosa Iodoci
Ac Blaupirensis unica gnata patris,
En rapior (quarto nondum circumdata lustro)
In fatum gnatis cumque duobus eo.
Ordine si tristes meterent sua furta sorores,
Debuit in seros hoc prohibere dies.
Sed Parcę nequeunt ulla virtute moveri,
Cum tibi fatalis venerit hora. Vale.

Post eius e vivis excessum sine ulla morula flammineam [!] dignitatem (ut ei iamiam animam agenti, ultimis verbis rogatus, stipulata manu addixi) adeptus, volens futurę meę vivendi conditioni salutarius consulere, in hanc Trophoni speluncam tanquam ad tutissimum asylum anno ętatis meę duodetrigesimo confugi (cum in mundo annuatim habuissem centum et viginti florinos), nec in hunc diem consilii

8 *Hi*chic] *Hi Ergänzung, da ein Loch im Manuskript. Der Anfang des H ist noch deutlich sichtbar.* — 30 Trophoni] Trophemi.

---

jahrshefte 1884, S. 22. Neue Blätter aus Süddeutschland für Erziehung und Unterricht 1883, S. 107.

[11]) *Am 4. April 1500 unter dem Rektorate des Wendelin Steinbach wurde in die Tübinger Matrikel eingetragen: Iodocus ex Gusslingen dedit 1 β. Am 15. Dez. 1501 wurde er als baccalaureus in die Matrikel der facultas artium eingetragen. Vgl. H. Hermelink: Die Matrikeln der Universität Tübingen (1906), S. 126.*

factique me penituit, etsi morbo gallico, febri pestilentiali, dyssenteria et id genus sexcentis malis sim affectus. Interim per quattuordecim annos mulierem nec tetigi nec concupivi, sit mihi deus testis, etsi graveis libidinis ardores in membris meis senserim. Deus tamen (ne unquam consentirem) cum tentationibus proventum fecit *[1. Cor. 10. 13]*. Deum optimum maximum obnixius oro, uti voluntatem hanc, quam ipse mihi dedit, respiciat et faciat meam peregrinationem sibi placitam gressusque vagos dirigat in viam salutis ęternę. Dignetur mihi indigno in die exitus mei et in illa summa mortis hora pro hac voluntate mihi assistere neque reminisci velit iniquitatum mearum, sed egredientem ex hoc corpusculo spiritum placatus accipiat. Non intret in iudicium cum servo suo *[Ps. 143. 2]*, contumacissimo licet et nequissimo! At quid dixi cum servo suo? imo vero cum hoste potius, et quidem ingratissimo, qui tantis ab eo cumulatus beneficiis nec sibi dicto unquam audiens fuerim et suam toties maiestatem leserim, sed misericordiarum fons misericorditer mecum agat, causę meę faveat et deformitates meas contegat in die novissimo. Denique non patiatur hanc animam, opus manuum suarum, ad superbum sui et nostri hostis imperium pervenire aut prędam fieri spiritibus immundis et famelicis canibus esse ludibrio. Quod ego te, mitissime Iesu, per illam, qua genus omnium hominum complecteris, charitatem, quęque te cęlitus ad nos in terram deduxit nostręque humanitatis induit involucreis, quę famem, quę sitim, quę frigus, ęstum, labores, irrisus, contumelias, flagella et verbera, quę postremo etiam mortem crucemque subire te compulit — per hanc ego te, salutifer Iesu, quęso obtestorque avertas faciem a peccatis meis, et cum ante tribunal tuum constitero, quo me quottidie citari plane sentio, non mea fraus, non culpa plectatur, sed tuę crucis meritis condonetur. Valeat, valeat in caussa mea sanguis ille tuus, Iesu, prętiosissimus, quem pro asserendis in libertatem hominibus in ara illa sublimi nostrę redemptionis effudisti. — Habes, mi Zingli, vitę meę conditionem nullis fucis oblitam, sed veris coloribus depictam, unde facile coniecturam facere licet, a deo ne, an a diabolo, hanc inusitatam mihi cucullam conciliaverim.

Bene vale, clarissime idemque doctissime vir. Hęc in aurem tibi scripsi. Cave, si tuo sim dignus amore, ne serpat longius. Si quid in sinu meo depositum esse sensero, quodque clam esse volueris, id per me, ne palam fiat, haud periculum erit.

15 toties] *ursprünglich* totiens; *davor gestrichen* tot. — 34 doctissime] *ursprünglich* doctossime — 36 in sinu meo *steht zweimal, das zweite Mal unterstrichen zum Zeichen der Tilgung.*

Rursum vale et hęc, qualiacunque sunt, boni consule, candido et syncęro animo scripta.

Ex collegio nostro Carthusiano Ittingensi.

Pridie KALEn*das* Martii anno a Christo nato M.D.xxiiij.

*F*rater Iodocus Heschius, qualis qualis dei servulus,
tuus tamen ut tuissimus, si et tu Christi sis.

Viro iuxta doctiss*imo* atque humaniss*imo* Huldricho Zinglio, Tigurino populo a sacris concionib*us*, amico singulari. —

Mayſter Hulðrich Zingli, prędicant zu Zu*rich zu eig*ner Hand.

9 *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes absprangen.*

331.

Zwingli an Vadian.

Zürich, 28. März 1524.

Gratia et pax a domino. Pręstiti, quod potui, doctissime Vadiane. Quicquid hic peccatum erit, tibi imputa. Mentionem tui fecimus, quod ipse nimirum nolebas; sed sic aperiendum fuit, quibus occasionibus adducti scripserimus et cur ad istum maxime scripserimus; boni consule. Ceraunelateum[1] non dubito anxium futurum (sic enim fecimus Schurtanner Gręcum), quibus nam officiis nobis respondeat; verum tu compesces hominem, ne quicquam vel dicat vel faciat, nisi ut omnem operam consiliumque ad amplificandam gloriam dei impendat. Es et huius admonendus, quod „Pastor“ hic noster[2] longe incultior incuratiorque exit, atque intenderamus. Tumultuum enim, quibus hodie passim miscetur hic mundus, inopinatę procellę, quicquid belle compositum videbatur, ut prodiret, non modo in istoc opusculo, sed in omnibus, quę edidimus, ne purius exirent, impedimento fuerunt. Ita enim omnia extrusa sunt potius quam edita, ut nullum unquam libellum domi absolverimus, priusquam chalcographus excudere orsus esset; quo factum est, ut multa sępius, quam par sit, repetiverimus, multa neglexerimus, quę in prędcedentibus nobis dicta putabamus, dum forte in epistola aliqua ad amicum scripta eorum mentionem feceramus, quę hic maxime necessaria fuissent. Ita cogimur, imo versamur, hinc ab amicis, istinc ab hostibus; hic urget chalcographus propter nundinas; hic frater aliquis, quem iniqus premit episcopus, ut sibi consulamus, retrahit. Unde, ut diximus, dum illi respondimus, interea factum est, ut ea in libello omiserimus,

St. Gallen, Stadtbibliothek: Litt. misc. II. 179.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 333f. Arbenz. Vad. Briefs. 3. S. 63 (Nr. 387).

---

[1]) *Jakob Schurtanner. Pfarrer zu Teufen im Appenzellerland, s. Nr. 321. Anm. 20. Ihm hatte Zwingli seine Schrift „Der Hirt“ gewidmet. abgedruckt Bd. III. S. 5—68.* — [2]) *s. Anm. 1.*

quę prima esse debebant. Sed in his omnibus dei providentiam agnoscimus; huius enim consilii sumus, ut omnes omnium commentarii pereant, maxime tamen nostri, posteaquam literę sacrę fuerint vindicatę. Eo igitur disponente omnia nostra temporaria exeunt. En Vadiane, non est unica epistolæ alicuius in omni supellectile nostra copia[3]. Ita omnia, ut in buccam veniunt, exeunt, ut loqui rectius nos dixeris, quam scribere. Bibliopola vester ita nobiscum convenit, ut simul aliquot exemplaria mitteremus ad se, mercedemque daturum pactus est. Si vacat, rem eam cura, sin minus, da baiulo agendi ansam. Sed heus, dum hęc ad hunc modum scripsimus, adest, qui nos ad Sanctogallenses quosdam vocet, quos et persuasi, ut ipsi baiuli vices supplere velint. Ferunt igitur isti sine omni impensa, id quod et Schurtannero significabis; ei enim etc.[4]. Quin potius schedam clausis iam literis inseram! Nihil sis anxius, quam ut ad Ceraunelateum extemplo hęc mittas.

Salva sit uxor et liberi.

Ex Tiguro 28. Martii MDXXiiij.

Huldrych*us* Zuinglius tuus.

Doctissimo piissimoque viro Ioacimo Vadiano,
fratri suo in domino dilecto. — *Herren . . . doctor . . .*

3 f. vindicatę] *ursprünglich* vendicatę — 20 *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes absprangen.*

[3]) *Vgl. schon Nr. 327, Anm. 5.* — [4]) *Der Satz so abgebrochen.*

332.

Zwingli an Konrad Hofmann[1]
und zugleich an
Propst und Kapitel zum Großmünster.

(Zürich), 11. April 1524.

Conrado Hofman primum, quo cum secundo expostulamus, simulque d*omino* prępposito collegiique nostri fratribus.

Gratia et pax a deo patre et domino nostro Iesu Christo. Non te fugere arbitror, Conrade in Christo frater, ut tecum iam pridem hanc ob causam expostulaverim, quod me et divo Augustino fecisse

Schaffhausen, Ministerialbibliothek, im Nachlaß des Prof. J. G. Müller. Siegelspur. Abdruck: Sch. u. Sch. VII 334 und Suppl. p. 34 (nur zum Teil richtige Varianten).

---

[1]) *Konrad Hofmann von Bremgarten, geboren 1454 (Edlibach S. 260), ist in Heidelberg immatrikuliert 1476 als Conradus Hofman de Bremgarten, 1477 als baccalaureus artium viae antiquae, 1479 als Magister artium. Er nennt sich Baccalaureus, Cursor der h. Schrift (Egli, Aktens. Nr. 484), sagt selbst, er sei zehn oder dreizehn Jahre zu Heidelberg gewesen, und beruft sich auf seinen dortigen Lehrer Dr. Joß (Iodocus Gallus?), vgl. Bd. II, S. 686. Lange Jahre war er Leutpriester am Großmünster und galt als scharfer Prediger, besonders auch gegen das Reislaufen (Bullinger 1, 11); er versichert auch selbst, wie er wohl dreißig Jahre gepredigt und die Mißbräuche der Bischöfe, Päpste und Kardinäle gerügt habe (vgl. Bd. II, S. 686). Dann wurde er Chorherr, worauf Erhart Battmann und dann Zwingli als Leutpriester folgten. Bei des letzteren Wahl stimmte er zu, zumal er sich freute, daß auch Zwingli ein Gegner der fremden Dienste war (Bullinger a. a. O.; vgl. oben Nr. 47, besonders Anm. 5); aber sowie dieser, noch vor dem Amtsantritt, vor dem Kapitel sein Programm entwickelte, begann der alte Herr ihm auf alle Weise, mündlich und schriftlich, entgegenzutreten und vor ihm zu warnen (Egli, Aktens. Nr. 213, S. 59f.). Jahrelang sammelte er an einer Klageschrift wider Zwingli (s. oben Nr. 207, Anm. 7); auf dem Pestlager suchte er seine Bekehrung anzuregen; an den Disputationen und daneben blieb er der unvermeidliche, zähe, redselige Verteidiger des alten Wesens (Egli, Aktens. Nr. 460, 465, 483, 484, 489 usw.; Bd. I, S. 62, 444; Bd. II, S. 683ff.). Am 12. Juli 1524 verließ er Zürich und zog in seine Heimat Bremgarten zurück, wo er schon etwa im Mai des folgenden Jahres starb (Egli, Aktens. Nr. 889, 735b). Die Pfründe fiel an Ceporin.*

iniuriam in „Archetele“ meo[2], tametsi falso, adseveras et rationes, quibus illic contra eiusdem verba depugnavi, inciviliter calumniatus eras, cumque ipse rem hanc calamo tecum agere constituissem, intercesserunt nostri collegii fratres, quibus et libenter tum cedebamus ea spe, quod te ad calumnię restitutionem essent inducturi. At istuc cum minime factum sit, tametsi nihil non tentaverint dicti fratres, tuque nunc, ut audio, demigrationem pares[3], denuo iam tecum expostulo, ut aut calumnię irrogatę maculam confestim diluas aut, quę minaci calamo tuo scripturum iactavisti, in lucem proferas. Quod si minus feceris, operam dabo, ut iure cogaris, ac in eum usum a domino prępposito collegiique nostri fratribus postulo, imo ipsos requiro, ne te hinc solvere sinatur ulla ratione, ni prius nobis pro prodicta iniuria satisfeceris[4].

Actum 11. Aprilis M.D.xxiiij.

Huldrych*us* Zuinglius
vester.

(Äußere Adresse fehlt).

---

[2]) *Vgl. Bd. I, S. 293.* — [3]) *s. Anm. 1 am Schluß.* — [4]) *Was Zwingli erreichte, weiß man nicht; vgl. unten Nr. 334.*

333.

Martin Bucer an Zwingli.

Straßburg, 19. April (1524).

Gratia Christi tibi augeatur, frater multo charissime. Literae tuae[1] tam apertae tamque Christiano spiritu odorae dici vix potest, ut me exhilararint. Quod autem professum palam te maritum[2] in literis Capitonis legi, id prae immenso gaudio me propemodum extra me posuit. Unum enim hoc desiderabam in te. Non poteram nanque tantam fidei pusillitatem tibi tribuere, qui veritus sis te marito non tam feliciter usurum Christum in negotio verbi sui, atque usus fuisset male coelibi, qui ea cottidie designabas, quae multo minus quam conubii tui confessionem Antichristus posset ferre. *Ἄγαμον* ab eo, quod cum fratribus donum hoc te desiderare edito libello[3] episcopo Constantiensi conquestus es, nullis credidi; at qua ratione id tam diu caelares, ferens te ab aliis scortatorem, ab aliis male

3 exhilararint] *ursprünglich* exhilararant.

Zürich, Staatsarchiv: E. II 339 p. 314. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 335/341.

[1]) *Der Brief Zwinglis ist verloren. Er war wohl vom gleichen Datum wie der in Anm. 2 erwähnte an Capito. Bucer antwortet im zweiten Teil des vorliegenden Schreibens eingehend auf die einzelnen Punkte in Zwinglis Brief.* — [2]) *Zwingli hatte seine Ehe mit Anna Reinhart am 2. April 1524 durch den Kirchgang öffentlich bestätigt: „darbi warend meng erlich redlich mann"; Bernh. Wyß S. 33. Davon schrieb er in dem von Bucer erwähnten und gelesenen, jetzt verlornen Brief an Capito. Die Nachricht kam den Straßburger Kollegen sehr willkommen, da sie just vom Bischof wegen ihrer Frauen angefochten wurden und sich verteidigen mußten („Appellation der Eelichen Priester von der vermeinten Excommunication" usw.); vgl. Baum, Capito und Butzer (1860), S. 250 ff. Bucer war besonders erfreut, „da er ein geborner Ehestifter war und alle Welt, namentlich die Geistlichen, dazu ermahnte und drängte"; ebenda S. 257.* — [3]) *Die Supplicatio ad Hugonem episcopum Constantiensem; abgedruckt Bd. I. S. 189 ff.*

confidentem Christo haberi mecum rem reputans non vulgari cum diligentia tum candore, assequi tamen non potui, nisi quod ex aliis fructib*us* suspiciens te non dubitarim rationib*us* huc adductum, quae apud virum euangelicum non queant omnino repudiari[4]. Verum utcumque sit, ex amussi nunc te Apostolicae respondere per omnia serio triumpho. Sed ad imagines[5] nostras, multo amatiss*ime* frater! Gratias tibi ago, qui libere admonentem tanto cum candore acceperis nec minus libere ac candide responderis. Ita plane velim omnes nos esse, qui sumus ab euangelio, qui lucis filii sumus *[Joh. 12. 36]*, ut aperte omnia ageremus, non plus fratrum, quam Christi conscientiam verentes. Si cui frater sum, non potest suspicari iam me non optimo animo erga eum esse. Quantalibet igitur utar libertate, qui possit male consulere, quando charitas etiam indigna fert omnia *[1. Cor. 13. 7]*? Accipe itaque meam de imaginib*us* sententiam! nam ex prioribus literis obscurius aequo scriptis eam, quantum ex tuis literis coniicio, nondum es assecutus. Imagines et statuas, ut praesens est saeculum Antichristi imposturis obscuratum, optarim ex animo ablatas omnes, praesertim ex templis, sed per Helyam aliquem, hoc est eo divino spiritu impulsum; dumque huiusmodi abest, magnopere cupio, ubicumque, ut apud vos, verbi scientia inundavit iam, eodem spiritu loquente in scripturis magistratum impelli, ut Christianorum templa **εἰδώλων ἁπάντων** repurgent neque ferant uspiam, ubi coluntur, idque quam primum. Atque sic puto convenire nobis de summa rei. Verum si huius me sententiae caussam roges, aliam quam tu, respondero, aut certe aliam volo cogere quam tu, nempe hanc solam: quicquid offendiculo esse potest infirmis, pro quib*us* Christus sanguinem fudit, etiam vita mea redimere debeo ablatum. At statuae illae et imagines offendiculo multis sunt, ut non solum remissius proximos ament et

3 *hinter* adductum *gestrichen* te — 12 male] mali.

---

[4]) *Zwinglis Hochzeit wurde verzögert durch äußere Umstände, besonders durch die Beziehungen seiner Frau zu ihrer bisherigen Familie, wie aus dem Eingreifen des Rates ersichtlich wird; Mörikofer 1, 212 f., vgl. Stähelin 1, 362 f.* — [5]) *Zu der Verhandlung über die Bilderfrage, zunächst zu Zwinglis (verlornem) Brief, auf den Bucer hier so weitläufig antwortet, hatte namentlich das zögernde Verhalten des Komturs Konrad Schmid an der zweiten Disputation im Herbst 1523 Anlaß gegeben, s. die Akten derselben Bd. II, S. 699 ff.; der Komtur wird von Bucer mehrfach erwähnt. Dazu kommt aber vornehmlich, daß die Frage in Zürich zur Entscheidung drängte, und es Zwingli daran liegen mußte, im Einverständnis mit den Freunden vorzugehen, wie hinwiederum diesen an der Übereinstimmung mit Zwingli gelegen war (s. Bucer selbst gegen den Schluß, Anm. 12). Zu den hier dargelegten Ansichten Bucers vgl. in dessen Schrift „Grund und Ursach" usw. von Ende 1524 den Abschnitt vom Abtun der Bilder, bei Baum S. 298 f.*

benefitiis iuvent, sed etiam humanis inventis se demerituros deum credant, ut reliquam crassiorem impietatem taceam, qua postea multi presens numen illic adorant; ergo submovendae sunt. Tu eandem hanc rationem indubie respondebis, at niteris magis eo, quod εἴδωλα ubique scriptura vetat et haberi et coli, neque esse ἀδιάφορα; quae enim verbo dei damnantur, indifferentia esse haud posse. Verum, mi frater, audi! iam iusto non est lex posita *[1. Tim. 1. 9]*; liberi lege sumus in totum accepto spiritu filiorum, quo ultro, spontanei nimirum, eo ferimur, quo frustra antea lex impellebat, nempe ut solo deo fidamus patre per Christum et proximum ita amplectamur, ut nos amplexus ipse est per filium. Caetera omnia, ut Christo, ita et nostris per eum sunt pedibus subiecta *[Ps. 8. 7, 1. Cor. 15. 27, Eph. 1. 22, Hebr. 2. 8]*. Domini est terra et plenitudo eius *[Ps. 24. 1]*. Qui igitur non liceat habere imaginem aut statuam, si sine iactura id fiat tam fidei quam charitatis? Fateor, ut in presenti refriguit multorum charitas, haud facile sine iactura charitatis quis multum insumet in statuas et imagines, sed neque in vestes, in annulos, in cibos non admodum necessarios, in cultum aedium aliaque infinita. Ipse non tam pie quam necessario subinde mones, ut venerandum verbum dei non nisi genuino sensu usurpemus. Iam si locum illum Exodi 20., item illum Levitici 25. *[Exod. 20. 4 f., Levit. 25. 55 (bezw. 26. 1)]* obieceris, equidem non video, quid aliud eviceris quam non adorandas colendasque statuas. Id quemlibet etiam unctio docet Christianum. At vetari, etiam alias haberi, si verum est, non potes mecum ferre; id quod tamen scribis te laturum, pro parietibus domorum et in foro, si nemo colat aut adoret, poni statuas. Nam si literae heres et negas usum statuarum indifferentem, ut quis sincera fide et charitate preditus possit tamen habere imagines, nullo loco plane neque ullius rei potuerit habere, ut, si in cubiculo tantum gramen depictum habeat, quando id res sit supra terram, abradere oporteat aut esse impium. Deinde Christiano mihi, hoc est iusto, dicam: cur obiicis legem? Neque enim ceremoniarum statuta tantum abrogata sunt, sed legem, ait Paulus *[Gal. 5. 18, 2. Cor. 5. 17, Röm. 10. 4]*, abolitam, quae peccati reos peragit, quod non solum cerimoniarum, imo solum legis morum erat, et est hodie in omnibus, quibus vetus Adam nondum mortuus est; illi, ut uxor vivente marito obnoxia legi est *[Röm. 7. 2]*, quod nulli alteri nubendi ius sit, ita adhuc sub lege sunt, quae peccati cognitione cor

9 solo] *ursprünglich* soli — 12 subiecta] *Schreibfehler* subecta — 13 eius *übergeschrieben* — 20 usurpemus *übergeschrieben über gestrichenem* utamur — 22 *vor* aliud *gestrichen* alliu — 29 *vor* ut *gestrichen* imaginem — 36 quod *übergeschrieben* — 37 ius . . . adhuc *am Rande nachgetragen.*

premat, non autem vitam eorum dirigat doceatve, quid amoliendum quidve permittendum; nam omnes dociles dei sunt *[Joh. 6. 45]*; qui nisi interius doceat, lex frustra auribus obiicitur. Docet autem ita, ut sine ullo legis obiectu, unctione, pii nihil ignorent ad salutem necessarium. Itaque, mi Zuinglie, a sententia tua diversum nunquam censui, sed quod visus sis mihi sentire cerimoniarum tantum statuta abrogata esse et solis verbis legis niti; quibus tamen si hęreas, facies idolum aliquid, cum Paulo nihil sit, et impietatis accusas, quicumque ullo loco, quavis occasione, quovis usu, ullius rei imaginem aut statuam habuerint; his non potui subscribere. Usum imaginum, qui hodie vulgo est, dum adorantur, dum in fraudem pauperum Christi et fiunt et coluntur, nullus dixero indiferentem [!], sed impium, et forte minus quam tu, aut certe ęque invitus ferrem in urbe, quae eatenus, ut tua, in scientia verbi promovisset, doletque plane non ilico a disputatione eiecta vestris templis idola omnia. Volo denique, quia hic peccatum est, imo impietas, ut lege, per quam cognitio peccati *[Röm. 3. 20]*, redarguatur, sed lege, quae id efficiat, hoc est lege, quae fidei damnat offendicula et charitatis lege, quae internum hominem respicit, non quae externa illa. Quorum omnium potest pius usus esse, nisi negas cum Christo nos dominos constitutos super omnia opera dei, omnia subiecta pedibus nostris, oves, boves etc. *[Ps. 8. 7]*. An non, si pii omnes essemus et universi scientiam haberemus idolum nihil esse, interim tamen in templis nostris, quae Christiano nihil plus numinis habent quam alie aedes, pictas Christi imagines et statuas haberemus: possemus Christiani nomen simul tueri et huius rei gratia peccati et impietatis excusari? neque enim pictoriam et sculptoriam artes, opinor, impietatis damnabis. Ergo indiferentes [!] sunt imagines, indiferentes [!] statuae ac indiferens [!] usus earum; at non indiferens [!] abusus earum, nempe si adorentur et colantur. Et hactenus probavi orationem Chunradi commendatarii[6], quod scripturis contra idola adductis non in totum idola, sed idololatriam damnari contenderit et, quia pii possunt bene uti imaginibus et statuis, sicut puris sunt omnia pura *[Tit. 1. 15]*, et sicut tu, si etiam crucifixi imaginem in cubiculo habeas depictam[7], ea queas pie uti: ut nihil temere ageretur, consuluit, hoc

1 *vor* vitam *gestrichen* ut — 5 sententia] *Schreibfehler* sentententia — 8 Paulo] *ursprünglich* Paulus — 17 *hinter* hoc est lege *gestrichen* fidei — 22 *vor* essemus *gestrichen ein zweites* omnes — 25 *vor* peccati *gestrichen ein nicht mehr leserliches Wort.*

---

[6]) *Gemeint ist die eindrucksvolle Rede des Komturs von Küßnacht an der zweiten Disputation; s. Bd. II. S. 699 ff.* — [7]) *Diese Reminiszenz, offenbar aus*

est, ut nusquam externa idola deiicerentur, nisi ubi interna antea, hoc est infidelitatis opiniones, essent demolitae. Quod ubi non est praemissum, nemo potest inficiari, illic omnia idola esse noxia et nihil pium, sive statuas habeant sive secus; verum ubi quis scientiam recepit pietatis, ut purus est, ita ei non possunt non esse pura omnia *[Tit. 1. 15]*. Pietatis amore odiet quidem et cupiet abolitum, quicquid impietati subserviit; attamen, donec non poterit id effectum dare sine abalienatione aliquorum, quos accessuros possit sperare verbo, spirituali quadam prudentia sic rem temperabit, ut omnib*us* pateat suum regnum non esse de hoc mundo *[Joh. 18. 36]*, et posse eum in medio idolorum in spiritu et veritate patrem, qui nullo vel idolo vel imagine exprimi potest, colere. Equidem nullus probavero, quod idem Chunradus in oratione sua potius duxerit niti imaginib*us* rudes, quam penitus cadere, quasi non sit maxime cecidisse et pessime, si quis Christi ignorans statuis et imaginib*us* nitatur. Item, quod adducens illud Pauli *[1. Cor. 8. 13]*: „si esca offendit fratrem meum, non manducabo carnem in aeternum", contendit nullum tempus dandum scandalo: qui probem? cum non nisi impium possit istiusmodi res semper offendere. Nihilominus unusquisque dicere debet: si offendat esca, non manducabo etc. — ut ostendat moriturum se citius, quam fratrem, quod in se est, offensurum. Sed quem semper offendit esca, hunc non esca, sed sua offendit impietas, praesertim si, uti apud vos fit, verbo diligenter doceatur, ad quod dextre adduxisti exemplum Pauli *[Gal. 2. 3, Ap.-G. 16. 3]*, qui Titum circumcidere non sustinuerit, cum circumcidisset Timotheum. His, puto, intelligis, quid ego hac in re sentiam, et quatenus inter nos conveniat, quid vero sit controversum. Ubicumque Christus annunciatus est *[Phil. 1. 18]*, ut in animis omnia corruerint eidola, quantum illa in hac peccati vita decidere possunt, ne prępostere cum Antichristo manum conseramus, censeo amoliendas imagines et statuas, quibuscumque locis fuerunt venerationi aut periculum sit, ut porro venerentur. Ecce hoc puto inter nos convenire. At si rationem roges, ut parati esse debemus, ut cum mansuetudine et timore omnium, quae designamus, qui scilicet nihil non ex fide facimus, omni poscenti eam reddere, et quidem non nisi ex scripturis

2 *vor* demolitae *gestrichen* antea — 21 offensurum] *Schreibfehler* offensururum — 22 *vor* offendit *gestrichen* et[?] — 24 circumcidere] circuncidere — 29 ne . . . conseramus *am Rande nachgetragen* — 32 roges *übergeschrieben.*

Zwinglis Brief geschöpft, erinnert an Zwinglis anderweitige Versicherung, daß er „vor andern Menschen" an Kunstwerken, schönen Gemälden und Statuen, Freude habe; er wandte sich nur gegen die religiöse, abergläubische Verehrung der Bilder.

certam, dicam: sunt offendiculo parvulis non uno modo; iam morte etiam redimendum est, ne quis parvulorum offendatur. Addam, quam sancte deus praeceperit se unum deum in spiritu et veritate coli *[Joh. 4. 24]*, nulla coli eidola aut adorari, hoc est reverentiae aliquid eis exhiberi, quod a nullo, nisi credente numinis aliquid in eis latere, possit fieri. At ut contendam pio nulla ratione licere, habere aut facere idolum, cum, ut res externa est, ita queat pie haberi atque fieri, non video, quib*us* evicero scripturis. Cum igitur certa nostra omnia esse debeant nixa apertis ac irrefragabilib*us* scripturae testimoniis, non potui, doctiss*ime* ac charriss*iue* Zuingli, neque solus probrare, quod ex. 20. Ex*odi [Exod. 20. 4f.]* et aliis scripturae locis, quae hinc velut fonte promanarunt, interdictum contenderitis omni usu idolorum, cum tam hic quam Lev*itici* 25. *[Levit. 25. 56]* et aliis locis satis exprimatur, qua ratione vetuerit. Id quod et tu in literis tuis agnoscis, nempe ne adorentur, neve serviatur eis; ita enim Hebrea habent: לָהֶם וְלֹא תָעָבְדֵם לֹא תִשְׁתַּחֲוֶה. Quod autem Hebr*e*is adhuc elementis mundi subiectis in totum simul usu imaginum interdictum sit, etiam quovis: quid id ad nos ab elementis mundi liberatis ac omni lege *[Gal. 4. 3]*, qui cum Christo iam omnium potestatem habemus *[2. Tim. 2. 12]*? Quam sancte sabbathi religio praecepta fuerit, nosti, et alia multa. Quid id vero ad nos? Licet immolatis idolis vesci, quia idolum nihil est; licet et idolum habere Christi, apostolorum, crucis ad memoriae usum, ad exhilarandum animum, eque ac gramen et bestias depicta, sed sic, ut nulli sim offendiculo; nam et immolatis idolis propter alienam conscientiam abstinebo. Nunc habes, in quo vobis non subscribo. Iam ad ea respondebo, quae insunt in tua epistola, quae probem, quae secus, indicaturus. *(1)* Primum, quod ipse cum Leone[8] nostro magis favistis eorum proposito, qui cupiebant demolita idola, quam qui volebant salva; probo consilium. Nam cum tot modis sint offendiculo idola, praestabat ubique ea esse demolita. *(2)* Quod Wittenbergensem maximam, quam ego scripturae puto, quod possimus Christiani libere uti idolis, si modo omnes scientiam habeant, idolum nihil esse, ut nulli simus offendiculo, non probatis: hactenus probo, quod non vultis esse servi hominum *[1. Cor. 7. 23]*,

4 aliquid *am Rande* — 5 a *übergeschrieben* — 11 quae *übergeschrieben* — 15 תָעָבְדֵם] תָעָבְדֵם — 16 לא *ohne Punkt* — 21 vero *übergeschrieben* — 27 indicaturus *ursprünglich* indicabo, *dann* bo *in* tu *korrigiert und* rus *übergeschrieben* — *Die hier im Text sich folgenden eingeklammerten Zahlen 1—12 stehen im Autograph Bucers am Rand.*

---

8) *sc. Iudae.*

scripturis et nulla hominum authoritate premi. Sed quia scripturae sententiam non dubito (id quod cur non dubitem, supra ostendi), non video, cur nolitis eam amplecti. Verbo dei abusum damnatum idolorum scio, usum Christianis non scio. *(3)* Chunradum autem nostrum crucem ferre[9], ut Lutherus suam cucullam, quia illud signum, ut et cuculla, res externae sunt, quarum facta sit nobis per Christi sanguinem libertas, permitto, ut hic quisque suae sententiae apud se rationem habeat et nulli offendiculo sit. Quod tu vero argumentaris: sectae non sunt indifferentes, igitur neque sectarum signa: recte colligeres, si ita signa sint, ut certo sectarum hominem arguant. Alioqui oblongam gestare togam et indui alba, stola ac alia multa signa sunt papistarum, quib*us* nihil aeque impium. Sed ut non continuo papista est, qui haec gestat, ita possunt sine peccato gestari, praesertim, qui alias satis testetur, quam nihil commune cum papistis et sectis habeat. Id quod egregie studuit hactenus Lutherus; Chunradus non est ita mihi notus. *(4)* Deinde ita colligis: statuae per verbum dei reiectae sunt, ne colantur. Quis igitur audebit habere, ubicumque coluntur? Quid si ego subiiciam: vino interdictum est, ne eo quis inebrietur; ergo non licebit bibere vinum, ubicumque eo homines ebrii redduntur? nam non puto, te plus scripturis effecturum, quam quod adoratione et cultu idolorum Christianis nobis interdictum sit, non idolis etiam, sicut ebrietate vini, non vino. Ut, sicut etiam in aeternum vino voles carere, si fratrem offendat, eadem ratione et nulla habenda tibi ducas idola, et non quod per sé impium sit habere idola. Neque plus vel Pauli vel Io*annis* loca efficient. Qui eidola deos arbitrantur, pro se respondeant, nisi eo spectent forsan, quod, dum coluntur, ea sibi impii deos faciunt. *(5)* Preterea recte probas interioris hominis idola primum demolienda, neque minus recte subiungis hunc externa postea haud laturum, si adieceris, quatenus sunt offendiculo, ut certe in templis nunc sunt omnia. *(6)* Porro, quod ais: Deus sic loquitur: „quis est homo, ut cum eo disceptet *[Röm. 9. 20]*?“ et mox negas quemque idolis bene posse uti, quod usum idolorum deus vetuerit, non subscribo, donec scripturis eviceris usum vetitum. Equidem abusum, nempe cultum solum vetitum credo. Rationes supra subindicavi. *(7)* Postea refutas eos, qui rudib*us* frugi usum idolorum faciunt; ea nihil ad me, nisi quod vellem certius te colligere. Etenim aeque, licet non tam clare, potest quis religione Christi imbutus vel

2 id . . . ostendi *am Rande nachgetragen* — 25 *vor* eidola *ein nicht mehr leserliches Wort gestrichen* — 26 se *übergeschrieben.*

[9]) *Konrad Schmid war Johanniterkomtur.*

mediocriter pictura Christum pro se passum admoneri, atque scripturis; nam et scriptura litera occidens est, nisi internus doceat spiritus *[2. Cor. 3. 6]*. At hoc docente non video, an bonitatis Christi non eque possit quis admoneri pictura gallinae euangelicae *[Matth. 23. 37]* aut pastoris humeris oviculam gestantis *[Luc. 15. 5]*, atque si eos locos legat euangelii, praesertim si ipsos antea legisset. Et si maxime deiicias, sines tamen hactenus usui esse, ut admoneant eorum, quae legeris, si depicta videas simulachra eorum, quae scriptura gesta describit. Quod autem videri tibi scribis idola cerimoniarum supellectilem auxisse, fraudi fuisse pauperib*us*, aucupio avaris papistis, et nobis idem videtur, quare et optamus amolire, magis adeo hac ratione, quam quod credamus idola per se vetita. *(8)* Sub haec iubes infirmos, qui idolorum amolitione possint offendi, non in argutis cogitationum disceptationib*us*, sed verbo fidei suscipiendos. Probo, modo fidei verbo et Christianae libertatis lege suscipias neque elementis mundi rursum subicias, d*icendo*: ne feceris hoc neve contrectaveris, quae omnia pereunt abusu! Neque puto diversum esse, quod per charitatem censeo infirmos ferendos aliquantisper, ab eo quod puto imagines indiferentes [!]. Nam non volo tolerari imagines, si per se id impium est, ut neque tu; sed eo ipso, quod indiferentes [!] sunt, et possumus pie et impie eis uti, neque certam video scripturam, qua impietatis convincam utentes imaginib*us*, ferendos tantisper puto, dum erudiero infirmos, quanto sint scandalo rudibus, et quid hic debeat charitas proximis in fide adhuc parvulis, ut cum gratia eorum postea templo eiiciam. Hoc gnaviter Tiguri prestitisse te iam in quartum annum scio. Ergo placet a vobis pulcherrimum id exempli accipere exordium. *(9)* De inconstantia quae scribis Chunradi, dolet admodum, precipue autem, quod in responsione vestrae r*ei publicae* ad reliquos Helvetios[10] legerim respondisse eum vestro senatui, se docuisse decimas dandas tam ex novo quam veteri testamento, cum novum testamentum, ut provideri velit egentib*us* et iis, qui in verbo bene praesunt ac laborant, ita numerum prorsus ignoret, nempe spirituale. Maxime autem dolet admonitionis esse parum tolerantem[11], haec namque pestis quantum ecclesiae patrum saeculo obfuerit, non ignoras. Recte igitur facis, qui sedulo caves, ne quid inter fratres suboriatur simultatis. *(10)* Quod vero iubes ab holitore discere exarmare hostem,

1 admoneri *am Rande nachgetragen* — 11 hac ratione *am Rande nachgetragen* — 14 suscipias] *Schreibfehler* suscipas.

---

[10]) *Seit Anfang 1524 verschärfte sich die Spannung zwischen Zürich und den übrigen Eidgenossen derart, daß es zu ernsthaften Auseinandersetzungen kam. Die Tagsatzung setzte eine Reihe Beschwerdepunkte auf, die sie durch eine große Gesandt-*

non inepte mones; sed equidem idem semper censui faciundum. Quicquid semel pietati obfuit, opto ita amoliri, ut prorsus aboleatur et quam fieri commode potest maturissime, et, ut praefatus sum, non placet apud vos dilatam rem hanc; spero tamen frustra Romanenses spem cępisse regni recuperandi. Quare pergratum, quod hortaris, ut, vestro exemplo admoniti, si quid tale nobis obtingat, caute agamus. *(11)* Postremo inquis: scio ad hoc vetari cultum imaginum, ne adorentur neque tam augustae habeantur etc. Habeo gratiam. Hic sentis nobiscum nobis Christianis non interdictum idolis, ut nulla externa re, qui scilicet ab elementis mundi, hoc est traditionibus de externis rebus mundi liberati sumus *[Gal. 4. 3. 9.]*, sed cultu idolorum. Quia igitur coluntur a rudibus, debent tolli, idque mature. Nam si omnino non liceat habere idola, hoc est, si imagines et statuae non

4 *vor* frustra *gestrichen* ne — 8 habeantur] habentur.

schaft von je zwei Bevollmächtigten aller Orte am 25. Februar 1524 vor kleinem und großem Rat Zürich vortragen ließ. Zürich antwortete darauf durch zwei Aktenstücke vom 21. März; eines, nur handschriftlich an die Tagsatzung eingereicht, behandelt vorwiegend die staatsrechtlichen Beschwerdepunkte; das andere, im Druck ausgegangen, verbreitet sich über die den Glauben und die Kirche betreffenden Vorstellungen und Klagen der Eidgenossen und wird dadurch die eigentliche Schutzschrift der Reformation. Diese Dokumente sind alle abgedruckt in den Eidg. Abschieden (der Vortrag der eidgenössischen Botschaft IV 1a, S. 376 ff., die handschriftliche Antwort Zürichs IV 1a, S. 393 ff., die Druckschrift IV 1a, S. 398 ff.). Was Bucer im Brief an Zwingli im Auge hat, ist der 6. Artikel im Vortrag der Eidgenossen, bezw. die Beantwortung desselben in dem Zürcher Druck. Die Eidgenossen klagten, wie das Kloster Engelberg in Unterwalden sich mehrmals beschwert habe, die von Küßnacht verweigerten ihm den kleinen Zehnten, was vermutlich von dem „lutherischen" Predigen des Komturs Schmid herrühre (Eidg. Abschiede IV 1a, S. 377). Hierauf antwortet Zürich, man habe den Komtur und eine Abordnung derer von Küßnacht und Goldbach einvernommen, wonach sich die Dinge ganz anders verhalten, als den Eidgenossen vorgegeben worden sei. Insbesondere habe der Komtur erklärt, daß er wider die Zehnten und andere Schulden nie gepredigt, sondern angezeigt habe, „daß man nach Inhalt des alten und neuen Testamentes die Zehnten zu geben schuldig sei, und obschon die von Gott nicht nachgelassen, sollte dennoch die Zehnten, wo die Obrigkeit solche um des gemeinen Nutzens willen aufsetzen, zu geben erlitten werden und sich dessen niemand wehren" . . .; er habe auch seine drei Teile des kleinen Zehnten niemandem, wie man sage, geschenkt, ob er schon den armen Leuten auf ihre Bitte etliche Zeit zugewartet habe (Eidg. Abschiede IV 1a, S. 404). — 11) Zwingli und Schmid standen sonst im besten Einvernehmen miteinander, sowohl in den ersten Jahren der Reformation als auch später wieder. Die vorübergehende Mißstimmung und Empfindlichkeit, wie sie hier zutage trat, war veranlaßt durch die seit 1523 entstandene und an der zweiten Disputation offenbar gewordene Ungleichheit im Urteil über das Tempo der Reformation: Zwingli wollte dem nach seiner Meinung nun lange genug gepredigten Wort die Taten folgen lassen, während Schmid darauf bestand, das Wort müsse erst weiter wirken, ehe man durchgreifen dürfe. Vgl. Zwingliana 2, 69.

essent indiferentes [!], non admitteres nobis eas in foro aut pro parietibus habendas. Adulterium per se vetitum est; igitur nunquam licet adulterari. *(12)* Miror autem, qui mox subiicias: inter cerimonialia censeri non possunt subindeque abolita putari, quasi vero tantum cerimonialia abolita sint, et non potius lex tota, non ut nullus eam observes, sed quod ea te non damnet. Nam hoc unum est legis offitium, ut patefacto peccato damnet conscientiam, non ut ad bonum vel dirigat vel impellat, quod utrumque est spiritus sanctificantis. Deinde, si non potest connumerari inter abolita preceptum nullam habendi imaginem, qui admittis tu igitur in foro habendam? Nullam habere imaginem Iudaicum existimo, nullam colere Christianum. Idolum enim nihil est, utque immolatum idolis nunc edere licet, quod Iudeis non licebat, ita uti licet idolis ad hoc, ad quod deus artem sculptoriam creavit et pictoriam. Ut igitur et ego tandem finiam: idola, ut res externas omnes, media puto, sed quia arte Satanae factum est, ut colant ea homines, debent demoliri, sed per ecclesiam aut certe Heliam. Ratio huius esto: non ędificant. Nostrum autem est in ecclesia offendicula tollere et omnia ad aedificationem facere; igitur oportuit amoliri ea. Non dominus vetuit, ne quisquam idolum habeat; sic enim nusquam et nullo usu habere liceret, et fieret idolum aliquid, quod negat Paulus. Ecce, ter charissime Zuingli atque eruditissime, haec volui fusius ita ad tuam epistolam respondere, quae, non dubito, boni consules. Sed oro te vicissim, quando hic sententiam meam habes clarius, quam antea, responde, quid in ea probes, quid secius. Debemus enim mutuo nos erudire, ut idem sentientes in eadem permaneamus regula[12]. Et scis non parum referre, quid, rogati rationem fidei nostrae, respondeamus, quamque certa ea et apertissimis nixa scripturis esse oporteat. Quod Wittenbergensibus intellectum tuum captivum ducere non concedis, laudo, neque angelo de cęlo *[Gal. 1. 8]* in rebus fidei assentiendum est, sed soli verbo dei, quod ętthernum [!] est; sed simul, quia in proferendo hoc multum et feliciter desudarunt, tecum eis permultum quoque defero, nunquam tamen ipsis, sed verbo, quod adduxerint, crediturus. Neque enim possumus ignorare, quantam ecclesiae pernitiem attulerit, quod tanti homines fecimus tamque temere eis fidem habuimus. In calce epistolae narras, quod me beat, nempe egregium mundi contemptum apud tuos[13]. Ora, ora Christum

9 preceptum *übergeschrieben* — 30 soli] *ursprünglich* solo.

---

[12]) *siehe S. 171, Anm. 5.* — [13]) *Die geistliche, namentlich sittliche Erneuerung Zürichs durch das Evangelium ist seit 1524 mehrfach bezeugt. Myconius in seiner Schrift „Ad sacerdotes Helvetiae, qui Tigurinis male loquuntur, suasoria, ut male*

nobiscum, ut idem et nobiscum efficiat, maxime autem, ut, firmati verbo, hominum bullas non plus aequo metuamus; nam quod tu quereris *περὶ ἀντιχρίστων βουλευτῶν ὑμῶν*[14], idem quęri et nos oportet. Ad haec non adeo adhuc nobiscum radices egit euangelion, ut vacent omnium corda metu[15], ut taceam caetera mala. Christus vos servet.

Ex animo saluta nostro nomine doctiss*imos* et pientiss*imos* commilitones tuos, Leonem[16] ac reliquos, et commendate nos ac opus nostrum precibus vestris Christo, magnopere precor, agnoscentes interim me, vestrum fratrem vestri plane studiosiss*imum*.

Argentorati 19. Aprilis.

Salutant vos Capito, Hedio, Zellius[17], Symphorianus[18] ac reliqui fratres et in verbo domini cum fide laborantes, et incrementa spiritus vobis precantur[19].

Martinus Bucerus vester quantus est.

Dilecto deo Ulricho Zvuinglio Tigurinae ecclesiae pastori, eruditione et pietate eximio, fratri charriss*imo*.

7 nos] *ursprünglich* nostrum, *dann gestrichen und* nos *übergeschrieben.*

---

loqui desinant" vom Februar 1524 rühmt von den Zürchern: „Nicht etwa hören sie bloß das Evangelium; sie leben auch darnach, ja das ist ihnen die Hauptsache. Sie ergeben sich ganz an Christus, richten alles nach ihm, ihre Gedanken, Taten, Bitten, Lobgesänge, ihren ganzen Kultus. Was sie Gutes tun, schreiben sie nicht sich selbst zu, sondern Gott; ihm übergeben sie sich, ihre Kinder, ihre Frauen, ihr Alles. Sie enthalten sich vom Ehebruch, vom Stolz, vom Aufwand der Kleider; sie fliehen unehrbaren Gewinn und Neid und wachsen in der Liebe, helfen den Dürftigen, lassen Schuldnern nach, unterhalten die, welche ihnen das Geistliche mitteilen, in würdiger Weise, spenden im Verborgenen aus wahrem Herzen. Es werden die Tage kommen, da es auch der Welt offenbar wird, was Gottes Wort in den Zürchern gewirkt hat" usw. Weitere ähnliche Zeugnisse aus dieser Zeit s. Zwingliana 2, 348.

[14]) *Zwingli, wie später Bullinger, hat geurteilt, die Gemeinde sei besser als der Rat; er ließ es auch nicht daran fehlen, den Rat von gegnerischen, namentlich reisläuferischen Elementen zu säubern.* — [15]) *Günstiger urteilt Capito etwas später, am 5. Juli 1524: Nos hic fortissime adheremus verbo contemptis minis, que quotidie ad nos perferuntur. Argentina perfugium est fratrum exulum; huc omnes devenerunt undique expulsi, et hinc iterum ad verbi ministerium emittuntur. Kapp, Kleine Nachlese 2, 611.* — [16]) *s. Iudae.* — [17]) *Matthäus Zell; s. Nr. 304, Anm. 6.* — [18]) *S. Pollio, ursprünglich Altbiesser oder Althiesser, von Straßburg, schon 1507 sacerdos Argentinensis genannt, dann beliebter Prediger an verschiedenen Kirchen der Stadt, besonders zu St. Martin, vom Volk nur „Herr Zymprian" genannt. Seit 1524 erscheint er als eifrig evangelisch. Vgl. Zöpffel in A. D. B. XXVI, 395, Röhrich u. a.* — [19]) *Jahrzahl fehlt. An 1524 ist, wie der Inhalt mehrfach zeigt, nicht zu zweifeln. Die Antwort Zwinglis folgt Nr. 339.*

334.

Zwingli an (Konrad Hofmann?)[1].

(Zürich), 30. April (1524?).

Habes hic, versutissime, subito [?] quo θυμόν temperes, et, nisi amice monitioni obtemperes, fieri nequit, quin mundo exponatur non iam stulticia sed malicia tua.

Ocyssime ultima Aprilis.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 1 (Zwingli-Autographen) Nr. 76, am Schlusse des Bogens aufgeleimtes, ganz kleines Zettelchen. Aus einem Bande, S. 126.

Ineditum.

---

[1]) *Vielleicht findet dieses nicht unterschriebene und nicht adressierte Billet Zwinglis im Zusammenhang mit dem Handel zwischen diesem und Chorherr Hofmann einiges Licht; vgl. Nr. 332.*

335.

Simon Stumpf[1] *an Zwingli und Nikolaus Peier*[2].

(Basel, Frühjahr? 1524).

Pax dei tecum, Amen.

Salvus adveni Basileam[3], at valetudinarius; sed melius habere incipio. Hoc unum scias, senatum interim in absentia mea omnes contionatores convocasse atque illis prelegisse mandatum illud vetus superiore anno editum[4], ut purum verbum pure predicent, semotis

4 prelegisse] prelegississe.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 290. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 457 f. (am Schluß des Jahres 1525).

---

[1]) *s. Nr. 89, Anm. 1.* — [2]) *M. Niklaus Peier (lateinisch Bavarus) wird zum Jahr 1513 als Pfarrer von Höngg bei Zürich erwähnt, wo ihm 1520 Simon Stumpf (der Briefschreiber) nachfolgte, während Peier unter den Geistlichen am Großmünster als Kaplan des St. Mauriciusaltars in der Gruft (Krypta) erscheint. Im Frühjahr 1520 wird Peier unter den Teilnehmern des sodalitium literarium Tigurense nächst Zwingli erwähnt als „veteranus ille Christi miles" (vgl. Nr. 143, Anm. 4), wobei auch Stumpfs gedacht ist. Mit Zwingli war Peier schon anfangs 1520 nach Basel gereist (Rhenanus, Briefwechsel, S. 204). Dieselbe Reise machte er mit Stumpf Ende 1521 (s. Nr. 192, Anm. 4), wobei er die lateinische Bibel heimgebracht haben mag, die er 1522 Zwingli schenkte, und die diesem als Feldpredigerbibel diente. Noch 1525 erhielt Peier aus Ulm Nachricht über Stumpf. An der Synode vom 19. Mai 1528 wird Peier nicht mehr erwähnt. Näheres s. Zwingliana 1, 116 ff. (wo S. 118, Z. 4 statt 1522 zu lesen ist 1521).* — [3]) *Stumpf wohnte früher in Basel.* — [4]) *Basel erließ im Frühling 1523 ein Mandat, das die schriftgemäße Predigt befahl und alle abweichenden Lehren, „si syen von dem Luther oder andern doctoribus, wer die syen, geschriben oder ußgangen", verbot; Basler Chroniken 1, 39, vgl. Zwingliana 1, 332 ff. 383 f. Dieses Mandat ließ der Rat laut obigem Bericht vor versammelter Geistlichkeit im folgenden Jahr (1524) abermals verlesen. Davon erfahren wir anderweitig gar nichts, weshalb die genauere Zeit nicht anzugeben ist. Im Hinblick auf die Stimmung des Basler Rates um die Zeit der Disputation Farels möchte man an das Frühjahr 1524 denken, in*

omnibus doctoribus. Quod faciendum est, si a deo doceri velimus *[Joh. 6. 45]* et eius agnoscere voluntatem, non hominum opiniones. Christus unicus magister omnium nostrum *[Matth. 23. 8]*, qui timemus nomen domini magnum et terribile. Satis aperte, apertissime — ipse enim lux est *[Joh. 8. 12]* — scripturam aperuit nobis credentibus in eum, dicens: Omnia quecunque volueritis, ut faciant vobis homines, hoc et vos facite illis; haec enim est lex et prophetę *[Matth. 7. 12]*. Hanc unicam regulam si prę oculis et in manibus habuerimus, omnis divina scriptura et veteris et novi testamenti nobis clara erit; qua contempta omnes nostrę commentationes eam obscurant. Ideo summe precandum, quod praesens admonui mille verbis, ut deus ipse praestet, quod pollicitus per Hiere*miam* 31., ut det ipse legem suam in viscera nostra et in corda nostra scribat *[Jerem. 31. 33]*. Fidelis est deus et iustus *[5. Mos. 32. 4]*, ut praestet exaudiatque orantes in fide.

Simon Stumphus, servus Christi.

Citius forte opinione omnium adero apud vos. Tu, mi Zinli, sis oculatus neve credas falsis accusatoribus vel de me vel de aliis; sed memento, quod te admonuerim per deum: si peccaverit frater, argue eum inter te et ipsum solum etc. *[Matth. 18. 15]*. Tuum est ferre infirmos, quemadmodum et Christus tulit discipulos suos. Nec habes potestatem, ut solus aliquem excludas aut excludi patiaris quidvis etiam peccantem a senatu[5], quod attinet ad vitam et doctrinam de Christo. Tota ecclesia id faciat cum tuo spiritu in potestate Christi. 1. Cor. 5. *[1. Cor. 5. 1–5]*. Nemo me lęsit. Sed deus humiliat, ut exaltet *[1. Sam. 2. 7]*. Recordare, quod Paulus, novissimus apostolorum, *[1. Cor. 15. 8 f.]* restitit Petro, qui caput esse videbatur, in faciem *[Gal. 2. 11 f.]*. Nusquam tamen videmus Petrum indigne id tulisse. Deus vult nos invicem esse membra, solum autem Christum suum esse caput *[1. Cor. 12. 12 ff.]*. Gratia dei vobiscum[6].

Vdalrico Zinglio et Nicolao Bauaro[7], mihi charissimis.

9 divina] *die letzte Silbe am Rande* — 27 *vor* Nusquam *gestrichen* nulli.

---

welches dann, etwas später, auch obiger Brief fiele. Merkwürdig ist, daß das Mandat vom Frühjahr 1523 nach der Basler Überlieferung erst 1524 erlassen sein soll. Kommt diese Datierung daher, daß es laut Stumpf jetzt zum zweiten Mal verlesen wurde?

[5]) *Stumpf selbst war seines Pfarramtes entsetzt und des Landes verwiesen worden durch den Rat von Zürich, s. Nr. 322, Anm. 2. Er macht dagegen Matth. 18. 15 ff. geltend, auch 1. Cor. 5. 3 ff.* — [6]) *Datum fehlt. Die Jahrzahl ergibt sich aus Anm. 4 mit Sicherheit.* — [7]) *Vgl. Anm. 2.*

336.

Zwingli an Nikolaus von Wattenwyl[1].

Zürich, 7. Mai 1524.

Gratia et pax a deo. Non suppetit tantum ocii, doctiss*ime* simul ac piissime Nicolae, ut cuncta liceat scribere, quę plurimum tamen refert vos scire, quapropter Heimrycho Schnewlino[2], fideli in domino fratri, rerum capita consignavi, ut ore referat, quę per epistolam significare non potui. Salvi sint omnes vestri, presertim Bertold*us*, Sebast*ianus*, Lupulus[3], Trempius[4], servetque vos omnes Christus cum ecclesia vestra incolumes.

Ex Tiguro 7. die Maii M.D.XXIIII.

Huldr*ichus Zuinglius* tuus ex animo.

Prestantissimo viro domino Nicolao a Vattenuil,
fratri et patrono suo singulari.

Zürich, Zwingli-Museum. Petschaftabdruck erhalten.

Abdruck: Neujahrsblatt der Stadtbibliothek 1865, S. 12 (vgl. Theol. Zeitschr. a. d. Schweiz 1885, S. 232).

---

[1]) *s. Nr. 311, Anm. 1.* — [2]) *Ein Heinrich Schneuwli wird erwähnt als Pfarrer von Limpach, seit 1536 von Kerzers im Kanton Bern; Lohner, ref. Kirchen Berns S. 425, 499. Die Schreibung Heimrichus auch sonst bei Zwingli; Zwingliana 1, 323, Anm. 1.* — [3]) *Haller, Meyer, Wölflin; s. Nr. 311, Anm. 16.* — [4]) *Leonhart Tremp, Zwinglis Verwandter in Bern; s. Brief Nr. 461.*

337.

Zwingli an Vadian.

Zürich, 16. Mai 1524.

Gratia domini nostri Iesu Christi tecum, carissime Vadiane. Neque nunc a diligentię tuę in euangelio Christi commendatione temperare possum, quam ita vigilem et inexhaustam video, ut tales nobis multos precer episcopos, qui Vadiani more vadere ac promovere nunquam desistant. Sperabam te concinnando Ammani sororisque connubio[1] adfuturum, quo facilius omnia coram ageremus, quamquam nulla sunt, quę anxie cupiam tecum conferre preter ea, quę ad euangelii cursum adtinent; sed neque de illis quicquam est, quod ipse ignores vel non ex Christi sententia agas. Gratum tamen est, nonnunquam animum eiusmodi piis confabulationibus tollere potius quam levare, qui alioqui humi repimus. — Emserus[2], iste Helvetiorum antiquus hostis, vanitate sua me invitavit, ut quaterniones quatuor legerem, priusquam ad scribendum accingerer. Unde factum est, ut paucis te brevitate ipsa cogam esse contentum. Excipiam hominem Christiane, qui tamen impotentissime invehit, tumultuatur, imponit,

9 sententia] *korrigiert aus* an [?].

St. Gallen, Stadtbibliothek: Litt. misc. II. 189.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 341f. Arbenz, Vad. Briefs. 3, S. 71 (Nr. 393).

---

[1]) *Verlobungsfeier von Johann Jakob Ammann (s. Nr. 91, Anm. 1) und Dorothea Grebel; diese war die Schwester von Vadians Frau, so daß Ammann der Schwager Vadians wurde.* — [2]) *Hieronymus Emser, auf der Leipziger Disputation 1519 auf Ecks Seite, hatte nachher mit Luther angebunden und versuchte es nun mit Zwingli. Über letztere Polemik s. Bd. III, S. 230ff. Helvetiorum antiquus hostis wird er hier von Zwingli genannt im Hinblick auf Spottverse, die er einst in Basel über die Schweizer verfaßt hatte, weshalb er daselbst ausgewiesen wurde; Zwingli war damals in Basel anwesend; vgl. Bd. III, S. 230ff. und G. Finsler: Warum hat Hieronymus Emser im Mai 1502 Basel plötzlich verlassen? (Zwingliana 2, 392ff., wo auch die Spottverse abgedruckt sind). Vgl. auch G. Kawerau: H. Emser 1898.*

nugatur et nescio quam vulpem agit. Scribit ad nos quidam Ioannes Hessus[3], theologus Vratislaviensis, homo tersus sane et alacer exigitque a nobis literas. Quapropter aliquando doceas oportet, ut per vestros ad illum literas et responsionem ad Emserum, impurum hominem, dem. Scripsit ex epistola Melanchthonis certiorem factum, quod Petrus Mosellanus ex humanis excesserit[4], cuius agoni Melanchthon sese testetur interfuisse. Vir fuit Grẹce, hercle, doctus: Latine quam doctus fuerit, ipse pronunciabis nobis. Abtzellanos tam foeliciter promovere[5], gratulationem fratribus omnibus maximam peperit. Vigilent Hessi[6] et alii cum Iacobo[7] nostro, ne vitium aliquod in herba nascatur.

Vale cum omnibus tuis. Recte omnia περὶ ἐπισκόπου vestro [!][8] accepi; nihil movebimus. Valete omnes.

Ex ędibus Leonis[9]. Tiguri. 16. Maii MDXXiiij.

1 agit] *ursprünglich* agut — 4 *vor* impurum *gestrichen ein nicht mehr leserliches Wort* — 6 f. Melanchthon] Menlanchthon — 13 movebimus] *möglich ist auch die Lesart* monebimus.

---

[3]) *Über ihn s. zum Brief vom 30. August 1527. Etwa im Mai 1524 war Farel bei Zwingli, und erhielt von diesem die Heßschen Thesen vom 20. April, aus Breslau an ihn gesandt. Diese Thesen schickte Farel dann an Faber Stapulensis, der sie sehr beifällig aufnahm und am 6. Juli verdankte; Herminjard 1, Nr. 103 (p. 226, die Thesen abgedruckt p. 228 ff.).* — [4]) *s. Nr. 142, Anm. 5. Mosellan starb am 19. April 1524.* — [5]) *Wie die Stadt St. Gallen, so begann sich das benachbarte Land Appenzell seit 1524 entschieden der Reformation zuzuwenden. Insbesondere erfolgte, nach dem Vorgang St. Gallens vom 5. April, die Einführung des Schriftprinzips durch die „große, vollkommene Landsgemeinde" von Appenzell, wohl Ende April. In dem hierauf von Ammann und zwiefachem Rat erlassenen Mandat heißt es: die Priester sollen nichts anders weisen und lehren, an der Kanzel und daneben, zum Leben und Tod, denn was sie mit Grund heiliger Schrift alten und neuen Testamentes können und mögen beweisen, probieren und erhalten; und wer anders weiset und lehret, dem soll Muß und Brot und alle Nahrung, auch Schutz und Schirm abgeschlagen sein und er aus dem Lande verwiesen werden. . . . Alle Priester müssen hundert Gulden verbürgen, daß sie nichts, als was sie mit der Schrift zu erhalten wissen, lehren wollen.* — [6]) *Zu Freiburg im Breisgau ist am 8. Juli 1510 immatrikuliert Dominus Johannes Heß de Appenzell presbyter Constant. dioc. Er wurde Kaplan in Appenzell und wird als solcher an der Badener Disputation 1526 erwähnt, mußte aber später weichen und kam nach Teufen, wo er auch starb, nachdem er „mit aller Mühe und Arbeit in großen Gefahren und Verfolgungen treu gedient"; Klarer, App. Ref.-Gesch. S. 810, 816.* — [7]) *sc. Schurtanner in Teufen, der Anfänger des Evangeliums im Appenzeller Land, dem Zwingli seinen „Hirt" gewidmet hat, durch Vorrede vom 26. März 1524; vgl. Nr. 321, Anm. 20 und Bd. III, S. 5.* — [8]) *Benedikt Burgauer; s. Nr. 327, Anm. 7 und Nr. 375.* — [9]) *sc. Iudae, in dessen Hause Zwingli auch andere Briefe schrieb, vgl. Nr. 281, Anm. 9 und Nr. 284, Anm. 6.*

Salutat te vicissim Leo cum omnibus fratribus. Georgium Vadianum[10] nostrum salvum omnes optamus.

Huldrichus Zuinglius tuus ex animo.

Doctissimo piissimoque viro Ioakimo Vadiano,
tum corporum tum animorum medico exploratissimo. —
Gen Sanct Gallen an doctor . . .

6 *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes absprangen — hinter* doctor *ist in neuer Zeile noch ein* o *lesbar (Vadiano?).*

---

[10]) *s. Nr. 321, Anm. 18.*

338.

Jakob Wimpfeling[1] *an Luther und Zwingli.*

(Schlettstadt), 23. Mai 1524.

M*artino* Luthero Wittenbergen*si*
et Uldrico Zuinglio Thuricensi concionatoribus
Iacob*us* Wimphelingus salutem[2].

Obsecro vos per viscera misericordie dei nostri, ut, si unquam dialogos[3] Iheronimi Emseri „De missa et eius canone“ lecturi estis, ne mox ad bilem aut invectivas inflammemini, sed Christiana modestia praediti omnia prius examussim diiudicetis, si praestantibus priscorum patrum aut sacrarum literarum testimoniis sint suffulti; praesertim quod in canone utraque vivorum et defunctorum memoria persistat, nequaquam a sacris literis alienum esse videtur. Paulus

4 diiudicetis] diiudicetur — 7 *am Rande* 1. ad Timo. ij.

CANO | NIS MISSAe | CONTRA HVLDRI- | CVN[!] ZVINGLIVM: | DEFENSIO. | M. D. XXIIII. | *Schrift des Hieronymus Emser, in Straßburg herausgegeben durch Wimpfeling; hier Blatt A^b obige Zuschrift. Zweite Ausgabe 1532 in Köln (Titel bei Enders, s. unten).*

Abdruck: 1. Amoenitates literar. Friburg. fasc. 3 p. 542 f. durch Riegger. — 2. Danach: Sch. u. Sch. VII 342 f. — 3. Enders 4, 344 f. (Nr. 796), mit Kommentar (der hier benutzt ist).

---

[1]) *Jakob Wimpfeling (1450/1528), von Schlettstadt, Träger der älteren, noch konservativeren humanistischen Richtung im Elsaß, namentlich verdient als Pädagog. Er lehrte in Heidelberg, predigte dazwischen am Dom zu Speier, lebte von 1500 an im Kloster der Wilhelmiter zu Straßburg und seit 1515 in Schlettstadt, wo er starb. Der Reformation vermochte er nicht mehr zu folgen. Seiner Stimmung gibt der vorliegende Brief Ausdruck (vgl. namentlich den Schluß). Vgl. über ihn Ch. Schmidt, hist. litt. de l'Alsace 1, 1—188, Jos. Knepper, Jak. Wimpfeling 1902.* — [2]) *Wimpfeling zitiert diesen Brief selbst. „Er beabsichtigte auch 1524 die Herausgabe einer Schrift: Invectiva Buceri ad Iac. Wimpheling cum eius responso, cum aliis eiusdem epistolis ad Capitonem, Hedionem et alios Scismaticos Argentinenses, und schreibt darüber am 11. November an N. N. (Thes. Baum. II. 127): Posset et addi epistola*

[1. Timoth. 2. 1f.] enim obsecrat primum omnium fieri obsecrationes et orationes pro omnibus hominibus, pro regibus et omnibus, qui in sublimitate constituti sunt, et pro vita functis Dionysius scribit[4] orationes in ecclesię exordio esse factas. Consentit Augustinus et Gregorius, ut taceam de lib*ris* Machab*aeorum*[5]. Sed et quod hac etate, contra patrum consensum, non nulli nova moliuntur, nedum exteris stomachum movet. Verum eciam Caspar Hedio, concionator Argentinensis, elegantem nuper ad Oecolampadium dedit epistolam[6], qua novitatem sediciosam et maiorum decreta equissima esse asseverat. Minus ergo prudenter misse officium morisci choreę[7] a desertoribus quibusdam assimilatur, eiusque fructus cum omnium ceremoniarum sacrorumque ordinum reiectione enervantur, adeo, ut propter huiusmodi horridam novitatem vix a bellis intestinis et domesticis ammodum temperetur. Demus enim, ut omnes ceremonie et cantica primum a Roma prodierint (licet apostoli quoque cętus ad canendum Christo habuerint antelucanos[8]), non propterea ea, quę a tempore apostolorum et ab etate Leonis et Gregorii in consuetudinem sanctam recepit ecclesia, oblitteranda vel vicio danda esse videntur.

8 Oecolampadium] Eecolampadium. *Die Ausgabe von 1532 korrigiert:* Ecol. — 14 ammodum] ammodo — 16 antelucanos] *am Rand:* Tertull. apologico. [!] *c. 2.*

---

mea ad M. Luterum et Ul. Zwinglium, quae impressa est in exordio cuiusdam libelli, cuius auctor Hier. Emserus, de officio missae, impresso Argentinae" (Enders a. a. O.). — [3]) *Emsers Schrift ist gerichtet gegen Zwinglis „De canone missae epichiresis" (Abdruck Bd. II, S. 552 ff.) und erinnert insofern an einen Dialog, als Emser jeweilen eine Stelle aus der Zwinglischen Schrift zitiert und ihr dann seine Erwiderung folgen läßt.*

[4]) *De eccl. hierarch. c. 3 § 9.* — [5]) *Enders zitiert: Aug., z. B. im tract. in Joh. Ev. 84; Greg., z. B. im liber Sacramentorum; 2. Macc. 12. 43ff.* — [6]) *Wimpfeling benutzt hier einen Brief Hedios vom Jahr 1522 aus Mainz an Oecolampad auf der Ebernburg, worin der letztere wegen kultischer Änderungen, besonders bezüglich des Meßkanons, zur Behutsamkeit ermahnt wird, und es u. a. heißt: „Scio pectus tuum tam vere Christianum, ut abhorreat a seditiosa novitate . . .; scio quoque, quod tu maiorum decretis, aequissimis inquam, nullo non tempore obtemperasti, neque nunc, arbitror, aliud in mentem tibi venit". Epp. Oecol. et. Zw. 1536, fol. 11b.* — [7]) *Moriskentanz, Mohrentanz, groteske Tänze, wozu Enders die 1521 erschienene Flugschrift „Von dem pfründmarkt der Curtisanen und tempelknechten" zitiert: „Morgens strichen die lieben herrlin herfür mit ungeweschnen henden und gond mit großer andacht über altar, machen große kreuz, zerdenen ire arm und reißen die selzamisten bossen über altar, als wölten sie den morischken danz springen"; Schade, Satiren u. Pasq. 3, 65. Vgl. Grimm, Deutsches Wörterbuch VI, 2475. Französisch danse moresque et farces.* — [8]) *Anspielung an den Brief des Plinius an Trajan (Plinius, Epistul. X 96 ff.): affirmabant . . . quod essent soliti stato die ante lucem convenire.*

Nam et Bernhardo teste[9], qui ecclesiam non agnoscunt, non est mirum, si ordinibus ecclesię detrahunt, si instituta non recipiunt, si sacramenta contemnunt, si mandatis non obediunt. Creditis indubie, neque spiritum neque sapientiam Bernhardo defuisse, nec vestrum proculdubio iudicium illuminatissimis patribus, quibus ductu boni spiritus aliter visum est, praefertis. Date mihi veniam, obsecro. Dissensio per Germaniam suborta et quorundam frigiditas, qui ceremonias, qui preces et cantus nedum flocci faciunt, sed et pedibus conculcare nituntur, me senio fessum ad scribendum impulerunt.

X. Kalen*das* Iunii *MD*XXIIII.

1 *am Rand:* 2. can. 66 *(s. unten Anm. 9).* — 4 spiritum] spiritu — 8 flocci faciunt] floscifaciunt.

[9]) *Cantic. Canticor., sermo 66, § 11. Opp. Bernh. II, 1100. ed. Migne, Patrol. T. 183.*

339.

Zwingli an Martin Bucer.

Zürich, 3. Juni 1524.

Gratia et pax a deo et domino nostro Iesu Christo. Quod nos, optime Butzere, inter eos collocas, qui, quod sentiunt, palam ac fideliter produnt, candide tu id quidem facis, verum quam prudenter aut vere, ipse videris. *Τῆς ὑποκρίσεως* enim vis tanta est, ut, nisi me totus ipse fallam, omnia omnium consilia, facta et dicta vel ex toto corrumpat vel, si ultra nequeat, aliqua parte vitiet, atque hoc summum est in isto malo, quod, ut potentissimum est, ita artibus pollet infinitis, imo hac ratione insuperabile est, quod artem, cum in arte semper, invenit, perpetuo iuvenescit; quemadmodum enim in comico isto servo fallacia alia aliam trudebat[1], sic istuc malum dolos subinde novos scaturit, quibus tum nobis tum proximo imponit. Tentabo tamen et ad epistolam tuam[2] brevibus et sententiam meam temporariis parabilibusque verbis exponere. Nihil opus fuisset (verbo absit invidia), ut te tanta remorareris a seriis epistola, nisi ita ocio abundetis apud vos, ut iis non hercle frivolis partem aliquam citra iacturam impendere liceat. Mitto autem omnia, quibus et argumenta tua, quibus a nobis dissentire videri poteris, refelli aut referiri posse videantur et nostra sententia firmari; nam si hoc pacto iterum de divinis scripturis contendere cęperimus, sophisticen vetere longe perniciosiorem inducemus. Sequntur nunc capita. Legem non continuo dicit secundum ceremonialia solummodo esse abolitam, qui negat statuarum imaginum cultum inter ceremonialia censeri, sed quandoquidem Wittembergenses de ceremonialibus id sentiunt, ut inter *ἀδιάφορα* habeantur, vosque, videmini [?] libenter eos sequi, negavi ex

Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.
Abdruck: Rud. Stähelin, Briefe aus der Reformationszeit. Basel 1887. S. 15/19.

[1]) *Vgl. Terenz, Andria IV 4, 39.* — [2]) *s. Nr. 333 vom 19. April.*

ἀδιαφόρων esse, quod non essent ceremonialium. Hic duo mihi se suggerunt: unum, quo pacto lex sit abrogata; nam tu hic multum laboris expendisti, alterum, quod non modo vetere sed nova quoque lege ab imaginibus interdictum sit. Lex ei modo abrogata est, qui firma fide ardentique caritate domino hęret; finis enim legis est caritas *[Röm. 13. 10]*; hęc ubiubi est, in lege domini sui meditatur et cęlesti spiritu rigata haud aliter fructum reddit quam lignum, quod ad derivationem fluviorum plantatum est *[Ps. 1. 3]*. Cum dominus loquitur, non terretur, sed sibi gratulatur de cęlestis verbi alimonia, luce, liberatione; leges omnes, quibus ęgre a quibusdam obtemperatur, sic dispensat, ut omnia in gloriam domini cedant. Hactenus, arbitror, in eadem sumus sententia. Fiet igitur, ut exempli causa dicam, ut vere fidelis mens quęque deum deperit, nihil penitus reclamet, qum dominus dicit *[2. Mos. 20. 4 f.]*: non facies tibi sculptile etc., non adorabis ea neque coles etc. Sed dum simul videt infinitos, qui cum deo contendere praeceptorumque eius rationem exigere audent, parcit non nihil ac dispensat caritas, etiam in divina lege, donec impiorum corda per spiritum cęlestem emolliantur, ut verbum capere queant. Hic tamen est modus in rebus[3], quem nemo alius pręter eum, qui caritatem per spiritum suum in pectora nostra diffudit *[Röm. 5. 5]*, edocere potest, ac dum ille iubet, prodeundum faciendumque omnia, ad quę mittit. Hactenus, arbitror, aduc nobis convenire. Verumtamen antequam ultra progrediamur, carissime Butzere, nobis, qui verbo pręfecti sumus, sollicite spectandum est, ne legis antiquationem imprudenter prędicemus, quo audaces quidam libertatis nomen audientes delinquendi occasionem arripiant. Sunt enim, ut est procax malum ὑπόκρισις, qui, etiam dum audiunt, eum modo a lege esse liberum, qui totus a deo pendeat, illum unice deamet ac miretur, sese hoc pacto liberos esse audeant simulare, ut peccandi licentia non nihil ęquior esse videatur. Sic igitur ipse in perpetuo more habeo, ut legem nusquam omittam, qua tamen et bonos ita duco, ut non minus libenter sequantur, quam Herculem Gallicum[4] turba ista ex auribus pendens; dulcis est enim

---

[3]) *Vgl. Horaz, Sat. 1, 1, 106 (Otto 226).* — [4]) *Vgl. Lucian, Herakles § 3:* ὁ γὰρ δὴ γέρων Ἡρακλῆς ἐκεῖνος ἀνθρώπων πάμπολύ τι πλῆθος ἕλκει ἐκ τῶν ὤτων ἅπαντας δεδεμένους. *Auch Luther (Weim. Ausgabe V 537) erwähnt fabula illa Gallici Herculis. Außerdem ist damals der Hercules Gallicus Gegenstand künstlerischer Darstellung gewesen; es gibt eine ihn darstellende Zeichnung von Raphael. Vgl. Gemäldegalerie der berühmtesten Maler. Sämtl. Werke von Raphael Sanzio Nr. 468 (vgl Weim. Ausgabe a. a. O. S. 676). Ebenso hat Albr. Dürer in einer Handzeichnung den „keltischen Herakles" dargestellt. Vermutlich war Dürer durch Pirkheimer, der Lucian übersetzt hatte, angeregt worden. Vgl. O. Jahn: Aus der Altertumswissenschaft, populäre Aufsätze (1868), S. 348 ff. Bucer schreibt 1530 in seinem Evangelienkommentar: non*

lex domini super mel ori fidelis animę *[Ps. 19. 11]*; malos autem ita terreo, ut lex conscientiam eorum simul et remordeat et peccandi libidinem vel publico pudore coerceat, donec Christus generetur in eis. Fideles igitur domino erimus, si eas conscientias, quę spei malagmate opus habent, euangelio solemur et eos, qui morbum suum non agnoscunt et per carnis torporem nihil sentiunt, asperitate legis extimulemus. Hęc volui obiter tecum agere propter quosdam, qui euangelium haud aliter prędicant, quam qui tempestate Pauli de industria ad odium eius perdebant potius quam prędicarent *[2. Cor. 11. 5ff.]*. Breviter: iusto, id est fideli, omne verbum dei, sive legis sit sive promissionis, cibus est, lux et gratiarum actio. Ad alterum redeo, videlicet quod idola ex indifferentium numero non sint, qua parte non nihil dissidemus. Tu enim idolum ipsum, ut lapis aut lignum et opus artificis est, separas ab idolo, quod colitur. Argutum hercle confugium, si sacrę literę uspiam sic de idolo loquerentur! Verum qum undique de idolis, quatenus in precio habentur, augustę sunt, coluntur a gentibus, loquantur, iam nihil erat opus hac distinctione, ne postliminio Aristotelem reduceremus (ingenue enim loqui iubes, et nos per literas tuas sentimus, te tam ingenuum esse, ut offendi nostris nequeas); nam idola, de quibus nos disputamus, in eum usum iam ab initio facta sunt, ut prostarent et colerentur. Unde de ipsis hoc, quod omnis creatura dei bona sit *[1. Tim. 4. 4]*, capi nulla ratione potest; non enim manu dei, sed hominis eo consilio facta sunt, ut cultui servirent. Porro quod Pauli verbis *[1. Cor. 8. 4]*: „Nihil est idolum in mundo“ hanc distinctionem protegere instas, et quod etiamnum ex εἰδωλοθύτων edere liceat, sine apostoli iniuria vix fieri potest; nam cum dicit: „Scimus, quod idolum nihil est in mundo“, personam scientium induerat, qui ratione ferme pari, qua tu, argutabantur nihil esse idolum, propterea nihil interesse, dum oblata illorum ederent. Quibus duplici ratione respondet: una, quod non liceat propter offensionem imbecillium, altera, quam decimo tandem cap. *[1. Cor. 10. 20]* profert, quod cum dęmoniis communicent, qui eiusmodi faciunt. Lege diligenter et in-

trahit pater ad filium homines, velut homo saxum aut lignum post se trahit, sed ita, ut de Hercule Gallico fabulae memorant, fixis eum in auribus cathenis, ore post se homines traxisse, hoc est, a se persuasos, quo libuisset adduxisse (A. Lang: Der Evangelienkommentar M. Butzers 1900, S. 341). Reuchlin schreibt am 7. Mai 1518 an Kurfürst Friedrich den Weisen: „Hercules der alten Welt, wie viel standhaftiger männlicher Siege er ist obgelegen, noch käme es ihm zu keinen [!] Ruhme, hätt er nicht in allen Sprachen gelehrte Leute gemacht, die ihm seine gut Werk könnten zu Feld bringen und ausbreiten, wie das noch Luciani Sage, die steine Sul Hercules Bildung, genannt Ogmion, in teutschen Landen erfunden, anzeigt“. (Corpus Reformatorum I 27f.)

venies neque idolum neque idolothytum Paulo indifferens esse, nimirum loquente ut eo, qui a teneris in lege nutritus erat. Nec est, ut quisquam dicat: ergo non sumus a lege liberi; nam hac ratione maxime liberi erimus, si ab idolis et omnibus, quę vetat deus, simus alienissimi. Fidelium libertas porro ea est, ut ab iis, quę deus vetat quoque offenditur, simus quam liberrimi; nam quod deus aut angelus nec suilla nec agnina vescitur, imo nec vesci per naturam suam quidem potest, non continuo lege vinctus est et illiber. Nec tibi tam remotum exemplum videri debet absurdum; Christianum enim tam longe abesse oportebat ab idolis et omnibus, quę lege divina cauta sunt, quam angelus ab iis abest. Adde his omnibus, quod fides vera constantissime hoc habet, ut deus ille rerum omnium conditor nobis patris loco, *οἰκονόμον* et, quid multa, sufficientię opitulationisque omnis habendus sit, quam fidem non ex scriptura haurire licet, sed ex spiritu cęlitus influente, qui et ea aqua est, qua tingi oportere perhibet Christus, multo igitur minus ab idolis, quę nos gentilium more deo nostro erexi-mus. Hinc vides, quam infirmum sit argumentum, quo nituntur, qum dicunt: an non licet imagine veluti scriptura doceri? Primum hoc a papę sinu prolatum est; deinde quis est, qui scriptura doceatur? quot hominum *χιλιάδες* [!] scripturam habuerunt, at non crediderunt! nimirum quod fides non est literę aut elementorum, neque enim a sensu proficiscitur, sed spiritus intus docentis, exhilarantis et vivificantis. Postremo non est eadem ratio imaginum, quę scripturę. Imaginem si rudi proponas, nunquam ex imagine discet eum, qui cruci adfixus est, agnoscere; nam imaginem quidem videt, rem ipsam non potest videre. Ante omnia ergo verbo doceri oportet, et cum verbo doctus est, iam tandem imaginem agnoscet. Fit igitur, ut, qui verbo iam doctus sit, post educatur ad sensum, quo quid perversius fieri potest? Satis est hoc tibi ad videndum, quam diversimode doceant scriptu*ra*, quę mentem solummodo imbuit citra sensuum respectum, et imagines, quę ne capiunt*ur* quidem, nisi scriptura prius docuerit. Ex scriptura iam ad verbum ascende. Vides nunc, quam simus belle fideles scilicet, cum fides solius interni hominis sit et imagines solum sensum moveant, per quem fides non constat. Sed hęc omnia fortasse tam arguta tibi videntur, quam tua nobis. Proferam igitur alia duo, quorum alterum frivolum est, alterum vero anchora huius negocii. Illud aliud nihil quam ipse ego Zuinglius tuus, qui sola fide hoc expertus sum, quod spes in alium nunquam mihi esset habenda, quam in deum vivum. Unde fortasse primus divorum cultum evertere adgredi ausus sum,

29, 31, 37] *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da die Buchstaben durch Faltung des Briefes absprangen.* — 33 moveant] *ursprünglich* admoveant.

quod, dum ex fide didicissem spem omnem in deum esse habendam, mox diligentius omnes scripturę locos, qui vel pro nobis vel contra nostram fidem stare videbantur, inspexi et ab iniuria liberatos oculis omnium prodidi. Eadem tandem fide experior, quod homo per carnis improbitatem opus suum perpetuo defendit, clamat imaginibus se redaccendi; quod aliud nihil est, quam humano stercore velle divini spiritus ignem in humano pectore tanquam in fornace incendere. Pueri sensibus erimus, si per sensum perpetuo duci volumus, spiritu certe vel reclamante vel nullo in nobis existente. Adde quod omnigenarum divorum imagines et statuę huc solum tendunt, ut ad sensum ab interiori homine avocemur, unde factum est, ut a creatore ad creaturam conversi simus. Multo certius docemur perpetuo verbo, quam imaginum glaucomate. Hoc autem est, quod in novo testamento crebro vetantur idola, clarissime tamen Io. *[1. Joh. 5. 21]*: *Τεκνία, φυλάξασθε ἀπὸ εἰδώλων.* Hic mihi non distinguas inter statuam et cultum; nam quid nobis cum monimentis, quę in eum usum non sunt facta, ut cultui prostituerentur, sed ad hominum gloriam aucupandam? Sed idolum vetari scias, quod in eum usum factum est, ut augustum esset ac preciosum in oculis hominum, non quod rem gestam prędicaret, sed fumis nostris et incensis fuliginosum redderetur ac sensum nostrum solaretur, quasi pietas et devotio a sensu pendeat. Iam hoc non ignoras, quod, quantum sensui tribueris, tantum spiritui detraxeris. Horum omnium testem habeo totam ecclesiam nostram, quorum qui robustissimi sunt (quos ipse non a clamore, tumultu et frivolis istis quorundam moribus, sed a fidei tum constantia tum operibus ęstimo) huc omnes propendunt, ut infirmi et rudes verbo potius docendi sint, quam imaginibus, quę nihil quam sensum movent. Hic tamen modus hactenus servatus erit; nihil enim nisi ex caritate, hoc est dei sententia, statutum est agere. Non putemus deum tam oscitantem unquam fuisse, ut temere vetuerit imagines fieri, hoc est idola. Ipse enim sciebat, quid esset in homine, *φιλαυτία* scilicet, qua eum sciebat mox amplexurum esse opus manuum suarum *[Ps. 9. 17]*.

Vale, servetque te incolumem is, qui solus conscientias nostras imbuit, ad se trahit et vivificat, in quo sperantes unice letantur ac eius voluntatem ab ipso intus docente discunt. Omnia boni consule. Cętera frater noster Franciscus[6] in domino fidelis omnia narrabit,

3, 35] *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da die Buchstaben durch Faltung des Briefes absprangen.* — 28 *vor* nihil *zwei Worte:* qui plus [!] *gestrichen.*

[6]) *sc. Kolb; s. Nr. 379. Kolb hatte kürzlich in Zürich etliche Predigten gehalten und war verschrieen worden, er habe gepredigt, nicht Christus, sondern St. Jakob der*

quę apud nos sunt. Unde nunc hic pepercimus, id temporis alio loco . . . . . usus erit ullus, epistolam hanc communica. Quę postea apud nos fient, ex ordine per epistolam nostram, si deus ita volet, scietis. Commendamus vobis dictum fratrem Franciscum, quo vehementer gavisa est ecclesia nostra. Vehementer docet ac plurimum subinde movet auditorum animos; ardet verbum, quod per ipsum dominus docet.

Salvos iube omnes fratres, Capitonem, Zellium, Ottonem, Gerbelium, Hedionem, Symphorianum[7] a facie ignotum, omnes.

Ex Tiguro 3. die Iunii M.D.XXiiij.

Huldrichus Zuinglius tuus.

(Adresse fehlt).

2 *in der Falte des Papiers etwa drei Wörter unlesbar.*

---

mindere habe für die Menschen gelitten. Zwingli wehrt sich deshalb für ihn in der Druckschrift vom 25. Juni 1524: „Unterrichtung, wie man sich vor Lügen hüten soll". (Bd. III, S. 132ff.).

[7]) *Zell und Symphorian hatten durch Bucer grüßen lassen, Nr. 333, Anm. 18 und 19. Zu Gerbel s. Nr. 299. Otto ist wohl Otto Brunfels, der Freund Huttens, seit 1524 in Straßburg; vgl. Röhrich, Gesch. d. Ref. im Elsaß 1, 256ff. Er war Zwingli schon durch einen Brief bekannt, s. Nr. 278, Anm. 1.*

340.

Zwingli an Johannes Frosch[1].

Zürich, 16. Juni 1524.

Gracia et pax a deo patre et filio eius, domino nostro Iesu Christo *[Röm. 1. 7]*.

Hac te ratione adpellamus, charissime in domino frater, ut ne admiratione capiaris neque ipse longum prooemium scribere cogar, quod iam olim te vir quidam vehementer doctum, supra modum et a pietate et a fideli verbi ministerio nobis commendavit, quo factum est, ut nullam aliam duxerim occasionem spectandam, ut te oportune literis conveniam, tempestive non dubitans venturum, qui ad hoc veniat, ut de verbi negocio pie conferat, quocunque tandem momento et ad quoscunque venerit.

Cernis ante oculos, frater, quantum inter se dissideant caro et spiritus, quorum tam iuge inter se bellum est, ut nullę prorsus respirandi induciae impetrari queant *[Gal. 5. 17]*. Nam utercunque dixerit:

Epistola paraenetica Huldrichi Zuinglii ad Ioannem Frosch Theologum. Altera Urbani Regii, eiusdem generis, Ad eundem. Gleichzeitiger Druck in 4°. (Finsler, Zwingli-Bibliographie Nr. 28).

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 343/347 (einschließlich des zweiten Briefes, den wir ebenfalls folgen lassen).

---

[1]) *Johannes Frosch, anfangs 1516 in Wittenberg unter Luthers Vorsitz Lic. theol. geworden, ist bekannt durch die freundliche Aufnahme, die er als Prior der Karmeliter zu St. Anna in Augsburg Luther gewährte, als er 1518 vor Cajetan zitiert wurde. Das Kloster wurde zum Herd der Reformation in Augsburg. Frosch legte zwar 1523 sein Amt nieder, blieb aber evangelischer Prediger bei St. Anna mit solchem Erfolg, daß ihm Eck und der Bischof nichts anhaben konnten. Wenige Tage nach Luther war er selbst nochmals nach Wittenberg gereist und mit der Würde eines Dr. theol. heimgekommen. Von da an blieb er Luthers unentwegter Anhänger, ohne wie sein Kollege Regius eine Zwinglische Phase durchzumachen. Am Reichstag von 1530 ordnete der Kaiser die Entlassung der evangelischen Prädikanten Augsburgs an. Frosch ging nach Nürnberg, kehrte zwar wieder zurück, doch ohne sich in die Zwinglische Wendung schicken zu können; er starb schon 1533 als Prediger zu St. Sebald*

nunc pax est et securitas, tum alter de improviso insurgit, adoritur et obruit. Quod pulchre Paulus indicavit *[1. Cor. 10. 12]*, dum stantem sollicitum esse iubet, ne alicunde ad casum trahatur, quod certe non aliis dixit, quam eis, qui iam spiritum ducem sequi cęperunt. Desidet et apud Christum quidam his animam suam verbis alloquens: anima mea, habes multa bona, sede, quiesce, ede, bibe, letare *[Luc. 12. 19]*. Sed et illam inopinato opprimit deus, unde nec carni quicquam tutum est, quamvis huc omne studium vocat, ut quam optime in hoc mundo habeat. Sunt igitur curę pares tam carni quam spiritui, sed impar sequitur finis. Qui enim spiritu perpetuam stationem egerit, hoc invenit, ut a labore ad requiem transeat. Contra, qui carne seductus seipsum sollicitudinibus eius mancipavit εἰς *Μανδραβούλου*, ei omnia cedunt[2], et ut in Germanico proverbio[3] est: Cum hic rhedam traxerit, illic currum trahere compellitur.

His ego totis ad hoc tendo, ut, quandoquidem iam dudum ad aratrum admovisti manum *[Luc. 9. 62]*, constanter progrediare, nihil ad ea, quae reliquisti, retro spectans, ne alicunde carnium et alliorum adpetitus tibi obrepat, qui segnem reddat per gravem eremum proficiscentem *[4. Mos. 11. 5 f.]*. Neque huius, Hercle, ita admoneo, ut verear te brachia remissurum; sed currentem adhortor et adclamo, ut magis ac magis curras nec patiaris laborem, qui tibi nimirum haud aliter quam omnibus Christi ministris hac tempestate crescit, ulla ratione ab instituto cursu revocare. Quanto enim vehementius persequutio arserit, tanto constantius coelestis verbi imbrem iniiciendo obstare illi oportet. Quae hactenus fieri vidimus, initia sunt tantum malorum *[Matth. 24. 8]*. Caro enim, quae hucusque, ut est rerum novarum studiosa, susque deque nonnulla tulit, ubi se pati serio, ubi rei nominique decedere viderit, neque sese tuendi aut sua repetendi spem ullam adparere, iam clamabit, iam tumultuabitur ac omnia miscebit. An non vides, ut quidam nunc ringunt, ut rumpuntur? Quid vero interim verbi ministros dicere oportet aliud, quam: sic oportet fieri, sed nondum finis adest *[Matth. 24. 6, Marc. 13. 7]*?

2 *am Rand:* 1. Cor. 10. — 5 *am Rand:* Lucae XII. — 16 f. *am Rand:* Num. XI. — 25 *am Rand das Stichwort:* Caro — 31 *am Rand Zitate:* Mat. XXIIII., Marc. XIII., Luc. XXI.

---

in Nürnberg. Roth, Augsb. Ref.-Gesch. I (1901), II (1904), III (1907) (siehe Register). Gödecke, Grundriß 2, 181.

[2]) *Sprichwörtliche Redensart von Dingen, die immer geringer werden:* ἐπὶ M. χωρεῖ τὸ πρᾶγμα. *M., ein Samier, weihte der Hera von einem gefundenen Schatze im ersten Jahr ein goldenes, im zweiten ein silbernes, im dritten ein ehernes Schaf.* — [3]) *deutsches Sprichwort: Wer keinen Wagen hat, muß mit dem Karren fahren (Wander IV. Nr. 144).*

Imitatur spiritum caro, quamvis longe diversissima ratione: ille omnia agit, ut in gloriam dei cedant; haec haud aliter videri vult, cum interim aliud nihil quam (ut dicitur) sibi canat[4]. Si tu prodeas verbo dei ostensurus, ut miserae mortalium mentes sint humanis traditionibus captae et miserius laniatae, confestim prosilit et caro, universa in usum animarum statuta esse clamans, interim tamen sibi conscia, quo spectet, aut ubi se calceus urgeat. Si verbo dei primas des negesque illi quicquam comparari oportere, mox et se intelligere verbum caro iactabit, et verbi autoritate sibi traditum, ut verbum moderetur etiam. Id si tu neges, iam dissidia et bella velut ex equo Troiano prodibunt. Caro enim ad arma sua, spiritus autem ad vim suam convertitur, qui carnalia nescit arma. Sed illa quae sunt? dei potentia; illius autem sunt carceres, contumelię, ludibria et neces; quae nisi plane contemnas, periculum est, ne ipsorum metu cesses. Quod si contra deus dederit, ut etiam in eis glorieris, iam super aspidem et basiliscum ambulabis vincesque omnem contrariam virtutem *[Luc. 10. 19]*. Vides enim etiamnum, ut tyrannis istis doleat; dum Christi verbum adflictionibus premere tentant et nihil proficiunt, quid putas omissuros esse, si quando ad extrema deventum erit? At omnino verbo instare cogimur. Leo enim dum rugit, ut propheta habet, quis non pavebit *[Amos 3. 8]*? et dominus quum loquitur, quis non clamabit? Videmus enim coelestem patrem de more suo mundum emendare statuisse; qui tempestive semper admonuit per servos suos prophetas nocte consurgens *[Jer. 7. 25]*, idem nunc facit, ut omnibus videre licet; verbum suum mittit, ut sanet *[Ps. 146. 3]*. Verbi splendorem videmus, cuius vis omnino tanta est, ut non sit minor spes in libertatem spiritus adserendi populi, quam sub Mose ex Aegypto educendi. Videmus haud secus mundi maliciam, quae tanta est, ut a planta pedis non sit usque ad verticem sanum quicquam *[Jes. 1. 6]*. Cum igitur (ut dictum est)[5] coelestis ille pater familias nusquam cesset, sed amanter caveat, ne suam super nos iram provocemus, debemus omnibus velis et remis, quibus verbi ministerium creditum est, viciis obstare, conscientiis mederi, etiam si totus simul mundus remurmuret, si calumnietur, si lapidet, si occidat. Nam sic placuit coelesti patri mundum vincere patiendo, ut proprio etiam filio non pepercerit

1 f. *am Rand:* Spiritus. — 7 primas] primus — 12 dei] deo — 14 metu] motu — 18 quando] quum — 19 f. *am Rand:* Amos III. — 22 *am Rand:* Christus emendabit mundum — tempestive] tempestiva — 24 *am Rand:* Psal. CXLVII. — 28 verticem] verricem — 32 *am Rand:* verbo insistendum.

---

[4]) *Vgl. Wander IV, S. 566, Nr. 23: jeder singt sein Lied.* — [5]) *Anspielung an Röm. 2. 5, Eph. 5. 6, 1. Thess. 1. 10, 5. 9 u. a.*

[Röm. 8. 32]. At cum se mundus maxime vicisse putasset, nonne Christus victor triumphabat? Sic omnia ferendo et a fideli ministerio verbi non cedendo Christum victorem videbimus, et ii, qui adfectibus suis Christi negocium praetexunt, in profundum cadent; non enim est consilium contra dominum. In lapidem incident multi, sed offendent; nam et lapis tandem super ipsos cadens conteret ossa eorum, qui hominibus placent *[Luc. 20. 18]*.

Age igitur, candidissime in domino frater, dextre, ut soles, sed et intrepide verbi ministerium obeas. Dominus loquitur, et verbum suum lucet. Mundus pessimis plenus est. Clarum ergo est, quod omnino mundum instaurari, et per verbum, inquam, instaurari oportet; nusquam igitur cunctandum, nusquam latendum, ne pereuntium sanguis de manu nostra requiratur *[Ez. 33. 6]*. Et hii, qui nobis mille supplicorum genera minantur, tam non sunt metuendi, ut non alia via certi simus nos recte in ministerio verbi versari, quam si nusquam a persequendo abstineant. Quid enim aliud faceret caro? quantum igitur creverit persequtio, tantum scias verbum incrementum capere. Et nos interim quę maior gloria sequi potest, quam si nos dominus in verbi sui ministerio consumi voluerit? Sic adversus mundi huius procellas animati fortiter dimicemus, ut ab omnibus abstineamus atque hoc unum spectemus, ut ei placeamus, qui nos in miliciam suam scripsit, quod faxit is, qui nos et creavit. In quemcunque usum placuerit, utetur.

Haec qualiacunque oro boni consulas; raptim scripsimus et confuse, ut omnia. Tu vero confortare et robustus esto. Caetera, quae apud nos aguntur, ex ordine narrabit Ludovicus Hätzer[6], iuvenis rem Christianam adprobe doctus, quem et tibi commendamus.

Vale, servetque te cum ecclesia nostrate Christus incolumem. Salvi sint omnes fratres.

Ex Tiguro 16. die Iun*ii* M.D.XXIIII.

Huldrichus Zuinglius,
ex animo tuus.

Pio fidelique Christi discipulo Ioanni Frosch, Carmelitae, apud Augustam Vindelicorum verbi ministro, fratri suo in domino charissimo.

2 Christus] Christns — 5 f. *am Rand:* Lucae XX. — 15 quam] quum — 25 *am Rand:* Ludovicus Hätzer — 32 *die Adresse steht im Druck an der Spitze des Briefes.*

---

[6]) *s. Nr. 383.*

Urbanus Regius Ioanni Frosch, suó in Christo fratri, Christum salutare nostrum.

Epistolam Huldrichi Zuinglii heri tibi redditam, frater ab ilibus dilecte, legi relegique magno animi et ardore et stupore. Loquitur enim vir ille dei meras flammas, atque utut vivae vocis energiam calamus assequi nequeat, mirę tamen refert pii cordis prudentem simplicitatem et nescio quid nostro sermone maius. Eruditionem interim et eloquentiam hominis taceo. Vide autem, quam circumspectet charitas sollicite, quam omnino nihil intermittat eorum, quae et ad dei gloriam et fratrum necessitatem pertinent. Quis infirmatur, et non infirmatur Zuinglius *[2. Cor. 12. 10]*? Nonne quotidianam omnium ecclesiarum curam gerit? qui etiam Augustanae ecclesię per nos bene consultum cupit. Novit nimirum Zuinglius Satanae cogitationes, mundi imposturas carnisque lenocinia undique instare et obstare verbi ministris. Ipse enim, si quis alius, egregie in hac tentationum palestra aliquot iam annis exercitatus est. Meae me tepiditatis vehementer puduit, cum hunc spiritus fervorem et impetum ultimis hisce temporibus pernecessarium cernerem, ac sensi protinus nec sine iusto animi dolore, quantum in me iuris etiamnum caro habeat, quam probe frigeam, si his Zuinglii flammis fuero collatus. Acclamat ille fortiter et velut manum porrigit belli impetum ferre non valentibus. Cohortatur instar boni imperatoris ad pugnam, prœcedit ipse scuto fidei communitus et hostium vim obiecto corpore gnaviter sustinet, cumque in medio hostium cuneo luctetur, in tantis tamen sudoribus et periculis commilitonum minime oblitus clamat et urget, ne quis pedem referat, ne timidus stationem deserat et ingruentis periculi magnitudine territus relicto signo crucis triumphantissimo a Christo duce ad Antichristum deficiat. Invictissimus Christi miles Paulus sępe desides extimulat, laborantes et adflictos ad militiam huius vitae erumnosae alacriter gerendam Christi et suo exemplo excitat. Simili charitate iam utriusque nostrum studiosissimus frater tibi acclamat, nihil dubitans in tam ampla civitate non parum multa accidere tibi, quae verbi cursum praepedire possint. Opus est sane et mihi et tibi huiusmodi acclamatore, qui velut classico nos exuscitet, ne frangamur bello tam assiduo inter hostes tam propinquos. Nunquam non sollicitat caro exicialibus his blandimentis, ut, quemadmodum olim Demas *[2. Tim. 4. 10]*, sic nos relicta tam ardua provincia prœsens seculum amplectamnr. Ubi non retrahit mundus? Tentator autem quas non tendit insidias, ut, quod (prohibente Christo) non potest impetu, mille artibus efficiat? In hoc certe tot mortes intentat, ut metu perculsi fugiamus; horribiles passim minas et insidiarum rumores spargit, atrocia edit exempla, ut imbecillem carnem exanimet crucisque offendiculum aboleat. Quoties ille perpetuo hoc triennio, cum me blandiciis a cępto avertere, nempe opum contemptorem, non posset, obiectis vinculis et periculis itinerum gravissimis enervare animum molitus est! Gratia autem deo per Christum, qui vas illud fictile paterna benignitate et providentia ubique tutatus est, ne adversariorum furore diffringeretur. Perexiguum vero est, quicquid telorum in corpora hostis noster immisit; praesentiora longe sunt animarum pericula: hic vigilat hostis, ut vel ad dexteram vel sinistram nos a regia via abflectat, ut saepe cum gemitu dicam: O quam non frustra exclamabat σκεῦος ἐκλογῆς τοῦ θεοῦ *[Act. 9. 15]*: ‚Miser ego, quis me eripiet ex corpore morti obnoxio' *[Röm. 7. 24]*? ‚Non tantum contra sanguinem et carnem lucta nobis est, sed adversus spirituales

12 *am Rand:* Zuinglius exercitatus miles Christi — 24 gerendam] gerendum — 42 f. *am Rand:* Rom. VII. Ephes. VI.

astucias in coelestibus' /*Eph. 6. 12*/. Inter has animi angustias exemplo Zuinglii et aliorum, quos in verbi ministerium accivit deus, nonnihil recreor et animor; hos enim cum tam forti animo perferre video, quicquid uspiam accidit vel adflictionum vel tentationum, meam certe pusillanimitatem detestor. Sic Christo placitum est, ut mutuis precibus et hortatibus in suscepto dei negocio corroboremur.

Perge igitur et, quod facis, ne facere desistas, ac Zuinglii nostri admonitionem ex fraterna charitate profectam boni consule. Ego quod ad me attinet, adero laborum socius, operam meam, et si quid donorum dei haec habet animula, tibi tam libenter quam merito polliceor. Iam enim Augustanorum precibus permotus sublimem illam Pauli ad Roma*nos* epistolam coram ecclesia nostra interpretabor, ut hac velut introductione in universam scripturam Christifidelium animi praeparentur. Quare communibus votis deum totius consolationis /*2. Cor. 1. 3*/ precabimur, ut nobis plantantibus et rigantibus felix det incrementum /*1. Cor. 3. 6*/, ut denique triumphet per nos in Christo et odorem noticiae suae per nos in omni loco manifestet /*2. Cor. 2. 14*/. Amen. —

Augustae.

341.

Zwingli an Vadian.

Zürich, 4. Juli 1524.

Gratia et pax a domino. Cogis me, carissime Vadiane, in medio tot occupationum strepitu nuptiarum patronum et adparitorem fieri, nec tamen invitum. Quid enim est, quod tibi non debeam? Et nuptias, quis est, qui neget rem esse multo piissimam? Hoc tamen utrique interim spectandum est, ne committamus, ut aliquando dicere cogamur: non putaram. Egi ergo negocium hoc ex fide, nulla fretus experientia, quam hercle, si uspiam, hac in re primam esse oportuit, sed tuis integritate et candore. Finge enim vel solum halitum in altero sponsorum esse vitiatum, quantum periculi hoc putas aliquando esse daturum? Atque istuc ut alios curiosum est vestigare, ita mihi turpe fuerit tum scissitari [!] tum disputare, et puellę suspitiosum. Neque tamen hęc tam levis causa est, ut non tota sequi dissidia et divortia et sępe viderimus et leges ipsę permittant. Egi autem cum domina[1] ipsa primum, quę ut est a Christi partibus, nephas [!] duxit

7 quam] *am Rande, im Texte gestrichen* q — 11 scissitari] *ursprünglich* nosse.

St. Gallen, Stadtbibliothek: Litt. misc. II. 197.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 347 f. Arbenz, Vad. Briefs. 3, S. 79 (Nr. 400).

---

[1]) *Katharina von Zimmern, die letzte Äbtissin am Fraumünster in Zürich. Sie war die Tochter des schwäbischen Freiherrn Johann Werner von Zimmern, den Kaiser Friedrich III. im Jahre 1488 in die Reichsacht erklärte, und wohnte bei ihren Eltern zu Wesen, als Zwingli in seinen jugendlichen Jahren dort bei seinem Oheim, dem Dekan Bartholomäus Zwingli, auferzogen wurde. Dann kam sie als Nonne in das Kloster zu Zürich und wurde am Osterdienstag 1496 mit Mehrheit als Äbtissin gewählt, auch vom Rat der Stadt anerkannt (Ratsmanuale d. J.). Das Stift übergab sie am 30. November 1524 der Stadt (Egli, Aktens. Nr. 595). Sie heiratete nachher Junker Eberhart von Reischach zu Schaffhausen (Bernh. Wyß S. 69). Vgl. G. Meyer von Knonau, Aus mittleren und neueren Jahrh. S. 117 ff.*

nobis quicquam negare, ac rursum inconsultum temere quicquam inire. Summa itaque rei hęc est, ut negocium a nobis, Vadiano et Zuinglio, pendeat, veruntamen his conditionibus: ut ante omnia exploratam habeamus hominis conditionem, quo scilicet vitę genere victurus sit, quantum patrimonii habeat, ut lares habeat, ut dotem puellę red*h*ibere possit, quę quingentorum paulo minus florenorum est, quamvis ex his ducentorum ęstimantur vestes eius et reliquus mundus muliebris. Tenere amat puellam[2] abbatissa, atque adeo tenere, ut antehac multis eam negaverit; nunc et te et nobis ambientibus putat fieri non posse, ut fallatur. Ego autem, ut fortasse ne micam quidem salis cum homine edi, te, qui modium cum ipso absumpsisti, libenter sequar, non alia lege, quam ut hoc pacto agas, ne unquam simus male audituri. Perhibent enim, qui abbatissę arctius iuncti sunt, nunquam eam tam liberam fuisse in consultando, quam in huius causa, neque animum sibi foelicius promisisse quam hic, sed ea semper occasione, quod nos in causa agamus. Fidem igitur nos oportet nulla ratione vel tantillum prodere. Reliqua omnia commentabitur tecum Leo noster[3]. Rursus quod ad connubium attinet, quod fere exciderat, putat abbatissa plurimum esse profuturum, si ipse cum proco venias, quo certius omnia transigantur. Nam ut aperte dicam, negocium omne dabis effectum, si nihil aliud hic agitur, quam propositum est. Dixit enim Sebastianus[4] (quod et idipsum fueram oblitus), se non alia causa uxorem ducturum, quam ut a bellicis tumultibus liberetur; quod summum etiam est, quo puella cum abbatissa spectat. Vereor enim, si se rursum eis rebus misceat, ne aliquando matrimonium dissiliat. De sede non est

5 *vor* patrimonii *gestrichen* ille — 14 huius] *ursprünglich* hac — 19 *vor* venias *gestrichen* sponso.

---

[2]) *Name des Mädchens nicht zu ermitteln. Nach Nr. 360, Anm. 8 scheint es zweifelhaft, ob die Heirat zustande kam.* — [3]) *s. Iudae. Er reiste als Abgeordneter Zürichs auf die vom zwiefachen Landrat zu Appenzell beschlossene, auf den 7. Juli angesetzte Disputation. Vadian hätte diese leiten sollen; ein Tumult verhinderte die Abhaltung. Ohne Zweifel hat Leo Jud den vorliegenden Brief an Vadian überbracht. Vgl. Sabbata*[2] *S. 111 samt Kommentar.* — [4]) *Sebastian Appenzeller, von St. Gallen, der Freier, über den Zwingli nachher weiteres berichtet, Nr. 360, Anm. 8. Er war mit Vadian verwandt, wird auch in der Folge mehrfach von Zwingli erwähnt und kommt vielfach, auch als Briefsteller, in Vad. Briefw. vor (s. Register). Beim Besuch Bucers mit Fontio 1533 lud Vadian mit den Getreusten auch Appenzeller ein; Sabbata*[2] *404. Einst war dieser Gardeschreiber in Rom gewesen und hatte dort „zur Glocke" den bekannten Disputator Eck wegen seiner Schmähworte auf die Eidgenossen „gerauft und geschlagen"; Bullinger, Ref.-Gesch. 1, 354; auch von Zwingli erwähnt in der Verantwortung auf Ecks Missive, vom 24. August 1524. Wiedemann. Eck S. 191 stellt den Vorgang zum Jahr 1523.*

admodum anxia abbatissa; sic enim infit: cupiam, si fieri possit, ut Tiguri degant; quod si fieri nequit, patiar apud *sanctum* Gallum habitare, sed ea lege, ut me crebro hospitem apud se habeant, addiditque se non missuram puellam, ubiubi tandem habitet. Ex fide vide omnia agas.

Vale.

Ex Tiguro 4. die Iulii MDXXiiij.

Quicquid in matrimonio acturi estis, mature agatis! nam proci sunt et alii.

PROSPER adsit ubique celorum terręque dominus.

Huldr*ichus* Zuinglius tuus.

Carissimo fratri suo Ioacimo Vadiano,
corporum animarumque medico.

2 *sanctum* Gallum] *nicht ganz sicher. Wahrscheinlich hatte Zwingli ursprünglich* S. Galen *geschrieben, änderte dann in* S. Gallū (n oder u?) *um; das kann aufgelöst werden in* sanctum Gallum *oder in* sanct Gallen.

342.

Zwingli an die Toggenburger[1].

Zürich. 18. Juli 1524.

Gnad und frid von gott, dem vatter unnd ſinem eingebornen ſun, unſerem lieben herren Jeſu Chriſto, ſampt dem heligen, ermanenden und tröſtenden geiſt, einem gott, herren und ſchöpfer und enthalter aller dingen ſye üch zevor.

Fürſichtigen, erſamen, wyſen herren und getrüwe, lieben landlüt. Ich ſag gott lob und danck, der mich in die arbeit ſines euangelii geſteckt hatt, das er üch, für die ich allweg ſorgveltig bin, uß den Egyptiſchen finſternuſſen der irrſäligen menſchenleren in das wunderbar liecht ſines wortes gefürt hatt, darinn ir (als ich zů got hoff) für und für erſehen werdend den wunderbaren radſchlag der götlichen wyßheit, die den

1 frid] fryd — 2 heligen] *F* heiligen.

„Ein epistel Huldrych Zwinglis, kurtz und christenlich, an den ersamen landsradt und gantzen gemeind sines vatterlands der graffschafft Doggenburg geschriben. In Höwmonat M.D.xxiiij. Getruckt durch Johansen Hager zů Zürich“. — Zweiter Druck durch Froschauer, vgl. Finsler Nr. 30.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 352/356.

Unser Abdruck nach Hagers Druck, Varianten nach dem Froschauers. Beide Drucke scheinen dem Original gefolgt zu sein.

[1]) *Die Zuschrift ist an Landrat und ganze Gemeinde des Toggenburg gerichtet, das im engeren Sinne die Heimat oder das „Vaterland“ des Schreibers war. Im Jahr 1436 war Friedrich VI. gestorben. Mit ihm war das Grafengeschlecht zur höchsten Macht gelangt und erlosch es auch. Bei dem ungewissen Stand der Dinge traten jetzt die Untertanen zu einer Gemeinde zusammen, um sich durch den Schwur des „Landeides“ zu gegenseitigem Schutz ihrer Rechte zu verbinden und Hauptleute und Räte aus der Mitte des Volkes zu bestellen, welche einstweilen die Landesgeschäfte besorgten und denen man sich zum Gehorsam verpflichtete. Wegelin, Gesch. d. Landsch. Toggenburg 1, 225. Es folgte dann die milde Herrschaft der Freiherren von Raron, welche die Rechte und Freiheiten des Volkes gewissenhaft achteten, seit 1468 der Äbte von St. Gallen, gegen welche der Freiheitssinn des Volkes sich bereits zuzeiten aufzulehnen*

menſchen, ſo er überein[2] wyß ſin wil, laßt nach ſinen anſchlegen und erfindnuſſen wandlen, biß das er in ein ſölch unwüſſenheit kumpt, das er, wie zů Noes zyten geredt *[Genes. 6. 3]*, nütz denn ein fleiſch wirt, by dem gott nit blibt, und ſo er demnach widerumb erlüchtet wirt, das er die warheit erkennt, ſich verwundret, das er ie hatt ſo blind können ſin, das er die verfürung des tüfels und fleiſchs nit hatt geſehen, die doch ſo offenlich und unverſchamt ſich vor unſeren ougen geſpieglet hatt. Er wirdt ouch hiemitt bericht, das ſölche ſtockblindheit an den menſchen on beſunder urteil gottes nit hette mögen vallen, ſunder das gott ſölche finſternuß darumb laßt wachſen, das der menſch an ſiner eignen unwüſſenheit und mißwandel die verfürung des fleiſchs und harwidrumb das liecht und gewüſſe des götlichen wortes erlernete, als er ſelbs redt Deut. 28. *[Deuter. 28. 15. 28f.]*: „Wo du aber die ſtimm dines herren gottes nit hören wilt ꝛc., ſo wirt dich gott mit töube[3] und blindheit und wüten des gmůts ſchlahen, das du zů mittem tag tapen wirſt, glych wie ein blind in der finſternuß pfligt ze tapen oder griffen, und wirſt dine weg nitt richtig füren". Er zeigt ouch an Levit. 26.[4], das er ſin volck nitt ſo gar verſchupft, das er ir nümmer me gedencken wöll, ſunder das er ſy ſo lang laßt byfangen und verhergen[5], das ſy demnach zů erkantnus irer mißtat und blindheit kumind und ſich zů got kerind und in erkennind, anrůffind, und er ſy erlöſe. Dis hatt uns der allmechtig got alles zůgfügt, damit wir ſin macht und gnad und dargegen ünſer preſten, blindheit und ſchuld deß häller erkantind. Iſt das nit ein große blindheit gſin, das wir uns habend laſſen breden[6], ein menſch ſye unſer irdiſcher got, und des himels und der helle yngang ſtande in ſiner hand, und was er erkenne, das glich wider das götlich wort ſye, das ſöllind alle menſchen halten? Iſt das nit ein groſſe blindheit gſin, das der almechtig got, der uns geſchaffen hatt, ſich uns ſo offt kundbar hatt gemacht, wie er unſer vatter ſye, und zůletſt ouch ſinen ſun für uns geben hat, der ouch ſelbs darſtat und uns armen ſünderen růfft, ſprechende *[Matth. 11. 28]*: „Kummend zů mir alle, die arbeitend und beladen ſind, ich wil üch růwig machen"? Und wir

2 in] *F* ein — 7 unverschamt] *F* unverschampt — 14 wirt] *F* wirdt — 23 häller] *F* heller.

---

begann. Zu Zwinglis Zeit regierte ein ůbtischer Landvogt das Toggenburg; neben ihm bestand die Einrichtung der Landsgemeinde. Sie versammelte sich zu bestimmten Terminen und konstituierte sich endlich 1529 als freies Gemeinwesen, d. h. sie „besetzte das Land mit Landammann und Räten, Säckelmeister und Waibeln"; vgl. Zwingliana 2, 51ff. Es folgte der Loskauf vom Abt, jedoch bald, nach der Schlacht von Kappel, der Umschlag, worauf wieder die geistliche Herrschaft eintrat.

2) *durchaus* — 3) *Taubheit* — 4) *Anklang namentlich an Levit. 26. 40. 44.* — 5) *hart mitnehmen; Id. II, 1606.* — 6) *bereden, überreden.*

ſind hingangen und hand unß an die creatur kert und von got gehalten, das er ſo ruch und gruſam ſye, das wir nit gdörind zů im kummen, und habend im wol vatter gerůfft, wir hand im aber nit us dem geiſt Chriſti vatter gerůfft, das iſt: wir hand inn aber nie darfür gehalten und uns nit aller gnad zů imm verſehen; denn wir hand die heimlicheit ſiner gnad nit in demm erkent, das er ſinen ſun hat für uns ggeben, und hand ouch das ſäligwerden nit der gnad gottes zůgeſchriben, wiewol uns ſin eingeborner ſun Chriſtus Jeſus, warer got und menſch, durch krafft ſines lydens, das er für uns getragen hatt, erlößt hat, ſunder wir habend us unſeren eignen wercken, die ſo befleckt, vorteilig, eigennützig und närriſch ſind, unſer grechtigheit und demnach ſäligheit ermeſſen und ſind alſo blind richter in unſerer eignen ſach geweſen, glych als ſo einer uß ſinem eignen urteil ſich ſelb für einen gůten ſenger oder wyſen menſchen ſchätzt. Iſt das nit ein groſſe blindheit, das die götlich warheit Jeſus Chriſtus diſe bedy wort nebend einandren redt *[Joh. 15. 14, Matth. 15. 9]*: „Jr ſind mine fründ, ſo ir tůn werdend die ding, die ich üch gebüt", und: „Sy erend mich vergeben, ſo ſy lerend leren und gebott der menſchen", das wir demnach alles, das gott geheiſſen hatt, underlaſſen und das uns der menſch fürgeben hatt, angenomen habend? Gott heißt uns einandren als lieb haben, als ieder ſich ſelbs lieb halt, und zů ſölcher vereinbarung hatt er uns das ſacrament ſines lychnams und blůtes geben, das wir darinn alle mit einander vereinbaret wurdind, welches uns vor den houptlaſtren zum aller wenigoſten verhůt hette. So iſt die falſch rot der geiſtlichen kommen und hat das ſacrament der vereinbarung in ein opfer kert, das aber ſy ſich fürgabend ze opfren für uns; alſo ſind wir ſo blind gſin, das wir inen gloubt hand, nun[7] das wir by unſeren begirden unnd anfechtungen blibind und darzwüſchend ſchläfflingen[8] durch münch unnd pfaffen meßhalten ſälig wurdind. Und wiewol er ſpricht, es ſye vergeben, noch ſo hand wir by der verwänten geiſtlichen kutten, gſang, gmürmel, ja füllen, hüren, gyt wellen ſälyg werden, aber die götlichen gebott mit einem finger nit angerürt. Gott ſchiltet den gyt der pfaffen im alten teſtament, das dem fleiſch mit vil dingen näher was denn das nüw. Und wir hand den můtwillen[9] der geiſtlichen unverſchamt vor uns geſehen und nütz des minder inen zůgedienet zů irem můtwillen, und das nit allein, ſunder ouch den gyt, den ſy uns mit der ler geleidet[10] habend, inen geſtattet und das den armen vor zyten ggeben iſt und by uns täglich ſolt ggeben werden, ſy

9 erlößt *bei H ausgefallen; F liest:* getragen, erlößt hat — 11 grechtigheit] *F* grechtikeit — 15 einandren] *F* einander — 33 unverschamt] *F* unverschampt.

[7]) *nur* — [8]) *im Schlafe* — [9]) *Zügellosigkeit* — [10]) *angezeigt haben; Id. III, 1086.*

laſſen ynnemen, byß das unſer lyb[11], arbeit und gůt den mereren teil ir eigen worden iſt und wir arm mit den armen gemacht. Gott verbütet die bilder imm erſten gebott Exo. xx. *[Exod. 20. 4]*, und wir machend ſy ouch mit nachteil der armen; dann wir an die ſoltend gelegt haben, das wir an die götzenzier gehenckt hand, und ſprechend uß unſer ler und duncken, die bylder lerend uns glych als wol als gſchrifft, ſo doch gott redt Joh. 14. *[Joh. 14. 21]*: „Welcher mine gebott hatt und dieſelben haltet, der iſt, der mich lieb hatt". Da wir ſehend, das man gottes wort nit an den wenden, ſunder in den hertzen ſtät haben und tragen ſol, wellend wir für liebhaber gottes geachtet werden; denn got wirt nit ab den wenden erlernet, ſonder von im ſelbs, Jo. 6. *[Joh. 6. 44]*: „Niemant kumpt zů mir, der vatter hab in denn gezogen", und: „Sy werdend all von gott gelert" *[Joh. 6. 45]*. Und deren glichen blindheiten iſt die welt voll. Ja, diſe blindheiten und all andre mögend wir alle erkennen, das ſy ware blindheiten ſind, und ouch daby bekennen, das wir ſo torecht nie wärind geweſen, wo uns gott nit gewaltigklich mit der blindheit geſchlagen hette, das wir ſölchen unverſchamten lügen und tantmären[12] ggloubt hettind. Das iſt aber alles geſchehen, das wir deſter baß got und uns lernetind erkennen: Gott, das er der iſt, der do ſchlecht[13] und widrumb gſund macht, und in ſinem gwalt und wolgevallen alle ding ſtand; uns, das wir ſehind, wie all unſer vermögen und wyßheit nütz iſt, nüt ſol, nüt vermag, ſonder das, da wir wenend am aller ſterckſten und wyſeſten ſin, er uns krenckt, verzegt[14] und blendt. Denn er einig wil, das man ſinem wort allein loſe und das läben allein nach demm richte, als ouch ein ieder hußhalter in ſinem gſind wil gehebt haben, das es nach ſinem wort und willen geſchickt werd. Und ſo er zů unſeren zyten das liecht ſines wortes ſölcher gſtalt offnet, das wir die verfürlichen finſtren lüg darinn erkennen mögend, ſo wil das böß werck ſich nit laſſen in 'n tag harfür ziehen, ſunder ſchryt es, und ſo es wider die warheit nütz vermag, ſo kert es ſich zů ſinen alten künſten, das iſt: heimlich hindergan und umbbringen unverhört,

11 sonder] *F* sunder — 17 ggloubt] *F* gloubt — 19 do] *F* da — 20 stand] *F* stond — 22 sonder] *F* sunder — wysesten] *F* wyssesten — 26 werd] *F* werde — unseren] unsern.

---

[11]) *Die große Menge des Volkes war leibeigen; die freien Leute waren auch im Toggenburg an Zahl zurückgegangen. Anderseits hatte sich das Los der Leibeigenen mit der Zeit gemildert, wenn auch vor dem 15. Jahrhundert wirklich gesetzlich bestimmte bürgerliche Rechte derselben im allgemeinen nicht nachweisbar sind. Wegelin a. a. O. S. 152f., dazu 270, Anm. 39. Neu bekannt geworden ist das Beispiel von Zwinglis älterem Bruder Klaus, der sich noch 1544 von der Leibeigenschaft des Abtes Diethelm loskauft und das Landrecht von Glarus erwirbt; Zwingliana 2, 130.* — [12]) *Possen* — [13]) *krank, oder auch = schlägt* — [14]) *verzagt macht.*

mit valſchen zügen, mitt lügen, und wie es mag. Da hat üwer erſam wyßheit wol und chriſtenlich gehandlet[15], das ſy nit uff eins ieden vertragen[16] die verkündiger des götlichen wortes wil one recht laſſen fahen, keſtigen[17], tödten; denn in welcher welt iſt das recht, das man ieman unverhörter ſach ſölcher gſtallt ſölle verhergen und, ſo bald er ſinen mund ufftůt, ſchryen: ſchwyg, du biſt ein ketzer oder ein bůb; nimm inn hin, nimm inn hin unnd krützig inn *[Marc. 15. 13 f.]*[18]? Jr habend üch ouch damit vil růwen geſtattet; denn ob es glych vonn dem gemeinen man ein zyt geduldet wirt, das man inen ire lerer durch undertrag[19] der gwaltigen prelaten fahet, vertrybt, keſtiget, wirt es doch die lenge nit bſtand haben, ſunder vil unrůwen bringen. Des werdend ir embroſten[20], ſo ir die, ſo einandren ketzer oder anders ſcheltend, gegen einandren verhören und den mißtäter demnach ſtraffen werdend. Denn der künfftigen uffrůren ſich ich ghein gröſſere urſach, weder das man ſo frävenlich uß etlicher unſinnigen pfaffen verretſchen[21] glich über die verkündiger des götlichen wortes vallen und metzgen wil und nit ſicht, das uns dieſelben ſo lange iar in ſo herrt, ſchwer krieg gefürt hand, ſunder laßt ſich die erſt noch wyter verhetzen. Und diß ſchrib ich nit, das mir umb diß zytlich leben der lerenden ſye; gott wirt inen iren tod wol zůfůgen, wenn es zyt iſt; ſunder das üwre hend von ſölchem mißhandel unvermaßget[22] blibind. Der knecht iſt nit über den meiſterr *[Matth. 10. 24]*. Hatt Chriſtus falſche kuntſchafft, hingeben der ſchryenden pfaffen getragen, ſo werdend ouch ſine iünger wol gelert tragen; wee aber denen, durch die ſölch übel begangen wirt! Dann wie ſich Hieruſalem verſchuldiget hatt an dem blůt Chriſti und iſt iämerlich zerſtört, alſo iſt ghein gwalt ſo ſtarck nit, er wirt die ſtraff gottes umb alle unbill ze tragen zwungen. Hierumb ſo handhabend das heilig gotteswort, das es mit trüwen und one zůſatz[23] gepredget werd, zů eim. Zum andern ſo handhabend es mit dem er-

3 one recht] *F* on recht — 4 tödten] *F* töden — 6 ufftůt] *F* uffthůt — ketzer] *F* kätzer — 7 krützig] *F* crützig — 15 verkündiger] *F* verkünder — 20 ſölchem] *F* ſölchen — 25 ghein gwalt] *F* kein gewalt — 28 Zum andern] *F* Zum andren.

---

[15]) *Im Sommer 1524 verlangten die Landleute von den Geistlichen, daß sie das Wort Gottes einhellig predigen, ohne allen menschlichen Tand und Zusatz. Es ist die Einführung des Schriftprinzips, womit Zürich an der ersten Disputation 29. Januar 1523 vorangegangen und andere Territorien gefolgt waren; vgl. Zwingliana 1, 338. Wie anderswo wird die Behörde im Toggenburg den Geistlichen ihren Schutz zugesagt haben. Auf diese Vorgänge kommt Blasius Forrer im Brief vom 9. Dezember 1524 (Nr. 354) zurück.* — [16]) *Denunziation* — [17]) *züchtigen, strafen; Id. III, 542.* — [18]) *Vgl. beim Martyrium des Hus: „Nimm ihn hin als einen Ketzer!“* — [19]) *Vermittlung* — [20]) *entlastet; Id. V, 858.* — [21]) *denunzieren* — [22]) *unbefleckt* — [23]) *Vgl. Anm. 7.*

füllen; denn der nam gottes wirt übel geleſtret, da man ſich für Chriſten uſſgibt und aber nit chriſtenlich lebt, und da man allein darumb uff das wort Chriſti ſicht, ob uns etwas nutzes und vorteils daher entſpringen möcht; denn ſölchs wäre nütz anders, denn ouch die gliſſenden geiſtlichen gethon: habend ſich ſelbs geiſtlich erzeigt, damit ſy die begirden des fleiſchs überkomen und enthalten möchtind; ſunder rede ieder gegen gott und dem nechſten die warheit, ſye üwer red ia ia, nein nein *[Matth. 5. 37]*; denn ſo werden ir gott dienen im geiſt und der warheit *[Joh. 4. 23]*. Verlaſſend[24] gotzleſtrung, füllen, ſpylen, hüry, eebruch, umb ſold kriegen; helffend den armen, beſchirmend den rechtloſen und vertruckten[25] ꝛc. Unnd andre chriſtliche ſtuck thünd oder laſſend nach inhalt des götlichen wortes und ſetzend demnach all üwren ſchirm und troſt zů dem almächtigen, ungeacht, wie ir geſcholten werdind. Es ſol noch mag ghein herr üch gebieten, das ir den rechten glouben, das iſt: all üwer vertrüwen, nit ſöllind zů dem almechtigen got ſetzen. Und wer üch ſölchs gebieten underſtünd, ſöllend ir dem antwurten: man můß gott me ghorſam ſin weder den menſchen *[Ap.-G. 5. 29]*. Ich hette üch offt zůgeſchriben, wo mich nit zwo urſachen davon gewendt hettind. Eine: das mine ungünſter mich glych uſſgeben wurdind, ich ſůchte menſchlichen troſt by üch, des ich noch wol geraten mag, gott ſye lob: zů eim, das die frommen von Zürich mir wider recht nütz laſſen widerfaren, darnach das ich gottes krafft gern wil laſſen walten und dennocht die margariten bärlin[26] nit für die ſüw ſchütten *[Matth. 7. 6]*, ſunder, wo mir die thür wirt uffgethon *[1. Cor. 16. 9, 2. Cor. 2. 12]*, daſelbſt nitt fyren. Die ander urſach iſt, das ich alweg willen hab gehabt, ſelbs by üch als in minem vatterland das euangelium Chriſti ze leren; bin doch für und für verhindret worden von dem uffſatz, der mir zůgefüret wirt: nit das ich min ſo übel oder üwerhalb ſorg, das ir mich nit beſchirmind, ſunder das nieman urſach zů rumoren ggeben wurd, dero ſich (als ich beſorg) vil begeben werdend, wo der gwalt me die hohen fleiſchlich geiſtlichen hören und volgen wirt, weder rechte verantwurt dero, die im gotzwort arbeitend. Sind wacker und unerſchrocken *[Jos. 1. 6]*! Gott, der üch erwellt hatt, das ir in ſinem liecht wandlind, der mere ſich in üch und gebe, das ir in allem güten zůnemind, damit der nam gottes durch üch erhöcht und geheiliget werd, und ir nach diſem jamer ewige luſtbargkeit by imm beſitzind. Amen.

3 daher] *F* dahår — 7 warheit] warhlit, *in F verbessert* — 8 werden] *F* werdend — 9 gotzlestrung] *F* gottslestrung — 11 thünd] *F* tünd — 16 söllend] *F* sollend — 23 uffgethon] *F* uffgethan — 30 wirt] *F* wirdt — 33 zůnemind] *F* zůnemmind — 34 werd] *F* werde.

[24]) *unterlasset* — [25]) *Unterdrückten* — [26]) *Perlen.*

Laſſend üch das frevel lügen und wunderbarlich ſagen, ſo uff mich beſchicht, nit irren[27]; der gwalt der finſternüß tůt imm nit anderſt. Aber uff mich ſol ſich, ob gott wil, anderſt nütz erfinden, denn das ich in allem leren allein dem götlichen wort ſye angehangt. Ein ketzer hatt mich ein ieder bocher[28] bald geſcholten, aber darzů machen vermag ouch der tüfel mit inen nit.

Gott ſye mit üch! Und in allem, darinn ich üch gedienen kan, ſchaffend und gebietend als mit üwrem eignen landtman (dann ich mich üwer gheinen weg verzich) und eignem brůder in unſerem lieben herren Jeſu Chriſto.

Geben zů Zürich, mentags nach Margarete M.D.xxiiij.

1 frevel] *F* fråuel — 4 ketzer] *F* kåtzer — 11 xxiiij] *F* XXIIII.

---

[27]) *Ähnlich hatte Zwingli an seine Brüder geschrieben, in der Zuschrift der Marienpredigt, Bd. I, S. 391f.* — [28]) *Pocher, Lärmer, Maulheld; Id. IV, 971.*

343.

Zwingli an Nikolaus Kniebs[1].

Zürich, 6. August 1524.

Gratia et pax a deo patre et domino nostro Iesu Christo, filio eius unigenito. Nolo, vir praestantissime, communibus, cur scribam ad ignotum, ambagibus prooemii vice uti; quid enim προοιμιάζειν attinet, ubi vera et pia omnia esse oportet, tam quae loquimur, quam quae agimus? Gratias agimus, quotquot Tiguri sumus fratres, piissime vir, omnipotenti deo, quod te in summo apud tuos ordine constitutum verbi sui misterium non celavit, qui tamen a sapientibus et prudentibus gratulatur sibi arcana sua esse abscondita et infantibus esse prodita *[Matth. 11. 25]*. Videmus hac nota te inter vasa honorifica *[Röm. 9. 21]* relatum, si modo in ea ratione fidei perstiteris, in quam a deo tractus es, usque in finem. Cernis, quantum saeviat Satan, ut omnia tentet, omnia misceat, ne praedam diu per iniuriam occupatam relinquere cogatur. Ea vero non modo est animorum, sed et corporum, quae tam sunt circumscripta per Romanos pontifices

10 perstiteris] *ursprünglich* profiteris — 13 *vor* sed *gestrichen* et.

Original nicht nachzuweisen.

Straßburg, Thomas-Archiv: Varia ecclesiastica X. nr. 20 (Wencker bemerkt dabei: Extat in To. I epistolarum sacramentar. Mst., quae spectant ad bibliothecam univers. Argent.; fuerunt olim a Schadaeo collectae). Alte Kopie.

Abdruck: T. W. Röhrich, Gesch. d. Ref. im Elsaß usw. I (1830), S. 453 ff. — Sch. u. Sch. VIII 651 f. (nach Röhrich).

[1]) *Klaus Kniebs (Knüwiß, Kniebis), Ammeister von Straßburg, der namhafteste der bürgerlichen Ratsherrn, ein frommer, schlichter Mann, der, laut Johannes Sturm, so große Liebe zur Religion trug, daß man sehen und spüren mußte, es sei eine sonderliche Gottesfurcht in ihm; er verzweifelte nie am Erfolg der guten Sache, wie grimmig auch ihre Feinde sich stellten, weil er des festen Glaubens lebte, daß sie Gottes Sache sei, und war stets einer der ersten, wenn es galt, etwas Gemeinnütziges auszuführen. Kniebs wurde 1528 einer der drei Schulherren und starb am 5. Oktober 1552. Röhrich a. a. O. S. 169 f., 254.*

quam conscientiae. Hinc videmus omnia aestuare instar Euripi. Nos interim patitur dominus anxios et sollicitos esse, ut fidei firmitatem exploret. Triumphum nulli decernit, qui incruentam victoriam adfert; perpeti omnia propter illum oportet, si fideles videri cupimus milites, ac quanto magis fervet adversariorum impetus et furor, tanto constantius obnitendum. Non ignoramus mortes varias *[2. Cor. 11. 22]*, circumventiones, insidias parari fidelibus; sed frustra tentabuntur omnia, si nos non frustra credidimus, hoc est, si non propter precariam hanc vitam adversariis Christi cedimus. Quae autem, per deum immortalem, provincia erit viro forti dignior aut praeclarior, quam si in fidei filii dei propugnatione fidelis et strenuus inveniatur? Sunt, qui pro regibus et principibus acriter depugnent, ut gloriam simul parent, et ad rem, quae [!] tamen, cum summa videntur contigisse, nunquam non miscentur aliqua infami tragoedia; pro Christo vero qui pugnant, pro re, pro gloria sua non sunt anxii. Unde et laeti et minime formidolosi certamen ineunt et, ignominia si sequatur in hoc orbe, at in alio in summam foelicitatem commutabitur; et quanto nomen nostrum apud homines abiectius et contumeliosius erit, tanto praeclarius est apud deum; beati enim erimus, si maledixerint nobis homines etc. *[Matth. 5. 11]*. Tu recte pieque facis, cui dominus et os et sapientiam tribuit, quod eis in gloriam uteris eius, qui dedit. Quae enim est vita nostra, bullae simillima, ut eam nolimus totam ei dedicare, qui impertiit? Aut quid tandem in hoc mundo tanti est, ut eius gratia a deo deficiamus? Cum nos vivere beatissime putamus, absorbet inopinata et insidiatrix mors. Quanto igitur satius est lenociniis huius mundi non capi, sed alacriter in statione domini vigilare, ne unquam somno pressos veniens inveniat *[Marc. 13. 36]*. Quam ob rem, vir prudentissime, ne diutius te obtundam, hoc solum a domino peto *[Ps. 27. 4]*, ut vias tuas dirigat et opus, quod in te operatus est, confirmet. Magni momenti est apud omnes Argentoratum, et fides eius iam in mundo annunciatur *[Röm. 1. 8]*; quam si reliquae imperii civitates strenue secutae erunt, firma spes est omnes principes Christi doctrinae obstrepentes et oleum et operam perdituros[2] esse. Vulgus passim resipit; hoc autem cum regeneratum erit, quibus militibus oppugnabunt belli isti principes Christi ecclesiam? Standum igitur firmiter et inconcusse; cantabit gloriam hodie pugnantium aliquando

4 videri] *ursprünglich* videij [?] — 14 non *am Rande* — pro] *ursprünglich* et — 16 at] ac — 26 statione] stationi — 28 peto] pete — 29 *vor* te *gestrichen* hoc.

[2]) *Vgl. Otto S. 253.*

universa coeli militia, cantabit posteritas. Quid igitur? non omnia forti animo perferimus, cum videamus, nos domino adeo placuisse, ut hoc certamen in haec nostra tempora reiiceret, quo simul in praecipiti vitium stetit et pietas pulcherrima facie prospicit? Te, ut finiam, cum dulcissimo quodam domino et sodali tuo *Nobili* Bock[3], equite et secundario apud vos magistratu, quem domino fidelem esse omnes praedicant, altissimo commendamus. Commendamus et tibi Gervasium[4] hunc nostrum, qui apud vos natus est, apud nos multos domino deo genuit *[1. Cor. 4. 15]*, homuncio magni et imperterriti spiritus et coelestem sapientiam adprobe doctus. Commendamus Capitonem, Butzerum, Matthiam[5], Hedionem, Symphorianum[6], fratres omnes. State firmiter et nolite iterum servitutis iugo subiici *[Gal. 5. 1]*. Reliqua, si audire cupis, Gervasius omnia memorabit fideliter.

Boni consule.

Servet ecclesiam suam deus.

Ex Tiguro 6. die Augusti XXiiij.

Huldrych*us* Zuinglius tuus ex animo.

Praestantissimo domino Nicolao Kniewyss,
praeclarae Argentoratensium urbis magistratui,
viro et piissimo et eloquentissimo.

5 *vor* domino *gestrichen* et.

---

[3]) *Wohl Ritter Hans von Bock von Erlenberg, Stättmeister, Straßburger Bote am Wormser Reichstag 1521, angeblich bei dieser Gelegenheit und durch Luther persönlich für die Reformation gewonnen. Röhrich a. a. O. S. 173.* — [4]) *Gervasius Schuler (Scholasticus), von Straßburg. Er wurde Ende März 1525 nicht ohne Zutun von Kniebs Pfarrer in Bischweiler (bis Ende 1528) und widmete diesem seinem Gönner 1527 ein Lied; Röhrich S. 401 f. Um Pfingsten 1529 folgte er dem alten Dekan Bullinger im Pfarramt Bremgarten; er wirkte mit dessen Sohn Heinrich Bullinger in dieser Stadt bis nach der Schlacht von Kappel 1531 (vgl. Bullingers Diarium, herausgegeben von Egli (1904), p. 17 f. 20). Ende dieses Jahres kam er als Diakon nach St. Leonhart in Basel, im November 1533 als zweiter Pfarrer nach Memmingen. Hier wich er 1548 vor dem Interim. Zuletzt, seit 1550, wurde er Pfarrer in Lenzburg, wo er 1563 starb. Die frühen Beziehungen zur Schweiz erklären sich wohl dadurch, daß seine Mutter eine Schweizerin war. Nach der Flucht aus Bremgarten und Memmingen hielt er sich zeitweilig in Zürich auf, wo er einen Schwager Lübegger erwähnt. Vgl. (Culmann), Gervasius Schuler, Straßburg 1855.* — [5]) *sc. Zell; s. Nr. 333, Anm. 17.* — [6]) *sc. Pollio; s. Nr. 333, Anm. 18.*

344.

Zwingli an Johann Eck[1].

(Fragment).

Zürich, Ende August 1524.

Gratia et pax a domino. En tibi, audacissime homo, repercussionem non hercle te, sed nobis dignam! Tu enim merebaris, ut, quicquid usquam est contumeliarum, scommatum, laedoriarum, in te iaceretur, nisi nos decuisset has artes tuas contemnere potius, quam pro dignitate referire. Nam quę porro est insania, ut te induci patiaris, ut ad Helvetios[2] de nobis scribas tam impudenter tamque tum impure tum nequiter? An putas obscurum esse, quibus impulsoribus

6 scribas] *ursprünglich* scriberes.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 1, Nr. 11 (vgl. Schweizer, Paul, Zwingli-Autographen S. 7). Siegelspur. Gehörte früher einem Bande an, p. 30. Bricht genau unten an der Seite ab; die Rückseite ist leer. Der Brief wurde wohl nicht vollendet.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 356f.

[1]) *Johann Eck, eigentlich Johannes Maier (Mayr) von Eck an der Günz in Schwaben (1486/1543), der vielgenannte Disputator und Gegner Luthers; vgl. die Biographie von Wiedemann, neuestens Enders in R. E.*[3] *5 (1898), S. 138ff., J. Greving, Joh. Eck als junger Gelehrter (1906) und: Joh. Ecks Pfarrbuch (1908), H. Mayer, Joh. Eck in Freiburg (Schau ins Land Bd. 35).* — [2]) *Eck anerbot sich den Eidgenossen durch Zuschrift vom 13. August 1524, mit Zwingli zu disputieren. Die Tagsatzung, vom 16.—21. des Monats in Baden versammelt, nahm davon Kenntnis und beschloß, eine Kopie des Schreibens an Zürich mitzuteilen (Eidg. Abschiede IV 1a, S. 473, vgl. den Abdruck 476f.). Zwingli antwortete in einer vom 31. August datierten Druckschrift „Johannis Eggen missive und embieten" usw., s. unsern Abdruck Bd. III, Nr. 39. Im ersten Zorn über Ecks Einmischung und dessen gegen ihn geschleuderte Prädikate setzte sich Zwingli zu der oben abgedruckten, heftigen privaten Abfertigung hin, legte aber die Feder bald wieder weg und begnügte sich mit der sachlicheren, für den Druck bestimmten Antwort vom 31. August, durch die er Eck zur Disputation nach Zürich ladet. Nachher trat dann Sebastian Hofmeister in den Zweikampf ein, mit einem groben Brief an Eck („denn din hafen erlidet kein andern deckel"); vgl. Kirchhofer, Sebastian Hofmeister S. 36ff., 70.*

id feceris et in quem usum? Tune tam foeliciter unquam in hac arena depugnasti, ut victor abieris? quamvis quid refert, etiam si victor abeas? An propterea veritas non est veritas, an verbum dei vim et ingenium suum mutabit, quod tu quemquam clamosa ista loquacitate tua obruas? Contentus non fuisti, quod superioribus pugnis victus abiisti? scilicet novum incendium excitare oportuit, qui ad hoc natus est, ut omnia turbet. Hoc deerat factis tuis, ut, qui prius stoliditatem tuam omnibus notam reddidisti, etiam animi malignitatem proderes, quo mundus longa post sęcula Eggii non modo stulticiam, verum etiam improbitatem exempli vice ante oculos haberet. Tacebuntur olim Herostrati, Plemminii[3], Antonii, Catilinę, et soli Eggii, velut flagitiosorum *Θάσσοι*, memorabuntur. Omnis vita tua iam inde ab unguiculis spurca fuit, lingua petulans, os maledicum, vox impura, oculi libidinosi, frons impudens, ut quę ista quoque auderet simulare, quę malicia quidem suasisset, sed fractus conscientia animus designare prę muliebri formidine non posset. Cor tum habendi tum glorię cupiditate sic flagrans, ut iuxta prophetę verbum *[1. Chron. 22. 9]* pacem aut ocium ferre nulla ratione potueris. Nunc Rhomam petis[4], paulo post, quod episcopus illic non es factus, in Germaniam redis, omnia mixturus. Nec est, quod zelo dei te ista facere causeris; nam quem ex omnibus mortalibus proferes, qui tam scelestam vitam duxerit, quam tu? Venter ita ingluviei et peni deditus, ut vel harpyam factum esse prędstiterit, si Momum dii audirent, vel asinum, quam hominem. Quamvis quid attinet, humanam speciem circumferas an simię, modo re non aliud sis quam belua, nec te uti alia ratione quemquam puto, quam qua mulis et asinis utitur. Opportunus es ad omne facinus; nullius enim te pudet. Tales frontes habere oportet eos, qui patrum sensum exuerunt et tyrannorum furorem induerunt. Verum quid saxum obiurgo[5]? quasi vero tu sensum aliquem hominis habeas, aut spes ulla sit, te ullius obiurgationem, sive blandam sive fortem, auditurum. Deploratiorem hominem, ita me dii ament, dum universam Germaniam perlustro, non video. Sunt, qui ęquiparari tibi stulticia, iactantia, malicia possint, prędferri nemo. Deliberaveram diu mecum, quam te amanter

5 quod *am Rande nachgetragen* — 7 stolididatem] stolidatem — 11 soli] *ursprünglich* solu — 12 Θάσσοι] *undeutlich; vielleicht* θίασοι? — 22 ita *übergeschrieben* — 24 an] *ursprünglich* aut.

---

[3]) *Pleminius, berüchtigt durch Grausamkeit und Tempelraub; Livius 29, 8.* — [4]) *Eck war bereits dreimal nach Rom gereist. Darauf wird hier Zwingli anspielen; man braucht nicht anzunehmen, daß Eck tatsächlich eine neue Reise vorhatte.* — [5]) *Vgl. Otto S. 310.*

convenire vellem; at quanto magis cogito, tanto magis video nihil per humanitatem confici tecum posse. Nunc ergo, qum neque mitibus neque acerbis restitui potes, nihil aliud superest, quam ut fustuario vapules haud aliter quam fugitiva mancipia et asini molares; nam ad Anticyram[6] quis est qui releget? Quasi vero ullę Anticyrę sufficere possint, ut tam perditum restituant! Cum enim maxime restituissent, nihil nisi ex insano et furioso stolidissimum et pessimum fecissent; talis enim natura prius fueras. . . .

(Adresse fehlt).

2 confici] *Schreibfehler* cofici — *vor* mitibus *gestrichen* i [?] — 8 *vor* prius *gestrichen* es.

[6]) *Anticyra galt um des dort wachsenden Nießwurzes willen als Heilstation für den Wahnsinn. Vgl. Nr. 348, Anm. 3.*

345.

Konrad Schindler[1] *an Zwingli.*

Mollis, (Ende September 1524?).

Unſſer frünttlicher grüs und wiliger dienſt zůvoran, lieber meiſter Ůlrich Zwinly [!]. Wie wir eüch geſchriben hand von her Matteſſen[2] wegen, hand wyr noch kein prieſter, und langtt unſ an diſſe frwon [!], zeiger diſ brieff, alſ von yren gemachell, mitt namen Urben Wiſ[3] von Egliſouw, burger ze Wintterdur, und begertt uf unſſere pfrůnd. Darum bittend wir eüch um ratt. Meinnend yr, das wyr mitt ym verſorgett ſigind, ſo verſchaffend yr yn zů uns und land unſ wiſſen uf yecz

1 frünttlicher] frunttlicher — 3 *vor* disse *gestrichen* dye.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Aus einem Bande, S. 421. Verschickungsschnitte.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 421 (nur lateinische Übersetzung, ohne den deutschen Wortlaut).

---

[1]) *Konrad Schindler, von Mollis, ist aus diesen Jahren nur durch vorliegenden Brief bekannt, den er im Namen gemeiner Kirchgenossen seiner Gemeinde schreibt. Von 1528 an begegnet er mehrere Jahre als evangelisch gesinnter Vertreter des Landes Glarus in eidgenössischen Angelegenheiten (Eidg. Abschiede IV 1a, S. 1328 u. IV 1b, S. 298, Strickler 1, Nr. 2086, 2, Nr. 521, Val. Tschudi, Chron. S. 40, 72, 146).* — [2]) *Weiter nicht nachzuweisen. Um 1523 war Fridolin Brunner (Fontejus) Pfarrer von Mollis; über ihn s. zum Brief vom 15. Januar 1527, wonach er die Gemeinde 1524 oder 1525 verließ.* — [3]) *Urban Wyß, ehemals Pfarrer zu Fislisbach, der im bischöflichen Gefängnis zum Widerruf genötigt worden war, s. zum Brief Zwinglis an ihn Nr. 283. Am 31. August 1523 ernannte ihn Zürich zum Helfer des Leutpriesters in Oberwinterthur (Egli, Aktens. Nr. 404). Anfangs September 1524 rügt dann die eidgenössische Tagsatzung, daß sich Wyß in Winterthur niedergelassen habe, obschon er eidlich des Bistums verwiesen worden sei, und verlangt, daß Zürich ihn verhalte, seinem Eide nachzuleben. Vielleicht infolge dieser Vorgänge meldete er sich nach Mollis, wozu die im obigen Brief erwähnte Jahreszeit stimmen würde. Freilich lag auch Mollis in der Diözese Konstanz; aber für einige Zeit mochte es dort wieder*

ſunttdag nach Michehely, ſo wend wir ym ein zimliche narung gen. Lond unſ eüch al zitt bevollen ſin.

Von mir Künratt Schindler und gemeind, kilcher[4]
ze Mullis im land Glariſ.

(Ohne äußere Adresse).

---

gehen, wie bisher in Winterthur. Wir stellen also den Brief zum Jahr 1524, lassen aber auch 1525 offen, weil Fridolin Brunner (s. Anm. 2) auch in diesem Jahr noch in Mollis gewirkt haben kann, die Vakanz der Pfründe also vielleicht erst im Herbst 1525 eingetreten ist. — [4]) kilcher = Angehöriger einer Kirchgemeinde. Vgl. Id. III, S. 236.

346.

Antonius Papilio[1] *an Zwingli.*

Lyon, 7. Oktober (1524).

IESVS CHRISTVS.

Gratia et pax a deo patre et domino nostro Iesu Christo *[Röm. 1. 7 u. ö.]*.

Antonius Dubletus[2], vir utrique nostrum, immo piis omnibus in Christo coniunctissimus, a vobis rediens tuas mihi literas[3] reddidit plęnas pii vereque Christiani affectus simulque nobis aperuit, quantum per te sanctum euangelium suum dominus promoverit. Quam ut in te, optime Zuingli, gratiam sua miseratione deus per Christum confirmet indiesque augeat, quam enixissime obsecramus. Equidem

6 suum *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 293. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 358f. Herminjard 1, Nr. 125 (nach dem Autograph).

[1]) *Antonius Papilio, Mitglied des Grandconseil von Frankreich, daher aus Lyon datierend (s. am Schluß), woselbst die Behörde während der Regentschaft der Königin-Mutter ihre Sitzungen hielt. Über ihn äußert sich Sébiville (vgl. Nr. 325, Anm. 1) am 28. Dezember 1524 brieflich an den Ritter Coct in Zürich: „Il en y a eu deulx grans personnaiges à Grenoble, le temps du Roi estant à Lyon [d. h. im August 1524]: l'ung se appelle Anthonius Papilio, le premier de France bien sachant l'Évangille, et en langue latine très-éléguant. Il a translaté le traictié De votis monasticis [Luthers] à Madame d'Alençon, seur du Roy, de quoy il ■ eu beaucoup d'affaires avecques cette vermine parrhisienne [Sorbonne]. Toutefoiz la dicte dame l'a bien récompensé, car elle l'a fait maistre premier des Requestes du Dauphin [François]. Il n'y a point aujourdui en France plus évangélicque que la Dame d'Alençon". Wie im Oktober, so finden wir Papilio auch im Dezember 1524 in Lyon; er berichtet von dort über Vorgänge am Hofe zu Händen von Franz Lambert, mit dem er, wie mit Henri-Cornelius Agrippa, befreundet war. Papilio starb schon 1525, man glaubte an Gift. Vgl. Herminjard 1, Nr. 125 (p. 297, Anm. 19, vgl. p. 315, Anm. 9), Nr. 132 (p. 314f.), Nr. 133 (p. 316), Nr. 156 (p. 374).* — [2]) *Antoine Du Blet, ein von Lyon gebürtiger*

dicere non possum, quanto gaudio quantaque consolatione exultaverit liquefactaque sit anima nostra, dum accipimus principem Helvetiorum pagum[4], Tigurinos tuos bellis cędibusque natos ferasque potius quam homines, coniunctam hanc sceleratissimae crudelitati scelerationem avaritiam[5] ad syncęrum euangelii verbum semel exuisse bonaque fide, (eo praesertim tempore, quo ex funesta hac exercitatione uberrimus questus rediret) Christo domino verae pacis autori sacramentum dixisse[6]. Vere potens est deus ex lapidibus istis suscitare filios ipsi Abrahae *[Matth. 3. 9]*, hocque unum imprimis mirabile in oculis nostris *[Marc. 12. 11]* per verbum suum[7] dominus effecit, quamquam quid mirabile esse potest immensam illam bonitatem reputanti praeter

---

Edelmann, der sich als Kaufmann oder Bankier betätigte und sich auf seinen Geschäftsreisen in der Schweiz und in Deutschland lebhaft der evangelischen Sache widmete; Le Fèvre d'Étaples nennt in einem Briefe an Farel vom 20. April 1524 eine Reihe reformatorischer Schriften, die ihm Du Blet von dort zugesandt hatte. Oecolampad schreibt am 15. Mai nachher an Luther, wie sehr man auf Frankreich für den Namen Christi hoffen dürfe, und nennt als Beispiele von dortigen Evangelischen neben Farel den Du Blet, „honesto loco natus, proceribus plerisque perquam gratus". Du Blet war einer der Lyoner, die zweimal mit Farel von Basel aus Zwingli besuchten, im Frühjahr 1524, und durch Du Blet, der dann heimreiste, sandte Zwingli seinen Brief an Papilio, auf den dieser hier antwortet. Ja, Du Blet berichtete über die Zürcher Reise, ohne Zweifel von Lyon aus, an Le Fèvre d'Étaples, wie diesem auch Farel darüber schrieb, unter Beifügung einer ihm von Zwingli übergebenen Schrift (der Thesen von Johannes Heß in Breslau, vom 20. April 1524). Vgl. Herminjard 1, Nr. 98 (p. 207), Nr. 101 (p. 215), Nr. 103 (p. 226). Ein Neffe von Du Blet kam nach Zürich zur Erziehung bei Ceporin; Farel empfiehlt ihn Zwingli und Myconius am 12. September 1525. — [3]) Der Brief Zwinglis an Papilio ist verloren. Da Le Fèvre schon am 6. Juli 1524 aus Meaux an Farel mitteilt, er habe von Du Blet Bericht „de illa vestra peregrinatione" erhalten (s. oben), dieser Bericht aber bereits aus Lyon geschrieben sein wird, wohin Du Blet auch Zwinglis Brief an Papilio mitgebracht hatte, muß letzterer Brief erheblich vor Juli 1524 datiert gewesen sein, nicht später als vom Mai.

[4]) Vgl. Nr. 325 (oben S. 147) am Schluß: Zwingli „ex Tiguro, Helvetiorum primario pago", und so oft in damaligen Quellen. — [5]) Mit der gewichtigen Stellung Zürichs im Schweizerbunde war es gegeben, daß dort zuzeiten der ungestüme kriegerische Drang der Nation kulminierte und dann auch dessen gewerbsmäßige Ausartung, Gewinnsucht, Rohheit und zuchtloses Leben einen hohen Grad erreichten; nicht umsonst ist in Zürich zuerst und am kräftigsten die gesunde Reaktion gegen dieses Verderben erwacht. — [6]) Dieser Hinweis auf die Selbstverleugnung des Zürcher Volkes ist völlig zutreffend. Als es die Menschenkraft zum höchsten Preise verkaufen konnte, hat es, zugleich wider alles Zureden und Drohen der anderen Orte, auf die fast unentbehrlich gewordene reiche Quelle des fremden Geldes verzichtet, um vom Auslande frei zu werden und sich in harter, ehrlicher Arbeit einem neuen Leben zuzuwenden. — [7]) Ähnlich sagt Keßler (Sabb.[2] S. 90), es sei „die Frucht des Evangeliums an denen von Zürich, ein groß Wunderzeichen, von Gott durch den Zwingli gewirkt, aus solchen wütenden Löwen so geduldige Schäflein zu ziehen". Ebenso Zwingli selbst („Der

ipsum mirabilium effectorem dominum? Caeterum illud impletum nos videmus, ut primi sint, qui erant novissimi *[Matth. 19. 30]*, ita in nobis ludente stultamque faciente prudentiam hominum deo *[1. Cor. 1. 27]*, apud quem, quod hominibus sanctum excelsumque est, abominatio detestatioque habetur. Minore negocio tuorum quamlibet inquinatas fraternoque sanguine stillantes manus verbum domini, quod omnia purificat, emundavit, facilius in efferatos bellis animos gladio utrinque incidente penetrabilior vivus sermo domini traiecit, quam in nostrorum civiles mores, ceremoniis ritibusque superstitiosis speciosam vitam irrumpere potuerit. Veh, ve iustitiis nostris impiaeque pietati nostrae! Cum tota nostra daemoniaca prudentia, cum superstitiosa religione tot cœnobiis, tot scolis, tot templis, simulacris, ritibus, ieiuniis, votis obduramus in iniquitatibus nostris deumque exacerbamus, quique nos Abrahae filios existimabamus et gloriabamur, videmus ab oriente et occidente congregari, qui cum Abraham et Isaac accumbant, nos autem excludi foras *[Luc. 13. 28 f.]*. Quodque vehementissime dolendum est, tanta hypocriticae huius iusticiae vis tam crassum speciosumque tectorium est, ut nostrorum oculi latentem sub his impuritatem pervidere non possint. Tam multos praeterea Romanense illud idolum[8] satellites omnis generis sibi apud nos comparavit, ut nusquam aut plures aut potentiores aut versutiores; quos tametsi deus contriturus sit cum illorum principe Antichristo, plurimum tamen Christo ex Aegypto redeunti negocii exhibent eoque rem adduxere, ut, quae summa certissimaque Christiano spes est, nihil hac in re ab homine quoquam expectari possit. Interim nihilosecius suae domino reliquiae[9] salvae sunt, indiesque crędentium numerus augetur, qui pro se quisque, quoad licet, Christi negocium promovent in omnesque occasiones intenti (qua fenestra aperitur), sacrum hoc incendium vibrant quamque possunt latissime spargunt. Quod ad regem[10] spectat, excellenti qui-

7 in *übergeschrieben* — 8 penetrabilior] *ursprünglich* penebrabilior — 11 *vor* cum *gestrichen* nostra — 17 est *übergeschrieben* — 20 *vor* satellites *gestrichen* sibi — 26 augetur *übergeschrieben*.

Hirt", Vorwort, gegen den Schluß Bd. III, S. 11. 10 ff.): „Es hat in Zürich, statt und gebiet, das verlonet kriegen by fremden herren ghein andre anfechtung nidergelegt, denn das einig wort Gottes". Myconius (Suasoria p. 6): nunc vero qualia sint (commercia cum externis principibus, pensiones, bella), intelligunt (Tigurini) per Dei gratiam, quae, per verbum advecta, oculos reddidit, ut iam videant manifeste mala esse, quae prius iurassent fuisse optima etc. Zwischen Evangelium und Friedensstimmung war wie zwischen Kriegsgeist und alter Religion ein innerer Zusammenhang; er wird anderweitig zu beleuchten sein, und zwar an der Hand Zwinglis selbst.

[8]) *Vgl. Nr. 295, Anm. 3.* — [9]) *Anklang an Stellen wie Jes. 10. 21.* — [10]) *Franz I.*

dem non minus ille iudicio est quam fortuna; verum (ut nunc est rerum status), multitudine negociorum obruitur; ad hoc, quod plaerisque omnibus nostrum ingenium est, foro utitur impotentiaeque Beheemot illius[11] *[Hiob 40. 10]* caedere cogitur interdum, quamquam, si mihi ea esset autoritas (quam tu forte existimas) apud illum, prius, me autore, susque deque omnia misceret profundasque maris voragines pedibus ingrederetur, Christum ducem unum sequens omni in illum unum spe proiecta, quam ad Pharaonem illum vel tantillum respiceret. Affuturum tamen non desperamus dominum, qui, quod in Christianissimo rege cępit, perficiat *[Phil. 1. 6]*. Nam et clarissima mater[12] recte sapit supraque fęminarum nostratium consuetudinem superstitionibus vacat. Soror vero regis, Alenconii et Biturigum dux[13], nescio an quamquam parem habeat; ita me deus iuvet, ut in illa vigere, vivere spirareque illum existimo existimantque, qui dei sunt, apud nos omnes. Superest, optime Zuingli, ut tuis tuorumque nos exhortationibus precibusque adiuves, nosque vicissim deum patrem obtestemur per Iesum Christum, ut magis ac magis verbo suo successum in suorum cordibus prębeat.

Salvere iubebis in domino Leonem[14], Myconium[15] ecclesiamque, quae apud vos est. Osculatur te in domino *[Röm. 16. 16]* Michaël Aranda[16], eleemosynarius Alenconiensis, Sagiensis, Dampetrus, Sevinus, Matheus, praeses Aurelianus[17], Petrus Amicus[18], vir egregie doctus et Christianus, omnesque, qui sunt Christi. Gratia et pax dei et domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis.

5 illum] *ursprünglich* illud.

---

[11]) *Anspielung auf die Macht Roms.* — [12]) *Louise de Savoie.* — [13]) *Marguerite d'Angoulême.* — [14]) *sc. Iudae.* — [15]) *Über ihn wird Du Blet mündlich an Papilio berichtet haben. Seine Erwähnung neben Leo Jud ist bemerkenswert; sie wird auf das humanistische Interesse der Lyoner weisen; vgl. oben Anm. 2, wo ein Neffe von Du Blet erwähnt wird.* — [16]) *Michael de Aranda, Arandius, aus der Gegend von Tournay, gewesener Einsiedler, las am Hofe der Königin-Mutter die heilige Schrift vor. Gegen Ende 1523 predigte er in Bourges das Evangelium, erfuhr aber bald den Widerstand des Erzbischofs, der ihm am 22. Februar 1524 die Kanzel verbot. Margarethe von Angoulême (Alençon) nahm ihn später in ihren Dienst; sie ernannte ihn zu ihrem eleemosynarius, als welchen ihn auch Papilio bezeichnet. Herminjard 1, Nr. 55 (p. 105f.), Nr. 90 (p. 191), Nr. 97 (p. 205f.).* — [17]) *Nach Herminjard 1, 297 sind diese Personen nicht sicher bekannt. Etliche, mit kurzen, einfachen Namen bezeichnet, mögen von den Lyonern sein, die Zwingli besucht haben.* — [18]) *Pierre Amy, früher Franziskaner, wird im Sommer 1524 bereits als Benediktiner erwähnt, wahrscheinlich in St. Mesmin bei Orleans. Le Fèvre d'Étaples sagt in einem Briefe an Farel (Herminjard 1, Nr. 103, p. 225), er übersetze griechische Stücke ins Lateinische, und fügt bei: vir est nobili et Christiano ingenio, wie oben Papilio an Zwingli.*

Nonis Octobr*is* Lugduni.

Conservus tuus in domino *[Col. 4. 7]*, servus inutilis *[Luc. 17. 10]* Iesu Christi.

Antonius Papilio.

E re Christiana esse Dubleto et mihi videtur, si Ludovicae, Andium, Cenomanorum Angolismorumque duci, Christianiss*imi* regis matri, librum „De vera et falsa religi*one*“ [19], quem scripturum te recepisti, dicaveris.

Amicissi*mo* in Christo viro Vlricho Zuinglio, Tigurino episcopo.

---

[19]) *Abgedruckt Bd. III, Nr. 50. Zwingli hatte diese zusammenhängende Darstellung seiner Ansicht von der Religion wälschen Besuchern, besonders den Lyonern, im Frühjahr 1524 versprochen; sie erschien dann im Druck zum März 1525. Gewidmet ist aber das Buch nicht, nach Papilios Vorschlag, der Königin-Mutter, sondern dem König Franz.*

347.

Zwingli an Johannes Oecolampad.

Zürich, 9. Oktober 1524.

Gratia et pax a domino. Rumor est principem Wurtembergensem te sibi in usum euangelii iunxisse[1]. Ego ab eo homine aliquando vehementer abhorrui; verum si ex Saulo Paulus factus est, non aliter amplecti possem hominem quam fratres Paulum, quum resipuisset. Quidquid in hac re senseris, indica! nam nos, si fides adsit, cum illo, quae maximo sint emolumento rei Christianae futura, tractare poterimus. Cupio autem in summa scire, posteaquam de fide docuisti, ubi nunc sit, et qua ratione tuto queam ad illum literas dare, puta si sit in Monte Peligardi[2]; nam si in arce Twiel[3] est, meopte Marte, si voles, ad illum mittam literas citra tuam operam. Provocationem Balthasaris[4] nuper missam aut excusam ostende aut

Das Autograph, einst Erlanger Handschrift Nr. 1814 (vgl. Irmischers Handschriften-Katalog der Univ.-Bibl. Erlangen, Frankfurt 1852, p. 302, Epist. autogr. Tom. I, 1. Stück), wird seit 1897 vermißt, laut gef. Mitteilung von Oberbibliothekar Dr. Zucker. Es gehörte zur Bibliothek des Christoph Jakob Trew (s. A. D. B. XXXVIII, S. 593 ff.). Abgedruckt ist es in: „XXI Epistolae anecdotae virorum clarissimorum Huldrici Zvinglii . . . et Theodori Bezae. Ex autographis Bibliothecae Trewianae", welche unter Nr. V auf S. 61—88 der Schrift von Christoph Gottlieb von Murr folgen: „Anmerkungen über Herrn Leßings Laokoon, nebst einigen Nachrichten, die deutsche Litteratur betreffend, Erlangen, bey Wolfgang Walther 1769". Danach gab Simmler in seiner Sammlung auf der Stadtbibliothek Zürich in Bd. 11, Nr. 80 eine Kopie und geben auch wir den obigen Abdruck.

Früherer Abdruck (nach Simmler): Sch. u. Sch. VII 360 f., ohne die Adresse.

---

[1]) *Vgl. Stähelin I, 407 f. Ulrich v. Württemberg hatte seit etwa Ende 1523 Verbindungen mit Basel angeknüpft und sich wahrscheinlich nach Johannis (24. Juni) das Baseler Bürgerrecht erworben. Er kam häufiger in die Stadt und besuchte fleißig Oecolampads Predigten. Vgl. L. F. Heyd, Ulrich, Herzog zu Württemberg II (1841), 148 f.* — [2]) *Montbéliard (Mömpelgard).* — [3]) *Hohentwiel.* — [4]) *Balthasar Hubmeier, Pfarrer von Waldshut. Vgl. P. R. E. VIII, S. 418 ff. Die provocatio wird Hubmeiers Büchlein „Von Ketzern und ihren Verbrennern" sein. Sie war aus Schaffhausen*

exemplar remitte, utrumque hoc nostro bibliopola[5] tabellione. Plura non permittunt occupationes. Reliqua omnia memorabit bibliopola. Saluta Annemundum[6], Farellum, Bonifacium[7], cum datur. Vale, ex Tiguro 9. Octobris M.D.XXIIII.

Huldrichus Zuinglius tuus.

Iohanni Oecolampadio, fratri nostro in domino carissimo.

---

provozierend gerichtet gegen die österreichische Regierung, die Hubmeier aus Waldshut vertrieben hatte.

[5]) *Froschauer.* — [6]) *sc. Coctum, s. Nr. 325, Anm. 4.* — [7]) *sc. Wolfhart, s. Nr. 320, Anm. 1.*

348.

Zwingli an Fridolin Lindauer.

Zürich, 20. Oktober 1524.

Ad Fridolinum Lindoverum[1], Bremgartensium concionatorem, super publica de gratia per Christum hallucinatione expostulatio Huldrichi Zuinglii.

Gratia et pax a deo patre et filio eius unigenito, domino nostro Iesu Christo.

Frater in domino dilecte, si modo domini es! Tu quidem hactenus et multa et gravia sive per imprudentiam sive per audaciam in puram euangelii doctrinam, in Tigurinorum, et qui illic verbum

Zürich, Stadtbibliothek: Msc. F. 96 (früher F. 184), Autograph Zwinglis, sechs Blätter in 4° (das Titelblatt fehlt). Danach unser Abdruck, in dem die Seiten des Manuskripts durch senkrechte Striche markiert sind. — Druck von Froschauer vom Jahr 1524 (Titel bei Finsler Nr. 37; vgl. Strickler, Lit.-Verz. Nr. 143; Schweizer, Paul, Zwingli-Autographen S. 22). Die Seiten dieses Drucks stimmen nicht zu den im Autograph angebrachten Rötelzeichen des Setzers. Der Druck weicht in der Anordnung des Textes nicht vom Autograph ab.

Weitere Drucke: Epistola 1536, fol. 39b—42. — Opp. Zwinglii 1545, Tom. I, fol. 202a—204b. — Monumentum instaurati etc. 1592, p. 182 ff. — Sch. u. Sch. VII 361/367.

Ad Fridolinum . . . Zuinglii *fehlt im Autograph.*

---

[1]) *Fridolin Lindauer war Pastor in Bremgarten. Über sein Leben ist weiter nichts bekannt (vgl. E. Egli: Zwingliana I, 456). Nach seinem Ausweichen vor der zweiten Zürcher Disputation (s. Anm. 2) hatte er auf der Kanzel Zwingli und andere Prädikanten der Ketzerei beschuldigt. Deshalb forderten ihn (so nach Sch. u. Sch. VII 361, Anm. 3, deren Quelle Wirz-Kirchhofer: Helvetische Kirchengeschichte Bd. 5 (1819), S. 255 f. ist; Wirz-Kirchhofer fußte auf einem Schreiben des Rates von Bremgarten an Zürich, vorhanden in Staatsarchiv E. I 10; vgl. W. Köhler: Zu Fridolin Lindauer, Zwingliana 1912, Nr. 1) die Zürcher zum Colloquium mit Zwingli auf. Er lehnte ein Gespräch in Zürich ab, weil dort keine gerechten Richter seien. Das Weitere geht aus dem Briefe hervor. Bullinger notiert in seinem Diarium unter den Schriften, quae Capellae intra sexennium hoc (1523 bis 1529) exercitationis causa conscripsimus bei der Abteilung: sequentes libri et epistolae etiam Germanice scripta sunt, sed vel interciderunt vel non absoluti sunt, vel apud alios delitescunt an zwanzigster Stelle: 124 axiomata adversus Fridolinum Lindoverum.*

prędicamus, contumeliam effudisti[2]; ad quę nos hac potissimum connivimus causa, quod speraremus te cum sententia sermonem quoque mutaturum. Ad quę tam abest, ut alioqui tacuissemus, ut iam olim consilium fuerit per epistolam te amice conveniendi et, eam si minus audisses, paulatim instandi tum adhortando tum arguendo, donec deserta Aegypto, contemptis carnium ollis et peponibus *[2. Mos. 16. 3. 31, 4. Mos. 11. 5]*, cęlestis verbi manna non solum tuum, sed etiam populi vestri palatum reficeres. At posteaquam animus tibi cępit in diem magis ac magis ferocire, mutaveram consilium, melius esse ratus, si tibi satis superque tua sponte insanienti defervere potius bilem sinerem, quam scriptis meis extimularem. Sic enim et impudentia et furore agitari videbaris, ut nullę prorsus Anticyrę[3] quicquam tibi prodesse possent. Et sic prorsus conticui, istud interim solatii habens, quod, etsi Maenades[4] insolescendo vinceres, haud multum tamen herbescenti Christo nocere et minus Antichristo prodesse posses. Nunc vero, quasi parum sit in quibusdam verbi locis dissensisse et in homines genuinum exercuisse, qum universam Christi religionis summam evertere conari et Christum ipsum blasphemare te non pudet, rumpendum esse constans hactenus silentium duximus, ne ad contumeliam dei conniventes proditionis rei agamur | et, quod olim populo Israelitico, nobis quoque eveniat: qui, dum constanter gentes, quas iusserat dominus, expellere cessaret, ita iram dei super se provocavit, ut crebro hostibus suis sit subiugatus, quibus imperare debebat *[Ri. 2. 1–3]*. Ne sic, inquam, nobis eveniat, ut istis, quod scilicet falsitas et men-

7 solum *übergeschrieben über gestrichenem* modo — 10 tibi *ursprünglich* t — satis superque *am Rande* — insanienti] *ursprünglich* insanientem — 11 *vor* meis *gestrichen* magis — extimularem] *ursprünglich* exagitarem, *dann* agitarem *gestrichen und* timularem *an den Rand geschrieben* — 14 haud multum *am Rande; im Texte gestrichen* parum — 17 *vor* genuinum *gestrichen* contumeliosum fuisse — qum *am Rande* — 18 *vor* conari *gestrichen* tu — 18f. *vor* rumpendum *gestrichen* quo circa — 20 *vor* et *gestrichen* evenietque nobis quod — *vor* populo *gestrichen* fi[?] — 24 ut] *ursprünglich* quod, *dann gestrichen und* ut *übergeschrieben* — 24f. quod . . . subiiciant *am Rande; hinter* subiiciant *am Rande gestrichen* Neque eis quibus imperaveram oportuit parere cogamur.

---

[2]) *Lindauer hatte vor der zweiten Zürcher Disputation geprahlt, er wolle Zwingli und seine Gehilfen mit drei Worten zum Schweigen bringen; man erwartete ihn deshalb zur Disputation, aber er erschien nicht. Vgl. E. Egli: Schweizer. Reformationsgeschichte I (1910), S. 147, unsere Ausgabe Bd. II, S. 771. 21ff.* — [3]) *Anticyra ist der Name zweier Städte in Phocis (Cirrha gegenüber, daher der Name) und in Thessalien; in beider Umgebung wuchs viel Nießwurz, welche als Heilmittel besonders gegen Wahnsinn benutzt wurde. Der Sinn ist also: kein Heilmittel gegen Wahnsinn kann dir helfen.* — [4]) *Die rasenden Bacchantinnen.*

dacium veritatem subiiciant, tua ista in cęlestem doctrinam et in Christum, dei virginisque filium, contumelia nullo dissimulari pacto debet. Ea autem est, ut ad causam ipsam descendamus: Qum proximo Augusto apud Helvetiorum nostrorum Thermas[5] ad ecclesiam, quę illic est, sermonem fecisti, palam adseverasti: primum, Christum solummodo pro eorum delictis esse passum, qui ante se fuerint[6]; deinde, per Christum nobis non alia delicta condonari, quam quę baptismo abluuntur; nam quę postmodum perpetraverimus, sacramentis ecclesię elui oportere.

Quod ad primum adtinet, brevioribus quidem, sed claris tibi ante oculos exponam, quam foede hic sis hallucinatus. Abrahamo promittitur Gen. 15. *[Gen. 15. 5ff.]*: In semine tuo benedicentur omnes tribus terrę. Quod si ecclesia, quę ex gentibus vocata est et circum plateas, per vicos, apud extra urbem septa collecta *[Luc. 14. 21–23]*, in semine Abrahami, quod Christus est, non est benedicta, quomodo omnes tribus terrę in eo erunt benedictę? Et contra, si omnes benedictę sunt per Christum, cur tu eum posteris ipsius violenter aufers? Ad hunc modum omnem posteritatem Abr*ahę* percurre et invenies perpetua serie cum verbis prędici tum figuris adumbrationibusque *[Hebr. 8. 5, 10. 1]* pręsagiri, quod Christus sit omnibus gentibus salutaris futurus, et quod Israel dominum proditurus, gentes vero eum sint amplexurę. Quid enim putas Ismaelis *[1. Mos. 21. 9ff.]* et Esau

2 virginisque *am Rande* — 4 ad *übergeschrieben* — *vor* ecclasiam *gestrichen* publicam — 6 eorum delictis *am Rande, im Texte gestrichen* eis — 8 *vor* quę *gestrichen* que — 10 quidem *am Rande* — 11 *vor* exponam *gestrichen* ponam — 16 f. Et . . aufers *am Rande* — 18 *vor* omnem *gestrichen* per — 21 *vor* dominum *gestrichen* fit.

---

[5]) *Baden (im Kanton Aargau).* — [6]) *Dieser Vorwurf ist in reformatorischer Zeit häufig gegen die Katholiken erhoben worden, und jedenfalls nicht immer zu Unrecht. Zur Berner Disputation, z. B. von 1528, hat Zwingli die Behauptung Huters angemerkt, daß Christus bloß für die Erbsünde gelitten habe und wir auch etwas tun müssen, um nicht leer zu erscheinen (Egli: Analecta reformatoria I, 40). Siehe auch in den Erläuterungen der 67 Schlußreden Bd. II, S. 162 ff. Vgl. ferner N. Paulus: Der Augustiner Bartholomäus Arnoldi v. Usingen (1893), S. 53, Anm. 1; der „Katholik", 1900, Nr. 5, Theol. Jahresbericht 1901, S. 568. Die katholischen Äußerungen haben den Zweck verfolgt, wie aus den Äußerungen Lindauers deutlich hervorgeht, Raum zu schaffen für die kirchliche Sakramentslehre und die menschlichen Verdienste neben der Leistung Christi. Darauf kommt es hinaus selbst in den Fällen, wo ein Mißverständnis auf evangelischer Seite vorliegt, sofern die Katholiken nicht gesagt haben: Christum solummodo (= nur) . . . esse passum, vielmehr: Christum solum (= als Einziger) . . . esse passum. Denn wenn es heißt, Christus habe für die vor ihm Gewesenen allein die Erlösung vollbracht, so folgt daraus, daß bei den nach ihm Gekommenen noch etwas anderes mitwirkt, nämlich Sakramente und Verdienste.*

[1. Mos. 27. 1ff.] repulsam aliud figurasse, quam veterum colonorum eiectionem et, quę gentibus facta est, vineę novam locationem *[Jes. 5. 1ff.]*? Quid Iacob ex Mesopotamia uxoribus duabus, sed formosiore aliquamdiu steri | li, pulcerrima posteritate et numeroso pecore dives domum rediens *[1. Mos. 33. 1ff.]* aliud vel potuisset indicare quam Christum, qui oves tam ex gentibus quam Iudęis in unam ecclesiam coniunctas *[Joh. 10. 6]* istuc, unde ipse venerat, reduxit? quod ipsum Isa*ias* pulcerrima similitudine sterilis aliquousque feminę ac postea foecunditati redditę cap. 54. *[Jes. 54. 1ff.]* expressit, quarum admodum multę, sed omnes ad hunc typum fuerunt, sic inquiens: Lauda sterilis, quę non paris, decanta laudem et hinni, quę non pariebas, quoniam plures filii desertę quam eius, quę virum habet. Quid sanctissimi baptistę verbum: Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi *[Joh. 1. 29]*, num falsum, aut vani alicuius parasiti encomium fuit? Aut Iudęorum patres, qui ante Christum vixerant, mundus sunt, et nos mundus non sumus? Si vero Christus nostra quoque vulnera sanavit, qui factum est, ut nobis eam salutem invideas? Et qum quidam gentiles aliquando cuperent Iesum convenire, Io*annes* 12. *[Joh. 12. 20ff.]*, sensit prę foribus esse, ut salutis verbum gentibus quoque annunciaretur, dixitque venisse horam, ut filius hominis clarus fiat, hoc est, ut morte superata salus in eius nomine omnibus gentibus promitteretur. An et hoc frustraneum esse putas? Postea vero quam a mortuis resurrexit et discipulis praecepit *[Matth. 28. 19]*: Ite, inquiens, docete omnes gentes, baptizantes eos etc., et prędicate euangelium omni creaturę: num et hoc inane tibi videtur? Absit. Nisi, ut est quorundam audacia, hoc dictum velis, ut gentes non sint gentes, aut humanum genus desierit creatura dei esse. Num Iudęorum deus tantum est? nonne et gentium? Certe et gentium est, Ro*manorum* 3. *[Röm. 3. 29]*. Sed de hoc satis; nam ipse hic non obstinate constitisti, ut audio; sed rhetorum more iniquum petivisti, ut ęquum (si modo equum esset, quod adseris) tolleres, | hoc est salutem per Christum patribus tantum permisisti, ut, qui vere Christi sunt, grati essent et contenti, si vel hoc auferrent, quod Christus eis semel fuisset salutaris, quo deinde fieret, ut sacramentorum signis,

3 *hinter* Mesopotamia *sollte ursprünglich, am Rande nachgetragen,* rediens *stehen, doch strich Zwingli es wieder aus* — 8 aliquousque *am Rande* — 9 foecunditati] *ursprünglich* foecundę, *dann* ę *gestrichen und* ditati *an den Rand gesetzt* — 10 sed . . . typum *am Rande* — 15 ante *übergeschrieben über gestrichenem* prę — 16 vulnera sanavit *am Rande* — 16 *vor* qui *gestrichen* delicta expiavit — 18 Io. 12. *am Rande* — 21 *vor* omnibus *gestrichen* coram — 26 *vor* hoc *gestrichen* ut *(übergeschrieben)* inter mendacia inveniatur quod respondeant — 27 f. Num . . . Ro. 3. *am Rande* — 30 *vor* ut audio *gestrichen* nisi quod.

quę vulgus sacerdotum non nisi magno vendit, conducto murmure etiam frigido ac somniculoso redemptisque preculis populus Christianus commissa sua expiare contenderet. Quod istę voces tuę prodiderunt: Bona res est offerre. Offerte pro vivis et defunctis! Nolite eos audire, qui docent non offerendum esse, et consimiles. Acu plane rem tetigisti; hinc lacrymę istę vestrę[7]. Sed in viam redeo. In hac opinione non admodum pertinaciter constitisti, non ignarus, quam impium esset quamque Iudaicum et blasphemum eam adserere. Sic ergo ab ea discessisti, ut tergiversationis effugium tibi relinqueres, et ad secundam sic gladiatorio animo properasti, tanquam eam non modo securibus, sed et palmis et plantis defendere constitueris, videlicet per Christum nobis non alia delicta condonari, quam quę baptismo abluantur, et, quę post admiserimus, expiari sacramentis oportere. Quę opinio quam sit impia, et Christiano homine, nedum verbi ministro, indigna, facile dici non potest. Quid enim est Christum conculcare, si hoc non est? pręsertim cum tot tamque manifestos scripturę locos habeas, quibus videre licet Christum pro omnibus omnium commissis *ἀπολύτρωσιν*, hoc est redemptionem ac precium, esse. Iterum ergo pręcursoris verbum considera: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi *[Joh. 1. 29]*. Ut quid dicit peccata mundi, si unum origi | nale peccatum tulit? an peccatum aliud non est quam originale? ut cum dicat peccata, nihil aliud intelligere debeamus quam originale, quod scilicet omnia peccata sint originale peccatum tantum? Quorum utrunque quam sit absurdum, omnibus est manifestum. Ioan. 3. *[Joh. 3. 17]* sic legere poteras: Non misit deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur. Ecce mundum salvari per Christum, non tantum originale, aut etiam baptismum pręcedens peccatum sanari. Deinde quod sequitur: Qui credit in eum, non iudicatur, te manuducere potuit in fidei cognitionem, quod fide in deum per Christum omnia peccata delentur, ita ut ne iudicentur quidem, qui Christo fidunt. De qua re non est hic ad sufficientiam dicendi locus, ne librum potius videamur quam expostulationem scripsisse. Ibi*dem* 1. *cap. [Joh. 1. 17]*: Lex per Mosen data est, gratia et veritas per Iesum Christum facta est. Quod si

2 etiam *am Rande, davor im Texte gestrichen* et mera eucharistię manducatione eo quidem etiam (etiam *übergeschrieben*) — 8 *vor* quamque *gestrichen* eam adserere — blasphemum *am Rande* — 9 *vor* effiugium *gestrichen* tibi — 14 *vor* Quę *gestrichen* ꝙ — 28 f. baptismum *am Rande* — 29 sanari *am Rande* — 34 f. Lex per . . . data est *am Rande*.

[7]) *Vgl. Otto 184 (bei Terenz, Cicero, Horaz, Iuvenal nachweisbar).*

per Christum non nisi originale et prȩcedentia baptismum peccata delentur, quod nam discrimen erit Moseos et Christi? prȩsertim qum iuxta vestram opinionem circumcisio apud priscos hoc potuerit, quod apud vos baptismus, quamquam illa in venturo Christo, hic in iam accepto. Aut quę nam esset gratia semel abluisse eum, quem scias mundum esse nulla ratione posse? Gratia sic per Christum facta est *[Joh. 1. 17]*, ut perpetua sit, perpetuo duret, perpetuo expiet. Nam omne, quod pater Christo dederit, ad eum veniet, et, quod ad eum venerit, non eiiciet foras Io. 6. *[Joh. 6. 37]*. Verumtamen ad luculenta veniamus. Christus sic pronunciat Io. 14. *[Joh. 14. 6]*: Ego sum via, veritas et vita. Quandoquidem ergo via est, per eum ingre | di oportet in vitam; nam qui alia ingrediuntur, fures sunt et latrones. Ibidem rursum inquit: Nemo venit ad patrem nisi per me *[Joh. 14. 6]*. Non ergo per sacramenta, non per aliud precium itur ad patrem, quam per Christum. Ipse dixit, qui et veritas est. Nulla igitur prorsus venitur ad patrem via, quam Christo. Istic: Ego ad patrem vado, et quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam. Hoc se ipsum facturum recipit Christus, quod in eius nomine petierimus. Si ergo iniquitates nostrę sicut onus grave nos premunt, per Christum levari orabimus, et ipse faciet, quod orabimus; non enim dixit: Sacramentorum vi liberabimini nec alia quacunque re, sed me: cum enim petieritis in nomine meo, faciam. Cap. 16. *[Joh. 16. 23]* sic inquit: Amen, amen dico vobis, quęcunque petieritis a patre in nomine meo, dabit vobis. Hic patrem daturum pollicetur, quod paulo ante ipse promiserat, indiscriminatim sibi et patri, quod nobis divinitus datur, attribuens. Deinde si nobis a patre, quęcunque tandem oramus in nomine Christi, donantur, qur non delictorum veniam in eius nomine petemus? aut cur alia via quam per Christum eam quęremus? Lucę 24. *[Luc. 24. 25ff.]* aperte legis Christum apostolis, et qui cum eis erant, mentem sic illustrasse, ut scripturas caperent, ac mox ex ipsis ostendit, ut se pati oportuerit et resurgere tercia die et in nomine ipsius praedicari poenitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes. Habes hic sole clarius poenitentiam et remissionem peccatorum oportere in Christi nomine prędicari, nec est, ut hic de originali et baptismum prȩcedentibus causeris; nam in genere dixit poenitentiam et remissionem | peccatorum. Iccirco fieri nequit, ut

4 *vor* quamquam *gestrichen* et pecudum oblatio quod apud vos sacramenta novi testamenti — *vor* Christo *gestrichen* bearet [?] — 8 eum *(vor* veniet*)* *übergeschrieben über gestrichenem* se — 9 Verumtamen, *am Rand, als Ersatz für* Quin *im Text. Beide Wörter sind unterstrichen* — 12 alia *übergeschrieben über gestrichenem* aliunde — 22 *vor* faciam *gestrichen* hoc — 23 *das erste* Amen *am Rande* — 30 *vor* illustrasse *gestrichen ein nicht mehr leserliches, mit* a *beginnendes Wort.*

resipiscentibus Christum semel modo possis salutarem esse dicere; sed poenitentiam et remissionem peccatorum in nullo alio valere confiteri cogeris, quam in nomine Christi; oportuisse enim, inquit, in eius nomine pęnitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes prędicari. Actorum 4. *[Act. 4. 12]* perhibet Petrus non aliud esse nomen sub sole, in quo nos oporteat salvos fieri, quam nomen Iesu. Quomodo igitur tu audes adseverare sacramentis abstergi vulnera nostra, quę solius Christi sanguine curantur? Sanguis enim testamenti est, qui pro totius multitudinis salute fusus est *[Matth. 26. 28]*. Verum quid longius rem istam perscrutor? Cum novum testamentum ideo sancitum sit, ut ęterni filii dei ęterno sanguine perpetuo accessionem habeamus ad deum *[Eph. 2. 18]* et non Iudęorum ritu cogamur vaccarum et caprorum cruore pollui potius quam lustrari *[Hebr. 9. 11ff.]*, sed, quotiescunque vulnus accepimus, ad patrem clamemus, ut filii sui precio mederi, hoc est ignoscere, dignetur. Veritas est, qui in suo nomine postulare iussit. Impetrabimus ergo; nemo enim est, qui negare possit; idem enim est, qui hanc viam ostendit, quod et pater; unde et seipsum quoque facturum spondet, quod alio loco de patre promittit *[Joh. 14. 13]*. Iam quid apostolorum testimonia produxero? qui toti in hoc sunt, ut Christum omnibus gentibus, omnibus animi morbis, omnibus conscientię vulneribus comprobent esse salutarem. At, inquies, omnia, quę adducta sunt, non equidem inficior; Christus agnus est, qui peccata mundi tollit *[Joh. 1. 29]*, sed semel cuique tollit. Quis vero hoc unquam dixit: semel tollit? Nam quod semel tantum mortuus est, non istud continuo sequitur, | quod semel tantum deo reconciliet. Ut enim ęterni dei filius est, ita precium sanguinis eius in perpetuum durat ad omnium omnia exhaurienda peccata, non semel, sed semper; nam ad hoc semper vivit, semper ad dexteram patris sedet *[Hebr. 8. 1]*, ut semper placet iustam dei iram. Neque hoc nostrum commentum est. Habes 1. Io. 2. *[1. Joh. 2. 1f.]*: Filioli, hęc scribo vobis, ne peccetis. Et si quis peccaverit, advocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, et ipse est propiciatio pro peccatis nostris, non solum autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi. Primum, quibus scribit hic Ioannes? nimirum fidelibus; ergo et fidelibus, qui iam baptizati haud dubie erant, Christum propitiationem promittit. Secundo loco, cum dicit „et si quis peccaverit“, manifestum est, eum non de originali morbo loqui; hunc enim non

1 *vor* dicere *gestrichen* permittere — 3 oportuisse *am Rand, als Ersatz für* oportere *im Text. Beide Wörter sind unterstrichen.* — 7 abstergi *am Rand, statt* tolli *im Text. Beide Wörter sind unterstrichen.* — 17 *vor* enim *gestrichen* et — 21 conscientię] coscientię — 24 vero *am Rande* — 36 *vor* et *gestrichen* sed — 37 est *übergeschrieben.*

peccamus ipsi, sed peccavit Adam. Postremo, iterum audis Christum hostiam esse, quę non solum gentis alicuius, sed universi orbis universa delicta expiet. Quod et ipse dulcissima Samaritę parabola docuit, qum ipsum eius quoque, quod supra duos denarios expensum esset, prędem facit *[Luc. 10. 30–35]*. Porro, quid aliud agit Paulus[8] per totam ad Hebręos epistolam, quam ut vim ingeniumque mortis Christi explicet? Ut scilicet Christus una quidem morte vel oblatione sanctificatos, hoc est fideles, in perpetuum consummaverit, eum veterum hostiis opponens, quod illas crebro iteratas oportuisset, ipsum vero tam sanctam, tam divitem, tam denique absolutam esse oblationem, ut, qui ea freti sint, perpetuo per ipsam ad deum accedant. Et propterea sic inquit cap. 13. *[Hebr. 13. 8]*: Christus Iesus heri et hodie, ipse etiam in sęcula. Non aliud | procul dubio intendens, quam quod Christus ad usque mundi consummationem tam salutaris est, quam erat, cum in cruce mactatus spiritum redderet; mox enim adiungit: Doctrinis variis et peregrinis ne circumferimini *[Hebr. 13. 9]*! optimum enim est gratia stabiliri cor, hinc salutem hominis pendere definiens, si sola dei gratia per Christum nitatur, quam viam novam noviterque structam Christus patefecit, Hebr. 10. *[Hebr. 10. 20]*. Sola ergo dei gratia foelicitati restituimur. Porro gratia dei per Christum sic firmata est, ut ferme iam debiti rationem induerit. Quomodo enim non omnia nobis donavit, qui filio suo non pepercit *[Röm. 8. 32]*? Hoc autem postremum, quod maxime contra adsertionem tuam pugnat, videlicet sola gratia dei nos iustificari, non sacramentis, quę tu libenter magno venderes, Paulus tam Romanis quam Galatis scribens clarissime adserit. Nam si sacramentis aboleri peccata potuissent, qur factum esset, ut Christus carnem indueret et non potius sacramenta institueret, quibus expiaremur? At dices sacramenta non propria, sed passionis Christi virtute repurgare peccata. Qur igitur Aristotelicę oblitus es maximę? Propter quod unumquodque tale, et ipsum magis[9]. Si sacramenta ideo purificant,

3 *vor* et *gestrichen* fortasse — 4 *vor* ipsum *gestrichen* eum — duos] *das* s *über der Zeile* — 10 f. *vor* oblationem *gestrichen* omnium — 16 circumferimini] *ursprünglich* circumferamini — 17 *vor* hominis *gestrichen* humanam — 21 sic *am Rande* — 26 *vor* clarissime *gestrichen ein nicht mehr leserliches Wort* — *vor* adserit *gestrichen* docet — 29 *vor* sed *gestrichen* virtute — 30 es *übergeschrieben* — 31 *vor* Si *gestrichen* Si propter Christi passionem.

[8]) *Zwingli hält an der paulinischen Autorschaft des Hebräerbriefes fest. Zu der (abweichenden) Stellungnahme Luthers vgl. Weim. Ausgabe X, I, 1, S. 143, Anm. 2, S. 194, Anm. 1.* — [9]) *Zwingli spielt hier an auf die Meinung des Aristoteles über das Verhältnis des Allgemeinen zum Einzelding. Weil das Einzelding ein tale ist, so*

quod Christi sanguine sunt imbuta, sanguinis igitur est, non sacramentorum, criminum ablutio. Qui ergo Christi sanguine intrepide fidunt, peccatorum remissionem impetrant. Quod si sacramentum accedat, exterioris potius hominis informatio est, quam interioris. Ut enim hic elementis nullis doceri aut fide | lis reddi potest, sic iste quicquam capere nequit, quod sensu non experitur. Ut ergo toti, hoc est tam interiori quam exteriori, homini deus satisfaceret (ut exempli causa dicamus), eum, qui iam credidisset, aqua tingi iussit, non ut animum ablui hac ratione voluerit — nam qui fieri posset, ut incorporea substantia elemento corporeo ablueretur? — sed ut exterior homo visibili signo initiaretur, quo eius quoque rei, quę apud interiorem vel fidei lumine vel manifesto gratię dei verbo geritur, certior fieret. Quod Augustinus recte vidit, qum dixit, etiam, qum verbum accedat ad elementum, fide tamen omnia confici[10]. Sed leve sit tam Augustini testimonium quam nostrum, nisi verbo dei clare idem habeatur. 1. Petri 3. *[1. Petri 3. 21]* sic scriptum est: Cuius figuram referens baptismus nos quoque nunc salvos reddit, non depositio sordium carnis, sed conscientię bonę responsio ad deum per resurrectionem Iesu Christi. Vides hic primum baptismum pro fide accipi; nam ea sola nos salvos reddit. Nec mirum hoc est aut inusitatum apostolis, ut scilicet signum pro signato accipiant; Paulus enim cum crebro id faciat, apertissime tamen in Romanorum epistola

2 *vor* ablutio *gestrichen* absolutio, condonatio — 11 *vor* eius *gestrichen* propemodum tantam certitudinem iuxta naturam (naturam *am Rande statt:*) ingenium suam acciperet, quantum interior fidei lumine aut certe gratię dei promisso (aut . . . promisso *am Rande*) iam nactus esset eius quoque (quoque *am Rande*) rei, quę apud interiorem hominem pro (pro *am Rande*) fidei certitudine vel claro dei verbo fieret — 14 *vor* fide *gestrichen* frustra tamen esse, si baptizeris (si baptizeris *am Rande*) nisi credas. Quod de adultorum baptismo dicitur [?] fidem tamen ante omnia adesse oportere. Quod de adultis quod ad baptismum parvulorum (infantium *am Rande*) adtinet, huc non pertinet . . . *(etwa drei unlesbare Worte)* nunc non est tractandi locus — 16 habeatur] *ursprünglich* habeamus — *vor* scriptum *gestrichen* habes — 17 f. *vor* depositio *gestrichen* carnis.

---

ist es zugleich auch mehr, d. h. ein Allgemeines, das in dem Einzelnen steckt. Zwingli verweist den katholischen Gegner auf Aristoteles, weil in den scholastischen Streitigkeiten über die Universalien Aristoteles Autorität war. Die Ansicht des Aristoteles gibt Zwingli richtig wieder. Vgl. W. Windelband: Lehrbuch der Geschichte der Philosophie 4 (1907), S. 108 ff. F. Kampe: Die Erkenntnistheorie des Aristoteles 1870.

[10]) *Accedit verbum ad elementum et fit sacramentum (in Joh. tract. 80. 3). Crede et manducasti (in Joh. 25. 12). (Migne, patrol. lat. 35 opp. Augustini 3, S. 1840 und 1602). Weitere Äußerungen Augustins bei L. Hahn: Lehre von den Sakramenten (1864), S. 11 ff.*

secundo *[Röm. 2. 26 ff.]*. Quod et Petrus ipse | continuo adiunctis sequentibus verbis idem manifestum facit: Non dispositio sordium carnis, inquiens *[1. Petr. 3. 21]*; quibus aperte liquet baptismum nos non salvos reddere, quatenus corporis superficiem sordesque abluit, sed quatenus conscientia nostra sibi probe respondet et constat, cum sese excutit, quomodo ad deum habeat, ac vitę in Christo certa est, quoniam ipse ex mortuis resurrexerit. Quid multis opus est? Caput hoc esto: Sola gratia dei nos salvos fieri, id autem, qum ea fidimus. Ocius ergo cum tua ista in gratiam dei contumeliosa opinione facesse, qua sacramentis adseverasti admissa deleri, non alia ratione, oportere. Et quandoquidem hactenus palam sic docuisti, non citra iniuriam filii dei, per eum te oro, ut resipiscas, mentem ab errore revoces et in obsequium dei mancipes *[2. Cor. 10. 5]*, ita ut nullius verbum apud te tantum valere sinas, quantum dei. Quod si feceris, iam novus homo fies et, quod prius ex hominum somniis constanter adseruisti, damnabis, cadentque de oculis tuis squamę *[Act. 9. 18]*; quibus ablatis verum propius constantiusque intuebere; cuius faciem si recte contemplatus eris, pudebit superioris audacię, qua tam gloriose absque verbi dei autoritate non modo istum, sed et multos alios errores adfirmasti. Reddetur et animus tuus paulo humanior ac moderatior, ne more quorundam quotidie nova excites incendia, nunc hęreticos, qui dei verbo nituntur, nunc vero eosdem indicta causa trucidandos vociferantes [!]. Quorum furorem et fremitum dominus aliquando dissipabit. Quin potius hoc age, ut, si quando audias, quod a sententia tua abhorreat, contine [!] paulis | per iudicium ac interim verbum dei consule, neque id in lacunis, sed in ipso fonte et scaturigine, simulque ora, ut, qui te liberaliter ad hauriendum invitavit, donet, ut coelestem aquam *[Joh. 4. 10]*, hoc est scientiam, pure haurias. Hic mihi haud dubie aliter pronunciabis, quam qum carnem et sanguinem consuluisti *[Gal. 1. 16]*; omnis enim caro foenum *[1. Petr. 1. 24]*. Quod si contra in contumelioso errore contumaciter perstiteris, gratiam dei conculcando et carnis et sanguinis audaces opiniones adseverando, erimus et nos in te confutando constantes, neque solum te, sed et alios quosdam indoctos doctorculos, quibus plus ęquo hactenus indulsimus, non alia quam propter arrogantem illorum stulticiam causa. Te vero,

1 secundo *unter der Zeile* — 1 f. *vor* sequentibus *gestrichen* verbis — 2 idem *übergeschrieben* — manifestum *am Rande* — 4 superficiem *am Rande* — 6 *vor* quomodo *gestrichen* quid — 8 *vor* id *gestrichen* atque eos solos qui ea fidunt — 10 *vor* admissa *gestrichen* peccata — 19 *vor* adfirmasti *gestrichen* adseruisti — 20 *vor* et *gestrichen* que et mens tua — 22 f. vociferantes *ursprünglich* vociferans — 29 aliter] *ursprünglich* aliam — *vor* pronunciabis *gestrichen* sententiam — 34 *vor* plus *gestrichen* ęquo plus hactenus.

fama tantum, tametsi vicina, notum, qum tanto fastu turgere negent, amice primum convenire placuit, ut, si per dei gratiam liceat, fratrem lucrifaciam *[Matth. 18. 15]* in nullum alium usum, quam ut dei verbo posthac fideliter hęreat, hominis laqueum remittat, quo deinde veram dei gloriam contemplatus miseris mortalium conscientiis non alia cataplasmata oblinet, quam quę ex cęlestis medici apotheca sint deprompta. Faxit deus optimus maximus. Amen.

Boni consule amicam hanc expostulationem nostram, serius per occupationes missam, atque statu eramus.

Vale.

Ex Tiguro 20. die Octobris anno M.Dxxiiij.

Huldrych Zuinglius ex animo tuus, si tu Christi potius esse velis quam hominis.

1 tametsi *am Rande, im Texte gestrichen* quamvis — 12 tu] *ursprünglich* tm.

349.

Zwingli an Wilibald Pirkheimer[1].

Zürich, 24. Oktober 1524.

Gratia et pax a domino. Postremis litteris tuis[2] hactenus nihil respondi, tantumque temporis interfluxit, ut ad nulla respondendum esse putem quam ad id, quod de missae nomine sentis. Equidem vero sentio, missam non ab Hebraeis ad nos dimanasse; nam sic veteres maxime usi fuissent ea voce, qui multa per manus ab apostolis acceperant. Quod vero putas a missione, quae fit, dum vel scenam vel concionem dimittimus[3] vel rude aliquem donamus, id ego puto eruditius esse, quam quod de illo quicquam sciverint hac aetate homines, qua communio coepit missa adpellari; nam quid cum ista vetustate iis hominibus, qui nec, an ipsi viverent, sua aetate recte sciebant? quid porro cum hoc amaricino [!] his suibus[4]? Unde missam arbitrati sumus a missa, hoc est oblata victima, ut isti putant, esse dictam; id autem palam testati sumus in „Canonis Epichiresi“[5]. Caeterum prodest omnino frequenter inter fratres commeare litteras. Quod autem ipse rarius scribo, hinc est, quod is, qui istas fert, solus ferme ex nostris ad vos proficiscitur[6], atque idem tam fidus est et candidus,

4 non] non esse *Fr.* — 13 f. Caeterum] Caetera *Fr.*

Sammlung einiger der Antiquität und ihrer Verfasser wegen merkwürdigen Original-Briefe usw. (in Dorpat?).

Daraus: Theod. Frid. Freytagius, Virorum doctorum epistolae selectae ad Bilib. Pirchheymerum etc. datae, ex autographis nunc primum edidit et illustravit. Lips. 1831, p. 24 f. (danach unser Abdruck).

Sch. u. Sch. VIII 653 (Appendix III).

---

[1]) *Vgl. Nr. 103, Anm. 1.* — [2]) *Dieser Brief Pirkheimers ist nicht erhalten. Da er eine Erörterung über den Begriff „missa“ brachte, wird er von Ende 1523 oder Anfang 1524 datieren.* — [3]) *Vgl. Bd. II, S. 567 f., Bd. III, S. 128.* — [4]) *Vgl. Gellius, Noctes Atticae praef. 19: vetus adagium est: nihil cum fidibus graculo, nihil cum amaracino sui.* — [5]) *Vgl. Bd. II, S. 567 f.* — [6]) *Es wird der Buchhändler Froschauer*

ut fideliorem ipse non habeam; nam plus est nobis deditus, quam si ex eisdem essemus prognati parentibus, id autem propter solum divinum, cui multo maxime deditus est. Eius itaque propter fidem literis opus non habeo; sed quotiescunque ad te venerit, omnia ex fide narrabit; omnium nostrorum conscius est. Plurima essent nova ad te scribenda; sed ea non posset unum ferre plaustrum. Satis sit ergo hominis memoria, ex qua tibi cuncta velut ex durio equo prosilient, si nacto ocio detur cum tranquillitate hominem audire. Breviter! nam urgeor vela colligere. Futurum arbitror, ut Norimberga et Tigurum aliquando in eodem iungantur foedere[7].

Vale. Non relegi.

Ex Tiguro 24. die Octobris MDXXIIII.

Salvus sit Hosiander[8] ille sanctus et omnes fratres!

Huldricus Zuinglius tuus.

Omnibus numeris absoluto viro *domino* Bilibaldo Birckaimero, Noricorum consuli, Christi fidelissimo servo.

14 Zuinglius] Zwinglius *Fr.*

---

gemeint sein. Über seine Stellung zur Reformation, speziell während des Streites um die Fasten 1522 vgl. E. Egli: Schweiz. Reformationsgeschichte I 59f., 75, 81.

[7]) *Wenn diese Worte nicht lediglich als Freundschaftsbezeugung und Courtoisie gemeint sind, würden sie schon für diese Zeit die Bündnistendenzen Zwinglis bezeugen. Nürnberg war übrigens ursprünglich als Ort des Religionsgespräches zwischen Lutheranern und Zwinglianern vorgesehen, 1529. Vgl. H. v. Schubert: Bekenntnisbildung und Religionspolitik (1910), S. 17ff.* — [8]) *Andreas Osiander vgl. P. R. E. XIV 501ff. W. Möller: Andreas Osianders Leben und ausgewählte Schriften (1870).*

350.

Martin Bucer an Zwingli.

Straßburg, 31. Oktober (1524).

Gratia et pax a deo patre et domino nostro Iesu Christo. Gratias ago charitati tuae, qui tam sedulo praemonendos nostros curaris, quanquam forte serius praemonueris[1]; erat namque definitum, ut emitteretur adversarius[2] data concione solita, et ut in nos post hac nihil scribat non admissum per censores senatorios. Despera-

3 praemonueris] *das* u *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 320. Siegelspur. — Auf der zweitletzten Seite nach der Unterschrift ein Vermerk von alter Hand: doctor Martinus Butzerus, *auf der letzten, unter der Adresse, das Datum (das wir oben gleich im Briefe selbst angefügt haben).*

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 367 f.

[1]) *Offenbar in einem jetzt verlornen Briefe hatte Zwingli die Straßburger in dem gleich zu beleuchtenden Handel beraten.* — [2]) *Gemeint ist der Augustiner-Provinzial Dr. Konrad Treger von Freiburg in der Schweiz. Er hatte bei seinem Aufenthalt in Straßburg am 12. März 1524 hundert „Paradoxa" herausgegeben in einer Weise, die den Straßburgern als eine Herausforderung erschien. Im Namen der Kollegen forderte Capito den Gegner sofort zu einer Disputation und schrieb anfangs April eine „Warnung an die Brüder von Landen und Städten gemeiner Eidgenossenschaft", um dessen Umtrieben daselbst zuvorzukommen. Treger reiste darauf nach der Schweiz und schrieb als Gegenschrift seine „Warnung an die Eidgenossenschaft vor der böhmischen Ketzerei" usw. Dann kam er nach Straßburg zurück und ließ die Schrift drucken. Die Mönche mischten sich ein, und die ganze Stadt geriet in Aufregung; ja, es kam dazu, daß die Bürger in die Klöster der Augustiner und Prediger eindrangen und durch einen Ausschuß dem Rat eine „Supplication der Gemein contra Bruder Treger" usw. einreichten, am 10. September 1524. Die Folge war, daß eine Reihe altgläubiger Geistlicher, die in Gewahrsam gekommen, bei der Entlassung eine Urfehde schwören mußten, die einer Abbitte gleich kam und sie für den Fall einer Disputation verpflichtete, sich zu stellen. Auch Treger beschwor, am 12. Oktober, eine ähnliche Urfehde, doch ohne die Verpflichtung wegen*

verat de praesidio Helvetiorum, caussamque eius agebant monachi apud senatum imperialem Esslingae. Testatus est se noluisse infamare neque senatum neque populum, quorum dignitati ac nomini hodie nihil derogaret, scilicet neque nos ulla mala nota inurere; doctrinam tantum nostram damnaret, quia damnata illa esset a conciliis, papa et caesare; quibus cum opporteret esse dicto audientem, non liceret sibi verbis quicquam nobiscum agere, scripto, si quiescere non possemus, deberemus, quae contra nos edidit, impugnare; non esset defuturus caussae suae. Cum itaque pertinaciter negaret vel coram senatu solo et notariis excipientib*us*, quae dicerentur utrimque, nos erroris, quem impegerat, convincere, emissus est. Non enim sunt animis ἐν τῇ βουλῇ omnes adeo immotis, ut ad recantationem publicam ausi fuissent compellere. Et ex plebe saniores satis dixerunt confusum adversarium, qui nulla ratione potuerit adduci, ut ullo pacto hereseos, cuius insimularat, coram argueret. Interim satis tranquille egimus. Senatus nuper idola quaedam, nempe quae in peculiari veneratione habebantur, submovit in primo templo; mox, qui ad meam ecclesiam pertinent, omnia submoverunt, nisi quod in parietib*us* nondum sint oblitae imagines (quod tamen brevi curabunt), et in primo altari dimissa antiqua serpentis enei et Christi passi immagine [!]. Neque enim eo adhuc promovit noster populus, ut tanta cum authoritate et tranquillitate undique tollerentur omnia. Antichristus magnam etiam adhuc turbam habet, et Antichristiani praedicatores a nupero tumultu primum clamandi contra veritatem finem fecerunt. Spero exemplum Waltzhudianorum[3] multis additurum animum. Michi etiam miraculi vice est; de quibus enim conclamatum putabatur, ii incruenta victoria potiuntur. Vere exaltavit humiles dominus *[Hiob 5. 11]*. Episcopus noster[4] pertesus fortasse regnum Christi videre vires cottidie sumere, ditionis Maguntinae factus est praefectus, malens illic servire sine Christo, quam hic regnare cum Christo. In quem aiunt,

4 f. *vor* doctrinam *gestrichen* et [?] — 7 non *übergeschrieben* — 12 βουλῇ] βούλῃ — 19 quod . . . curabunt *am Rande nachgetragen* — 20 *vor* serpentis *gestrichen* quae — 22 omnia *am Rande* — 30 *vor* sine *gestrichen* quam.

---

einer Disputation; dann wurde er, auf Bitte und Gewährleistung eidgenössischer Boten und anderer Beiständer, in Freiheit gesetzt. Bucer und Capito gaben dann im gleichen Monat noch zwei Widerlegungen der Tregerschen Schriften heraus. Vgl. Baum, Butzer und Capito S. 245 ff., 271 ff., 580, 590.

[3]) *Drei Tage vor Bucers Brief war Hubmaier, der Führer der evangelischen Stadt Waldshut, aus Schaffhausen, wohin er sich Ende August geflüchtet, zurückgekehrt, vgl. Nr. 353, Anm. 2. Die Freude und die Bewunderung für die tapfere Stadt war weithin in evangelischen Kreisen groß.* — [4]) *Wilhelm III. von Hohen-*

mox atque in provinciam venit, cępisse sevire, noctu quodam illius apostolo in Rhenum abiecto; sed potest falsum esse, quod audivimus. Sententiae tuae de arcendis pseudoprophetis[5] suscribo, quanquam aveo nihilominus legere, qūibus scripturae locis eam certo niti censeas. Alterum nuper obortum nobis dubium[6] est: scilicet homo, qui concilium petebat, euangelici concilii capax non erat eoque dimissus a nobis fuit. Casus autem erat: Duxerat in uxorem, quae antea patrui sui uxor fuerat, persuasus pecuniola aliqua impetrare posse se, id ut sibi liceret. Tale connubium quidam nullo pacto admittendum nostrum aliqui censebant, eo quod lege domini Levit. 18. *[3. Mos. 18. 14]* vetitum arbitrantur. Alii putabant charitatem posse hic dispensare, tanquam de externa re; potiss*imum* autem, si ita privatis consuli queat, ut non magis ecclesia offenderetur, quam illi aedificarentur; si enim ignorantia divinae legis convenissent iamque haberent liberos, cur non permitti deberent in eiusmodi connubio, in quali sanctos patres placuisse domino negari non queat? Vetari eodem loci congressum cum sorore uxoris, ipsa vivente, et tamen Iacob duas sorores habuit uxores *[1. Mos. 29. 26–28]*, Abraham etiam suam sororem *[1. Mos. 20. 12]*. Iam non minorem Christianis esse libertatem post legem, quam fuerit illis ante legem, modo charitatis, quae publicum privato commodo praefert, ratio non negligatur. Postremo non liquere, an ducere in coniugem, quae ante patruo nupsisset, sit revelare turpitudinem eius, ipso mortuo, cum etiam vetatur fratris uxor, scilicet tantum ipso vivente *[3. Mos. 18. 16]*. Ut etiam a nobis quieti tuae negotium fiat, quaeso scribas, quid etiam hic tibi dominus revelaverit. Dominus tibi spiritum suum largius ac largius impertiat. Salutant te fratres, Capito ac reliqui.

4 *vor* quibus *gestrichen* e[?] — 7 *vor* in *gestrichen am Rande* quidam — 11 arbitrantur] *das erste* r *übergeschrieben* — 18 *vor* sorores *gestrichen* uxor.

---

stein, Bischof seit 1508, ein gebildeter, „vernünftiger und gemäßigter Herr", auch von Protestanten seiner Zeit gelobt. Während des Bauernkrieges von Oktober 1524 bis Frühjahr 1526 war er Statthalter des abwesenden Kurfürsten von Mainz auf Schloß Aschaffenburg; Röhrich: Geschichte der Reformation im Elsaß 1, 434 ff. A. Baum: Magistrat und Reformation in Straßburg bis 1529 (1887), S. 68, Anm. 3.

[5]) *Die Gegner der Kindertaufe. Der Rat von Zürich hatte sich schon im August genötigt gesehen, die Kindertaufe zu gebieten. Mit dem Verlangen nach Schriftgründen berührt Bucer die schwierigste Seite der Frage. Zwingli geht dann darauf ein in Nr. 355, bei Beantwortung der Fragen über die beiden Zeremonien: „Quarto requiritis" etc., wo es heißt: „sed nunc dicam, quibus scripturae locis fretus putem infantes esse baptizandos". —* [6]) *Hierauf antwortet Zwingli in Nr. 355: „Tertia quęstio" etc.*

Saluta nobis Leonem[7] tuum cum fratribus et coadiutoribus tuis reliquis.

Argentorati pridie Calendas Novembres.

Martinus Bucerus tuus.

Vere pio ac erudito viro Ulricho Zvinglio, Helvetiorum apostolo, fratri observandissimo.

---

[7]) *sc. Iudae.*

351.

Capito und Bucer an die Zürcher[1].

(Straßburg, Mitte November 1524).

Gratia domini vobis augeatur, fratres charissimi!

Duas duntaxat cerimonias a Christo institutas accępimus, baptismum et caenam dominicam, quare foedum est eas nos non habere uniformes[2], presertim ubi iam populus verbo dei coepit fidere et papisticis legibus nihil tribuere.

Hactenus forte caussa fuit, cur infirmitati quorundam hoc dederimus, ut cerimoniis non nullis superioris saeculi, quae cum verbo dei per se non pugnant, usi simus; nunc vero totae ubique ecclesiae fastidiunt, quicquid non certa verbi authoritate nititur, neque parum multi sunt, qui, dum populi infirmitatem caussamur, nostram nobis opprobrant.

Videretur itaque tempus esse, ut abiectis vestibus papisticis ac omni superioris saeculi ritu, qui non certo scripturae oraculo invectus est, caenam dominicam deinceps celebremus.

Scriptura docet in conventibus ecclesiae prophetandum esse et orandum *[1. Cor. 11. 4. 5]*, quod iam pridem hic observamus, ut nullus

5 legibus] *ursprünglich* lebib — 16 *vor* iam *gestrichen* mod.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 347 p. 5—12. Handschrift Bucers. Siegelspur. Ineditum.

[1]) *Dieser wichtige Brief scheint in der Ausgabe von Sch. u. Sch. aus Versehen übergangen zu sein, weil die Adresse fehlt. Es ist der Straßburger Brief an die Zürcher, auf welchen Zwingli am 16. Dezember 1524 an vierter Stelle antwortet (Quarto requiritis nostram sententiam de ceremoniis duabus etc.). Einen entsprechenden, inhaltlich sich nahe berührenden Brief sandten die Straßburger gemeinsam an Luther, am 23. November 1524, geschrieben von (dem zuletzt genannten) Bucer; bei Enders 5, Nr. 847 (S. 59 ff.). Luther beantwortete ihn in einem (jetzt verlornen) Privatbrief, wie Capito am 6. Februar 1525 an Zwingli meldet. Es ist von Interesse, die zwei Briefe, an die Zürcher und an Luther, zu vergleichen.* — [2]) *Genauer heißt es im Brief an Luther (S. 63): Coenam Dominicam aliter vos, aliter Nurmbergenses, aliter nos, aliter Norlingenses vicini nostri celebrant.*

conventus sit absque enarratione scripturae et publica prece, et non utimur nisi lingua vernacula.

Caenam dominicam celebramus ritu et modo, quem hic simul descriptum mittimus[3]; nam ab initio unusquisque fere suum morem habebat. Hinc est varietas in libellis, qui [!] de caenae dominicae ritu nostro, nobis ignorantibus, typographi, dum suo student lucro, excuderunt[4].

Offendit autem vos[5], quod hactenus vestibus papisticis sumus usi, et quod elevamus panem et calicem, qui ritus est offerentium, eoque liberet deinceps a narratis verbis euangelicis edere panem et bibere calicem edendumque et bibendum fratribus praebere citra elevationem.

Aeque displicet, quod panem domini servavimus hactenus in sacrariis illis, ubi passim solitum fuit populo adorare.

Iam vehemens pugna oborta est a Carolstadio[6], qui nihil criminis non impingit iis, qui in pane domini corpus et in vino sanguinem domini contineri praedicant, putantes: dicente domino „hoc est corpus meum“ *[Matth. 26. 26, Marc. 14. 22, Luc. 22. 19, 1. Cor. 11. 24]*, „hoc“ referendum ad panem, eoque panem esse corpus domini, quomodocunque id contingat; deo enim omnia esse possibilia *[Matth. 19. 26]*.

Carolstadius autem contendit „hoc“ referendum ad vivum corpus et verum sanguinem, ut verba ita intelligas: panem accipite et commedite in meam comemorationem [!], item et calicem bibite, „hoc“ (demonstrando seipsum) est corpus, hic est sanguis, de qua hostia tot prophetae praedixerunt, quae mox imolabuntur pro vobis etc. Inter

Filii huius mundi erunt, quamdiu erit mundus. Quod natum est ex carne, caro est *[Joh. 3. 6]*. Satis erunt eorum, qui carnis ingenio freti filiis dei obstabunt. Mętum hac in re omnem ponamus! Exautorandos ergo censet Christus, non nos. Sal, si acrimoniam suam amittat, ultra nihil prodest, sed abiicitur. Vos estis sal terre *[Matth. 5. 13]*. Ergo abiiciet magistratus Christianus eos, qui sal non sunt. Quod si magistratus hoc non faciat, faciet ecclesia, in qua hoc sal stolidum est. Nos sine intermissione instamus apud magistratum, ut eiusmodi abiectiones verorumque doctorum inaugurationes facere velit, ne nos eorum desidia, senatus dico, cogamur ad ecclesiam referre ea, quę Christiani nulla ratione ferre debent. Iubet Christus a falsis prophetis cavere *[Matth. 7. 15]*. Quis nunc tam excors est, ut cavere sic intelligat: Audite eos perpetuo, etiamdum falsi sunt, sed cavete ab illorum doctrina? Corrumpunt enim bonos mores colloquia prava[10]. Neque est, ut quisquam dicat: Matth. 23. *[Matth. 23. 3]* docuit, ut iuxta doctrinam illorum vivamus, sed ab exemplo abhorreamus. Nam illic de illis loquitur, qui recte quidem docebant, sed non recte vivebant; hic de istis loquimur, qui verbum ipsum viciant, currunt, et dominus eos non misit. Terret nos idem dominus ab impudentia, cum eum, qui sic palam peccat, ut ecclesiam offendat, certa ratione prȩcipit a caulis suis esse separandum ac tam diu abstinendum, donec tędeat flagitii *[Matth. 18. 17]*. Porro, quod maius scandalum potest in ecclesia nasci quam verbi vitium? Quod autem de lolio in medio tritici nato adferunt *[Matth. 13. 24 ff.]*, certe ad doctrinam non attinet; nam ne ad gravia quidem peccata adtinet, quę sine fronte perpetramus; Christus enim ista mandat abiectione multari; sed ad ea modo, ad quę Christiana charitas propter carnis imbecillitatem, cuius nos omnes conscii sumus, connivere potest. Quod si abiiciendus est, qui facto offendit, nulla certa ratione ferendus est, qui prorsus corrumpit. Id autem si faciat Christianus magistratus, fortasse tranquillius etiamnum cedet, quam si ecclesia aliqua faciat. Sive ergo iste sive ista faciat, omnino videndum est, ut effectum detur; nam si manus rescindenda est et abiicienda, dum corpus viciat *[Matth. 18. 8 f.]*, multo magis oculus, cor, imo caput ipsum detruncandum est.

Tertia quęstio fuit, sed in posterioribus epistolis[11]: Liceatne ei, qui patrui sui defuncti uxorem duxit, eam citra ecclesię scandalum tenere. Quid ego hic dixero, qum ipsi charitatem in consilium ad-

35 Liceatne] a *übergeschrieben.*

[10]) *1. Cor. 15. 33:* φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί = *ein Zitat aus Menanders Thaïs. Zwingli gibt den Text nach der Vulgata, die jedoch statt prava liest: mala.* — [11]) *Vgl. Anm. 1.*

vocandam esse videatis? Ea, dulcissimi fratres, oro sic perpetua magistra utamini, ut ab ea nullatenus discedatis. Placet nihilominus eius fratris[12] sententia, qui legem de non ducenda patrui uxore intelligit, vivo patruo non retegenda esse verenda uxoris eius. Atque, ut brevibus expediam, quid me usus in eis Levitici 18. *[Levit. 18. 14]* preceptis spectare coegerit, sic capite! Invenietis in eis legibus gradus quosdam, in quibus dispensationem omnino nullam fieri videmus, contra invenietis, in quibus videmus[13]. Primus est: Quę caro tua sunt, perpetuo non tanges, ut sunt filius ac ex liberis tuis nepotes, frater item ac soror. Carnem autem tuam hoc loci non sic accipies, ut isto loco capitur: Et erunt duo in carnem unam *[1. Mos. 2. 24]*. Uxorem enim hic non carnem tuam adpellat, sed eos, qui vel tecum in eodem utero nati sunt, vel ex quibus tu proxime natus es, vel qui ex te nati sunt. Matrem ergo, sororem, filiam ac ex natis tuis nepotes nunquam connubio iunges, quia caro tua sunt. Secundus gradus est in his, quę eorum sunt, qui caro tua sunt: eas non revelabis, ut sunt noverca; est enim uxor patris tui, qui caro tua est, quamvis noverca caro tua non sit, sed neque isto loco patris caro vocatur. Est ergo huius gradus lex: Uxorem eius, qui caro tua est, non reteges. Sed dispensatur in isto secundo gradu, videlicet: cum frater moritur ἄτεκνος, id est orbus, licet superstiti fratri posteritatem excitare fratri mortuo, et uxore mortua licet eius sororem in uxorem ducere[14]. Sic enim habet exceptio: illa vivente. Verumtamen hęc dispensatio post legem promulgatam tunc solumodo [!] facta est, qum vel frater vel uxor mortua fuit. Tertius gradus est in his, quę uxores sunt eorum, qui non caro tua sunt, sed eorum, qui caro tua sunt. Caro sunt, ut patruus non adpellatur caro tua, quoniam, quod ad propagationem adtinet, nihil de illo ad te devenit; sed adpellatur patris tui caro. Eius autem uxor non est carnis tuę uxor, sed carnis patris tui est uxor. Unde videtur propter publicam honestatem interdictum tibi esse ab eius contactu, videturque istud impedimentum, ut vocant[15], publicę

16 ut sunt] *man erwartet* ut est — 20 ἄτεκνος *von Zwingli in den Text eingetragen* — 21 id est orbus *Zusatz Zwinglis am Rand* — 26 qui caro tua sunt] sunt *am Rande.*

[12]) *Wer gemeint ist, kann nicht ausgemacht werden. (In Bucers Briefe oben S. 243. 9 ist von einer Mehrzahl die Rede.) Zur Sache vgl. J. B. Sägmüller: Lehrbuch des katholischen Kirchenrechts (1904), S. 541 f. Die Ehe zwischen Tante und Neffe war sowohl nach mosaischem als auch nach römischem Rechte verboten.* — [13]) *Vgl. zum folgenden die Bestimmungen Lev. 18. 1 ff.* — [14]) *Vgl. zu dieser sogenannten Leviratslehre Sägmüller a. a. O. 549, 5. Mos. 25. 5 ff.* — [15]) *Vgl. über dieses seit dem Ende des 12. Jahrhunderts begegnende impedimentum publicae honestatis Sägmüller a. a. O. 553 f.: „Wie es eine nachgebildete Verwandtschaft gibt, so gibt es auch eine*

honestatis iusticia, quo iurisperiti sunt usi nomine, hinc defluxisse. Si nunc in secundo gradu facta est dispensatio, tum tandem, qum frater aut uxor essent mortui, quanto magis in tertio, qum is esset mortuus, cuius causa per verecundiam non licebat eo vivente ad uxorem eius intrare. Sed occurrunt nobis duo inexplicabilia: unum, quod lex de non tangenda uxore fratris hanc interpretationem legis non admittit. Nam alias notum est, quod vivente fratre vel patruo non licebat eius uxorem attingere propter adulterium; patet ergo, quod lex huc tendat, ut mortuo fratre aut patruo non liceat eius uxorem attingere. Ad hoc dicimus nobis omnino videri hanc esse sententiam legis. Nam Levitici 18. *[Levit. 18. 6 ff.]* nihil excipitur, unde et dispensationem legis adpellavimus hoc sequentis fratris connubium. Causam igitur adesse oportet, ubi dispensatio postulatur, sed multo magis charitatem, quę dispenset. Sic tamen ante legem Iacob sorores duas[16] habuit, quod fortasse hoc modo, quod lex nondum lata esset, a quovis excusari potest. Sed nihilominus offendunt factum prius, quod tamen domino placuit, unde et pro iudicato habetur et lex, quę post sequuta est. Nam hęc ex diametro dissentiunt, duas habere sorores uxores, et duas sorores uxores simul ne habeto *[3. Mos. 18. 18]*! Hic charitas omnia placat *[1. Cor. 13. 7]*; dictat enim, quod, quacunque tandem ratione quęque facta sunt, recte facta sunt, eo quod dominus fieri pręceperit. Est ergo dispensatio legis, qum frater fratris uxorem sibi iungit. Alterum, quod hi gradus, quos facimus, rem totam non explicant; nam ex fratre neptis duci non potest, et tamen caro mea non est secundum istos gradus. Respondeo: Neptis carnis tuę, id est fra-

2 nunc, *Korrektur Zwinglis am Rand, statt* tunc *im Text* — 8 ergo *ebenso statt* enim.

---

nachgebildete Schwägerschaft, Quasiaffinität, die ebenfalls ein trennendes Ehehindernis des öffentlichen Rechts ist. Dieses impedimentum geht hervor aus dem matrimonium ratum sed non consummatum (sponsalia de praesenti) und aus dem Verlöbnis (sponsalia de futuro). Es findet zwar, solange die Ehe noch nicht geschlossen ist, sondern nur erst ein Verlöbnis besteht, oder wenn die Ehe, obgleich geschlossen, noch nicht konsummiert ist, eine wirkliche Schwägerschaft nicht statt. Aber es besteht doch bereits ein gewisses engeres Verhältnis zwischen dem Verlobten bezw. Gatten und den Blutsverwandten des andern Teils. Es verletzt daher die öffentliche Wohlanständigkeit, wenn nach Auflösung des Verlöbnisses oder der nicht vollzogenen Ehe der Verlobte oder Gatte sich ohne weiteres mit einem nahen Blutsverwandten des ihm verlobten oder angetrauten Teils verehelicht. Das Gesetz nahm deshalb auch in diesen Fällen eine Art Schwägerschaft, Quasiaffinität, an, und man nannte das hierdurch entstandene Ehehindernis seit dem Ende des 12. Jahrhunderts impedimentum publicae honestatis". Zwinglis Erklärung ist also nicht ganz korrekt.

[16]) *Lea und Rahel.*

tris vel sororis caro est. Unde et tum dicebamus de propagatione, de qua nihil ad nepotem veniebat a patruo, multo minus ab uxore patrui. Habuimus autem in gradibus, quod, quę caro sunt eorum, qui caro tua sunt, interdictę sunt. Sed in his pręstat esse pium, quam argutum, charitate potius fervere, quam argutiis et contentione. Recte autem videmini censuisse, dum per charitatem nepoti patrui defuncti uxorem pronunciastis non esse adimendam. Hęc si cui placent, amplectetur; sin minus, contemnat! Nos enim etiam ista proferentes arguti videri nolumus, sed firmum fundamentum, quod in charitate dei stat, hoc pacto contra contentiosos munimus ac tuemur.

Quarto requiritis nostram sententiam de ceremoniis duabus, baptismo et eucharistia, quas solas nobis Christus reliquit[17]. Dicam, sed ingenue, de utraque. Primum autem de baptismo[18]. Contulimus de baptismo duabus vicibus cum quibusdam fratribus, fęliciter quidem, quod ad pugnam attinebat ac discessionem. Nam anxie obtestabamur nos mutuo, ut omnia iuxta charitatis normam ageremus; verum quam probe id factum sit, viderint ii, qui sic tum praedicant tum instant, quod infantes non sint baptismi aqua tingendi, ut bona pars Christianorum contentionis eos et contumatię insimulent. Baptismum initiationem esse tam eorum, qui iam crediderunt, quam qui crediturі sunt, facile patet literas sacras paulo dexterius tractanti. De iis, qui iam crediderunt, nulla porro est controversia, quin baptisari possint, de aliis vero multo maxima. Sunt enim, qui abominationem vocent atrocissimam, impietatem manifestissimam, facinus audacissimum et quicquid bilis atra suggerit, si quis, Christianus etiam, infantem recens natum aqua tingat. Ac dum ex scripturis ea, quę subiiciemus, opponis, nihilo magis moventur, quam si betam aut malvam opposuisses[19]. Quod autem baptismus eis etiam datus sit, qui crediturі erant, Io. 1. *[Joh. 1. 26]* clarissime patet. Cum Iohannes baptista rationem Iudeis redderet, quanam autoritate baptisaret, sic inquit: Ego in aqua baptiso; medius autem inter vos stetit, quem vos nescitis; ipse est, qui post me venturus est etc. Iohannes ergo in eum baptizabat, quem vulgo aduc ignorabant. Neque patet hic elabendi rima, quod Iohannes hęc verba eis solumodo [!] dixerit, qui ad se missi erant, sacerdotibus et Levitis, quod scilicet ipsi Christum ignorarent. Nam

19 eos *korrigiert Zwingli am Rand statt* nos *im Text* — 22 controversia] contraversia.

---

[17]) *Vgl. Anm. 1.* — [18]) *Zum folgenden s. Stähelin I 471 ff., besonders 474. Egli, Aktensammlung Nr. 567, 622. Vgl. auch oben Nr. 352 und Nr. 348.* — [19]) *beta ein Gartengewächs, die Beete, vgl. du Cange I 645.*

paulo post addit *[Joh. 1. 27]*: Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat, et ego nesciebam eum; sed ut manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptisans. Hic videmus palam, Iohannem in eum usum abluisse homines, ut eum, qui post se venturus erat, non in mundum, nam annos iam natus erat triginta, sed in peccatorum hominum cognitionem omnibus manifestaret; dicit enim se ideo baptisare, ut Christus Israeli manifestus fiat. Quod Lucas in Actis 19. *[Ap.-G. 19. 4]* sic explicuit: Iohannes baptisavit populum baptismo pœnitentię, dicens in eum, qui venturus erat. Baptisabat ergo in Christum, qui aduc venturus erat. Ac ne obscurum cui videatur, quod adferimus, talis erat baptismus Iohannis, ut, qui eius verbo, quo securim radici iam inflictam clamabat ac se vocem esse adseverabat, quę in deserto venientis Christi admoneret *[Matth. 3. 10. 3]* ac eum, qui post se venturus erat, tantum esse pronunciabat, ut eius soleas non esset dignus tangere, simulque eum ipsum esse agnum, qui pro omnium delictis perlitaturus esset *[Joh. 1. 29. 36]*, promittebat — qui, inquam, eius isti verbo credebant, iam pœnitentium se sotios faciebant, quos ipse tum aqua tingebat, ut eos veluti sacramento isto adstrictos venienti duci suo adscriberet et eos tandem ille beatos redderet. Ioannes ergo sic baptisabat, ut ad venientem Christum mitteret. Baptismus ergo Christi cognitionem antecedebat. Nam inter Ioannis Christique baptismum nullum prorsus discrimen facimus; *nam* quibuscunque verbis uter*que* fieret, idem tamen symbolum aut sacramentum erat. Quin hoc negligendum esse non arbitror, quod, quicumque etiam ab apostolis baptizati sunt post ipsam Christi agnitionem, eos tamen, si vita defuncti essent, ad patrem non fuisse profecturos, antequam Christus moreretur ac resurgeret. Signum ergo venientis salvatoris baptismus fuit apostolorum etiam, quem salvatorem adesse quidem ante oculos videbant; sed si qui, priusquam ipse moreretur, vita excessissent, etiamsi sexcenties tincti fuissent, salutarem Christum non experiebantur, tametsi salutarem firmiter crederent, donec victor mortis resurgeret. Adde, quod, si apostoli iam inde ab initio baptisati sunt, ut omnes pręsumunt, in venturum Christum baptisati sunt, duplici causa: una, quod eum vix tandem a mortuis resurgentem recte cognoscerent; altera, quod resurrectio nondum facta erat, qum aliquando baptizarentur. Et tamen baptismus resurrectionis eius adsimulatio est; consepulti enim sumus cum Christo

19 *vor* ille *gestrichen ein zweites* ille — beatos *am Rande* — 21—24 Nam inter . . . erat *ist von Zwingli mit Verweisungszeichen am Rand zugesetzt. Die Ergänzungen Zeile 23 rühren daher, daß das Manuskript zerfetzt ist* — 37 eius, *von Zwingli am Rand zugesetzt statt des im Text verschriebenen Wortes* (eiu9).

per baptismum etc. *[Röm. 6. 4]*. His omnibus hoc solumodo [!] probare volumus, quod baptismus etiam iis datus sit, qui crediturі aliquando erant; et in eum usum baptisati sunt, ut Christum postea discerent: id quod isti extremam esse impietatem quiritantur. Sed nunc dicam, quibus scripturę locis fretus putem infantes esse baptisandos. Oportet autem in discutiendis opinionibus certum aliquem locum adduci, in quo id, quod sentimus, clare adseratur. Sic igitur brevibus accipite: Circumcisio signum fuit prȩcedentis fidei, Ro. 4. *[Röm. 4. 11]*. Aduc tamen reddita est infantibus octiduanis, quorum fides multos post annos sequebatur. Baptismus omnino successit in locum circumcisionis; ergo baptismus perinde atque circumcisio reddendus est eis, qui post crediturі sunt, quamvis ea ratione ut infirma elementa prius auferas, hoc est loci, personę, temporum generisque circumstantias. Hic omnia nuda sunt et aperta prȩter mediam propositionem, videlicet, quod baptismus sit Christianorum circumcisio. Ea apud Paulum Coloss. 2. *[Col. 2. 11]* tam adperte ponitur, ut non possit magis, ubi sic inquit: In quo etiam circumcisi estis circumcisione non manu facta, dum exueritis corpus peccatricis carnis in circumcisione Christi, dum cum illo estis consepulti in baptismo. Quod ad huius loci sententiam adtinet, obscurum non est, quid hic Paulus velit, nempe hoc, quod, qui Christi facti sunt, nova creatura sunt etc. *[2. Cor. 15. 17]*. Sed ad propositum redimus. Quid, quȩso, clarius dici potuit, quam quod circumcisio Christi tum sit in nobis perfecta, qum simus in baptismo sepulti cum eo etc. *[Röm. 6. 4]*. Christi ergo circumcisio verbi dei autoritate, non Ro*mani* pontificis, infantibus datur, sicut et circumcisio Abrahę. Iussit autem Christus, ut apostoli sinerent parvulos ad se venire, nam talium sit regnum cȩlorum, et amplexus est eos *[Matth. 19. 13 f., Matth. 10. 13–16]*. Si ergo quis vetat eos in nomine patris et filii et spiritus sancti baptisari, certe vetat eos ad Christum venire. Hi, qui obstrepunt, sic reclamant: Iussit quidem ad se adduci infantes Iesus, sed non legimus, quod baptisaverit eos; non ergo baptizandi sunt. Quibus contra sic occurritur: Christus neminem baptisavit; sic enim habes Io. 4. *[Joh. 4. 2]*: Ipse quidem Iesus non baptizabat, sed discipuli baptizabant in nomine ipsius. Sequeretur ergo, quod nemo esset baptizandus; quod quam sit iniquum, nemo ignorat. Interim talium est regnum cȩlorum *[Matth. 19. 14]*. Nunc qum audiamus Petrum sic in domo Cornelii, posteaquam vidit eos spiritum sanctum accepisse, pronunciare: Quis vetat hos aqua tingi, qui ęque atque nos spiritum s*anctum* acceperunt *[Ap.-G. 10. 47]*? licebit nimirum et nobis sic dicere: Quandoquidem infantes dei sunt, quis vetat

14 *vor* nuda *ein nicht mehr leserliches Wort gestrichen* — 35 f. Interim] Iterim.

eos aqua tingi? Hic iterum exiliunt dicuntque Christum dixisse: talium, non: horum; unde potius illic esse loqutum de iis, qui sunt infantium similes, quam de ipsis infantibus. Nec vident obstare, quod sequitur: Et amplexus est eos et imponens manus super illos benedicebat eos *[Marc. 10. 16]*. Quos? credo istos, qui erant infant*ium* similes. Sic semper habet contentio, quod dicat, etiamsi ignoret, quid dicat. Christus hic simul et infantes tanquam suos amplexus est, manibus attrectare dignatus est ac bene pręcatus, et ab eis ad nos transiit, quod nunquam non facit, a corporalibus ac visibilibus ad sublimia nos erigens. At unum velim isti mihi dicant: Quorsum tandem fides tendat, citra quam negant cuiquam baptismum dari debere. Dicent haud dubie: Huc, ut, quandoquidem fide certi sumus nos dei filios esse, dum hic vivimus, ad exemplum Christi innocentissime vivamus, ut cum ipso regnemus tandem. Innocenter ergo vivere et humiliter vivere Christiane vivere est? Est. At Christus hanc sive humilitatem sive innocentiam ab infantibus docet esse discendam. Adparet ergo infantes hoc etiamnum esse, quod nos fieri studemus. Si ergo nos dei sumus, qui ad mensuram infantium innocencię haud leviter pervenimus, manifestum est Christum non solum per similitudinem esse loqutum de iis, qui sunt infantium similes, sed de ipsis infantibus; nam inducit nos ad illorum exemplum tanquam ad archetypum. Quod si imago dei est, quanto magis archetypus dei est? Dum ergo infantes dei sunt, quis vetabit eos iuxta Petri verbum aqua ablui? Tradit et Paulus 1. Cor. 7. *[1. Cor. 7. 14]* liberos eorum coniugum, quorum alter modo fidelis sit, sanctos esse, et usitatum est Paulo eos vocare sanctos, qui fideles sunt. Si ergo liberi ex uno Christiano parente nati inter sanctos, id est fideles, censentur: quis vetabit eos aqua tingi, qui iam sancti sunt ac ipsum iam sunt, quod nos fieri studemus? Quanquam sunt, qui putent, Christianorum liberos hic ea causa vocari sanctos a Paulo, quod liceat cum eis habitare; id quod alioqui minus licuisset, si immundi fuissent, id est omnino ex incredulis nati. Quorum ego sententiam, ut bona venia dicam, nondum sequor; nam hoc supercilium Iudaicum non habebant, qui ex gentibus ad Christum conversi erant, quales Corinthii certe fuerunt, ut ab eis tam pertinaciter abhorrerent, qui infideles essent; nam et in idolothytis cum illis usque ad offensionem edebant *[1. Cor. 8. 1ff.]*. Quod autem illic paulo ante dictum est: Sanctificata est incredula uxor per maritum credulum *[1. Cor. 7. 14]*, iterum non videtur huc esse trahendum, ut sanctificatum intelligas pro mundo puroque redditum carnali mundicia, sed quod sepe factum est, ut incredula uxor sit per

5 infant*ium*] *ium Ergänzung, da das Manuskript zerfetzt ist.*

maritum credulum fidelis reddita. Nam post etiam dicit: Quid scis, o uxor, an sis maritum servatura *[1. Cor. 7. 16]*? Porro servare non potest homo hominem. Loquitur ergo de conversione ad fidem. Sed etiamsi donemus hunc esse sensum, aut si fortasse sit hic huius loci sensus, certe alia erit conditio eius, qui natus est ex Christiano, infantis, quam eius, qui ex incredulo; sed alia conditio eius non erit, si a fide resiliat. Manebit ergo in prȩstantiore conditione, si in fide educetur. Nunc autem ab initio dictum est eos, qui fidei aduc candidati essent, aqua tinctos esse, quales a Iohanne baptisati fuerunt et apostoli ipsi, nisi negemus eos nunquam esse baptisatos. Licebit ergo eos infantes, qui ad fidem educantur, non minus aqua tingere. Nunc brevibus eos nodos expediemus, quos adversa pars obiicit. Primus est: Nusquam legimus apostolos abluisse infantes; cum ergo et verbum et exempla desint, non sunt abluendi. Respondeo: Verbum non deest, sed vos verbum non recipitis, nempe, quod baptismus circumcisio nostra est illa exterior *[Röm. 4. 11]*. Nam utrumque de circumcisione externa loquimur: nihil est, nisi intus simus circumcisi; et contra de circumcisione interna quicquid loquimur, aduc est externa circumcisio, quȩ internam signat, et externa internam antecessit. Sic et de baptismo loquendum est; nam et Paulus sic de eo loquitur. Sed nec exempla desunt, ut in superioribus patuit de Iohanne in venturum Christum tingente *[Joh. 1. 26]*. Adde, quod Paulus baptizavit Stephanȩ domum, 1. Cor. 1. *[1. Cor. 1. 16]*, et custodem carceris cum omni familia sua, Act. 16. *[Ap.-G. 16. 33]*, in quibus verisimilius est infantes fuisse quam defuisse. Item verisimilius est, quosdam in familia etiam adultos fuisse, qui fidem non usque adeo absolute vel nossent vel haberent, sed dominum omnes sequti sunt. Secundo sic obiiciunt: Apostoli dum baptizarent, prius fidem eorum, quos tingebant, explorarunt. Respondeo: interim percontationem hanc esse factam, interim vero minus. Mendacium ergo inculcatis auribus simplicium, cum dicitis ab apostolis semper fidem exactam esse. Quod autem perpetuo non exegerunt, Christi exemplo factum est, qum aliquando eos, quos curaturus erat, de fide interrogavit, aliquando neglexit. Matth. 9. *[Matth. 9. 28]* interrogavit cȩcos duos, qui petebant, ut se illuminaret, an crederent, quod hoc posset, cumque responderent sese credere, dixit, ut iuxta fidem eorum eis contingeret, et confestim restituta est eis lux *[Matth. 9. 29]*. Io. autem 9. *[Joh. 9. 1ff.]* cecum a nativitate illuminat, qui eum prorsus ignorabat; nam postea, cum ei esset obvius factus, interrogavit eum: Tune credis in filium dei? Re-

26 etiam *am Rande* — 38 eum *am Rande statt eines im Texte gestrichenen* tamen.

spondit: Quis est, domine, ut credam in eum *[Joh. 9. 35 f.]*? Hic signum fidem antecessit. Simul et hoc considerandum est, quod Iesus eorum fidem respexit, qui de tecto paralyticum demittebant, ut eum sanum redderet *[Matth. 9. 2]*. Tertio hunc nodum obiiciunt: Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit, qui non crediderit, condemnabitur *[Marc. 16. 16]*. Fidem ergo pręcedere oportet; alioqui non minus frustra baptizabitur quisquam corvus. Respondeo: Id verbi infantibus adaptari nequit; nam paulo ante precessit: Prędicate euangelium omni creaturę *[Marc. 16. 15]*. Iam sequitur: Qui crediderit, audito scilicet euangelio. Cum autem infantibus nec prędicetur nec audiatur, manifestum est eos hac sententia vel maxima non teneri, sed eos modo, qui praedicari audiunt, deinde credunt aut resiliunt. Quarto loco sic instant: Longe vividius erit ac efficacius, dum quisque palam fidem confitebitur, priusquam in aquam mergatur. Respondeo: Potior erit ratio discendę fidei, dum puer baptizatus est, quam cum minus. Ut enim sunt lascivia et audacia huic generi cognata, potest utrumque vitium comodius sopiri in baptizato puero, quam in non baptizato. Nam si ad impudenter lascivientem parentes impudentius conniveant, erunt, qui iure admoneant tam parentes quam liberos, vicini fratres dicantque: Siccine tu filium educas ad offensionem fratrum omnium, ad blasphemiam dei nostri? Audacia vero, qum quis*que*, *dum* argueretur, insultare facile posset: Quis tandem ego sum? ego Christianus ero, si placebit. Quid tibi mecum est *[Joh. 2. 4]*? oportunius profecto frangi potest in baptizato, quam in non baptizato. Est ergo infantium baptismus, quod olim circumcisio, sacramentum, quo etiamnum pueri adstringimur ad legem domini discendam vitamque formandam, quo simul adstringuntur parentes, ut nos ad eum modum fingant, quo non minus licet signatum esse, quod ex Christianis natus sis parentibus quodque iuxta professionem istam sis vitam formaturus, quam olim circumcidi licebat, qui ex Abraham, sive secundum carnem sive secundum spiritum, erant. Quod autem isti deesse putant, ut quisque fidem suopte Marte confiteatur, id eveniet in eucharistię usu, si legitime instituatur. Nam ut nihil aliud est quam cęlebris gratiarum actio eorum, qui se Christi morte vivificatos et sentiunt et gaudent, ac simul summa est coniunctio et adglutinatio corporis, hoc est fidelium Christi, fiet, ut, dum sic utemur, quisque se ipsum intus probet, an recte de Christo sentiat, an recte de eius membris. Ac dum recte sentit, iam panem istum in communi gratia-

21 *vor* blasphemiam *gestrichen* ph — qum *ist von Zwingli mit Verweisungszeichen am Rand zugesetzt* — 21 f. quis*que dum*] *que dum Ergänzung, da das Manuskript zerfetzt ist.*

rum actione vel*uti* coniunctionis glutinum ac sacramentum aut symbolum edat poculum*que* hauriat, a qua constipulatione, a quo fędere, a quo corpore extrema *sit* malicia discedere. Breviter in hoc infantium baptismo non est, ut tan*topere* digladiemur, quam hoc unum, ne baptismo tribuamus, quod solius gratię dei est, nempe ne putemus animam aqua baptismi ablui, id quod nostrum figmentum non est, sed cęlestis spiritus doctrina. Sic enim 1. Petri 3. *[1. Petr. 3. 21]* legimus, quod pari forma nos baptismus expiet, quomodo diluvium olim universum mundum lustravit, non quatenus corpus abluit, sed quatenus consciencia sibi recte constat, qum se ipsam percontatur, quid de deo sentiat. Qum ergo gratię dei sit omnium salus hominum, neque id, quod hic de bonę consciencię interrogatione Petrus dicit, ad infantes trahi possit, sed hi nihilominus de gracia dei certi sunt: non est, inquam, ut tantopere de exteriori signo pugnemus, cum eiusmodi contentiones nihil quam noxiam offensionem pariant. Sed est versutus ille cacadęmon [!], qui nos miris modis ad amorem nostri glorięque cupiditatem allicit dictatque summam esse gloriam, si stes invictus. A cuius artibus liberet nos misericors deus et, si tingere tanta est blasphemia, efficiat, ne tingamus, sin minus, det spiritum pacis in corda contentiosorum hominum, ut eas vires, quas hactenus in hanc contentionem insumpserunt, ad pacis tranquillitatisque studium convertant.

Postremo loco de eucharistię usu quęsitum est deque Carolostadii sententia[20]. Quid nos de isto pane poculoque iam annos aliquot senserimus, paucis communicavimus, atque hoc amicis solumodo [!] eis, quorum fides nobis perspecta esset[21]. Nunc longissimam epistolam ad Matheum Rutlingensem dedi de ea re; nam illic collatio indicta erat[22]. Eius vobis etiam hic simul copiam transmitto, sed ea lege, qua Rutlingensibus ac aliis fratribus, ne scilicet cuiquam communicetis, qui non sit syncerus in fide, sed nec ei quidem, nisi tutum

1 vel*uti*] *uti Ergänzung, da das Manuskript zerfetzt ist* — 2 poculum*que*] *que Ergänzung aus dem gleichen Grunde* — 3 *sit*] *Ergänzung aus dem gleichen Grunde* — 4 tan*topere*] *topere Ergänzung aus dem gleichen Grunde.*

---

[20]) *Karlstadt traf noch vor Mitte des Jahres 1524 in Straßburg ein, stieß hier aber sofort auf Mißtrauen bei Capito und Bucer. Er blieb nur vier Tage in der Stadt, hinterließ aber eine große Wirkung. Ende Oktober und Anfang November 1524 erschienen in Basel fünf Abendmahlstraktate von ihm. Näheres bei H. Barge: Andreas Bodenstein von Karlstadt II (1905), 207 ff., sowie in der Einleitung zu Zwinglis Brief an Matthaeus Alber (Bd. III, S. 322 ff.).* — [21]) *An erster Stelle ist hier an Oecolampad zu denken, vgl. Nr. 352.* — [22]) *Vgl. Bd. III, S. 322 ff. Es handelt sich um einen Streit zwischen Matthaeus Alber und Konrad Hermann.*

sit, quod excudi non faciat[23]. Qum eam epistolam Myconius noster legisset, admonuit quendam magni nominis virum refellere hanc sententiam, qua putamus „est“ pro „significat“ vel „symbolum est“ esse positum, mittitque libellum[24]. Eum qum ad quaternionem tertium legimus, invenimus legem, qua et nos usi sumus in dicta epistola, nempe fidem esse, quę nobis germanum scripturę sensum adperiat. Sed interea vehementer miror eum virum ex fide non esse compulsum, ut confiteretur aliam esse significantiam huius vocis „est“ oportere, prȩsertim cum Christus dicat *[Joh. 6. 63]*: Caro non prodest quicquam, spiritus est, qui vivificat; verba, quę ego loquutus sum vobis, spiritus et vita sunt. Nam nulla creatura post hanc sententiam Christique consilium quicquam debuit scrutari de corpore Christi, cum et Paulus neget nos Christum ultra nosse secundum carnem *[2. Cor. 5. 16]*, et in Hebreorum epistola adseveret *[Hebr. 1. 13]* eum ad dextram dei sedere et posthac expectare, donec inimici sui ponantur scabelli instar sub pedibus eius.

Quę de cantionibus Germanicis ac psalmis[25] scribitis, fratribus omnibus placent, quę vero de missa, non undequaque probantur[26]; nam hoc sacramentum aliud non est quam cȩlebris gratulatio et con-

1 noster, *Zusatz Zwinglis am Rand, mit Verweisungszeichen.*

---

[23]) *Zwingli hatte an den Schluß seiner epistola ad Matthaeum Alberum die Worte gesetzt: „Adiuro te per Christum Iesum . . ., ut hanc epistolam nulli hominum communices, quam ei, quem constet sincerum esse in fide eiusdem domini nostri. Ego idem sum facturus, et si quando usus postulabit, ut typus excudatur, ego eam rem curabo.* — [24]) *Karlstadts „dialogus de abusu sacramenti Iesu Christi“. Zwingli schreibt in dem Briefe an Alber: „adsunt alii fratres, qui dicunt dialogum quendam ab eodem esse paratum, longe duriorem . . . ego eum dialogum non legi“. Jetzt kennt er ihn durch Myconius. Zu Karlstadts Abendmahlsauffassung vgl. Barge a. a. O.* — [25]) *Nach A. Baum (s. Anm. 9) S. 84 wurde am 19. April 1524 erstmalig die Messe deutsch gelesen. Näheres bei Jung: Beiträge zur Geschichte der Reformation, 2. Abteilung: Geschichte der Reformation der Kirche in Straßburg (1830). W. Röhrich: Geschichte der Reformation im Elsaß I (1830), S. 208 ff. berichtet, daß am 24. Juni 1524 erschien die „Teutsche Meß, wie sye yetzundt zu Straßburgk gehalten würt“, der alsbald die „Ordnung und Innhalt teutscher Meß und Vesper, so jetzund im Gebrauch haben Evangelisten und Christlichen Pfarrherrn zu Straßburg“ folgte. Er nennt dann als „die ersten in Straßburg, welche deutsche Kirchenlieder verfaßten und Psalmen zum Gesang einrichteten“, Wolfgang Dachstein und Mathis Greytter. Mai 1525 erschienen als Anfang zu einer liturgischen Sammlung deutsche Gesänge mit beigefügten Singnoten. Vgl. auch oben Nr. 351.* — [26]) *Man hatte in Straßburg noch die Elevation und das Meßgewand, die Alben und anderes „Possenwerk, was wir gerne abgeschafft sähen, aber wir wollen den noch Schwachen, für die ja auch Christus gestorben, keinen Anstoß geben“. (Capito bei W. Baum: Capito und Butzer 1860, S. 283). Vgl. oben S. 249.*

fœderatio. Qum igitur toti ecclesię ipsam cęlebrare placebit, cęlebretur, ac interim detur opera, ut, quod paulo inconsultius ędificatum est, maiore consilio melioreque solvatur. Admonueram aliquando, ne nimis essemus in quorundam magistrorum verba iurati. Nos speramus futuro pascate[27] rem sic perfici apud nostros posse: Ponemus mensam, panem ac vinum dicemusque hoc sacramento gratias agi coniungique sibi mutuo Christianos etc., ut satis superque dictum est vel hic vel in dicta epistola[28]. Sic autem germanam sententiam citra offensionem docebitis. Deum nemo vidit unquam *[Joh. 1. 18]*; patet ergo in eucharistia non debere adorari, quod videtur. Mox dictum locum: Caro non prodest quicquam *[Joh. 6. 63]*, mature tractabitis. Tertio loco eum, qui est 1. Cor. 10. *[1. Cor. 10. 16 f.]*. Confestim ergo videbitis errorem se in tenebras suas proripere *[Ps. 91. 6]*.

Hęc multo cum labore scripsimus, ut maxime necessaria interea obmiserimus. Quę si parte aliqua offendunt, ut dictum est, admonete et date operam, ut, quę dominus per vos dignatur in lucem dare, ad nos quoque perveniant! Novarum rerum apud nos nihil est, quod ignoretis. Ipsi enim iam novistis, quantis insidiis et minis petamur[29], excepto hoc uno: Collegit senatus noster ex tribus mendicantium monasteriis Praedicatorum, Augu*stinensium*, Mino*rum*, omnes fratres, nihil tale opinatos, in unum ac in Minoritarum monasterium contrusit; fuerunt enim pauci. Remittuntur autem, qui in aliis conventibus, ut vocant, primo recepti sunt, ad eos ipsos[30]. Qui apud nos primo recepti sunt, a sęnatu vel artificiis discendis locantur, si iuvenes sunt, vel usque ad extrema alentur, si vetuli, qui nihil amplius discere possunt. Servatur in omnibus charitas.

---

[27]) *Am Gründonnerstage, den 13. April 1525, fand die erste evangelische Abendmahlsfeier in der Großmünsterkirche statt. Näheres bei Stähelin I 444 ff.* — [28]) *Dem Briefe an die Reutlinger. Zwingli war dort auf die Zürcher Verhältnisse eingegangen.* — [29]) *Gedacht ist wohl an erster Stelle an den Ittinger Klosterhandel und die Täuferunruhen. Vgl. Egli, Schweiz. Reformationsgeschichte (1910), S. 279 ff. Dann auch an die allgemeine politische Lage, Zwinglis „Feldzugsplan" (Schuler u. Schultheß Suppl. 1 ff.) fällt in diese Zeit.* — [30]) *Vgl. Egli, Aktens. Nr. 595—599, 601—603, 605, 608. Egli, Schweiz. Reformationsgesch. S. 304 f. Bernhard Wyß (Chronik, herausgegeben von G. Finsler [1901], S. 56) schreibt: „Anno 1524 uf samstag des dritten tags decembris . . . habend herr bürgermeister Walder, ouch klein und groß rat der statt Zürich erkent, daß man die drü mannenclöster, namlich Prediger, Augustiner und Barfüsser, sölle zusamenthün und die jungen handtwerk lernen lassen. Ob denn ettlich nit bliben wöltend, sunder heimziehen, denselben wölte man ein zeerpfenig geben. Und welche der convent sünen blibind, die wölte man ir lebenlang zimlich spisen und enthalten und lassen in friden absterben. Also uf den gemelten samstag glich nach mittag, on alles fürsehung und warnung, fürtend die obersten drig meister, Rüdolf Binder, ouch ander des radts mit sampt den statknechten aber nit gfangen, aber mit güter gwarsame,*

Salutat vos Leo[31], Myconius[32], Megander[33], Henricus Utingerus[34], qui hanc copiam in usum vestrum descripsit, Ioannes Aulęus[35], qui alteram. Epistolam ea lege servate, ne excudatur, qua aliam; ac si excudi vultis, significate[36].

Servet ecclesiam suam Christus!

Tiguri, 16. die Decembris Mᴅᶜɾɾiiij.

Huldrych Zuinglius
ex animo vester.

Constantes estote! Videbitis auxilium domini super vos.

Francisco Lamberti ac omnibus, qui in fide synceri sunt, fratribus Argentorati fidem *domini* nostri Iesu Christi vel predicantibus vel confitentibus.

2 f. Ioannes Aulęus, qui alteram, *Zusatz Zwinglis am Rand, mit Verweisungszeichen — 7 ff. die Unterschrift sowie die Ermahnung nach derselben von der Hand Zwinglis, ebenso die äußere Adresse — 10 Francisco*] *Fr Ergänzung, da das Manuskript zerfetzt ist. Das Manuskript las* Franc.

---

dann keiner hett mögen entrünen oder sich verschlüffen, die Predigermünch all bi einem zů den Barfůssen. Und demnach angends um die zwei kamend si zun Augustineren, berůfftend d' münch all, můßtend ire gwaltschlüssel uf den tisch in der conventstuben legen für mine herren. Nach langer red und gůter worten fürtend si's ouch über die ober prucken zu'n Barfůssen . . .".

[31]) *Iudae. — [32]) Vgl. Nr. 44, Anm. 1. — [33]) Kaspar Großmann (Megander), Kaplan des Stifts am Spital. Vgl. Nr. 230, Anm. 4 und den Brief vom 30. Mai 1529. — [34]) Vgl. Nr. 48, Anm. 1. — [35]) Ioannes Aulaeus ist wohl identisch mit Johann Ammann = Ioannes Ammianus (so Zwingli im Briefe vom 31. August 1526, auch Bibliander 1552 in einer Dedikation, Kantonsbibliothek Zürich III B 109). Vgl. Nr. 91, Anm. 1. — [36]) Zwingli selbst gab den Brief an Alber März 1525 heraus.*

356.

Wolfgang Capito an Zwingli.

(Straßburg), 31. Dezember 1524.

Gratia tecum, fidelissime vir dei.

Literas tuas ternas[1] primus legi, sed cursim et per capita tantum, quod interpellandis machinis papistarum et sacerdotum acerrima contentione obnitendum fuerat, sicut obnixus sum obfirmatissime[2]. Publica collegiorum trium bona clam exportarunt urbi. Senatus non omnis amat successum, sicut nobis apparet et res ipsa arguit. Iccirco vix tandem bene cursitando id confeci, ut residuis iam fugituris moram iniicerem. Heri enim fidem dederunt se non hinc abituros, nisi bona omnia huc reportarint, neque tamen serio fugam meditantur. Industriam ad movendos opifices intendunt, qui victum diurnum ab ipsis quęritant; nostrum vero consilium ad pacem conservandam prorsus spectat. De prioribus binis tuis Bucerus respondit, qui in tuam sententiam manibus ac pedibus concedit; pridem autem addictior fuit sententiae Lutheranae[3], quam ego hominem acutum ac diligentem putavi semper magis pronuntiasse

4 sum *übergeschrieben* — 5 trium *übergeschrieben über gestrichenem* suorum — 9 *vor* Industriam *gestrichen* con — 13 fuit *übergeschrieben* — 14 ego *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 347 p. 1—4. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 375 ff.

---

[1]) *Von diesen drei Briefen Zwinglis an die Straßburger, wovon zwei frühere (siehe nachher), sind zwei verloren. Auf den dritten (Nr. 355) antwortet hier Capito, nachdem Bucer auf die beiden früheren geschrieben hatte.* — [2]) *Ein Teil der Geistlichkeit wollte den Zivileid nicht schwören, was in Straßburg große Aufregung verursachte; Capito erwies die Pflicht, ihn zu schwören, durch eine besondere Schrift; s. Baum: Butzer und Capito S. 289, vgl. 300. Ebenda S. 306 über Entfremdung von Kirchengut. A. Baum: Magistrat und Reformation in Straßburg (1887), S. 71.* — [3]) *Über die Wandlung, die er in der Abendmahlslehre durchmachte, gibt Bucer selber in einem Briefe einläßliche Auskunft; Baum S. 303 ff. Dazu vgl. seine Schrift „Grund und Ursach" von Ende 1524, bei Baum S. 292 ff., 590 f.*

tempori quam veritati: Tam diligenter semovit adorationem τῆς εὐχαριστίας, etiamsi *in* reiiciendo Wiclefo satis multus videatur. Atque haud scio, an corpus essentiale pani postremis scriptis incluserit, quę domi meę necdum habeo neque, si haberem, legere vacaret ad abitum succincto Cratandro[4], cui has ad te dedi. Quod vero ex nervo scripturarum super gradibus prohibitis definiisti, mirum quam arrideat quamque prosit hic nostris; charitati committis iudicium[5]. Inter carnem nostram et alienam discriminas, affirmas honestatem publicam ceu gnomonem, obiecta diluis perspicua brevitate planeque circumspecte, ut publicis auribus offerenda censeam. Atque uxorem patrui ducere nephas est, a patruo, inquam, vivo repudiatam. Nam de adultera ducenda deque praemortui patrui praeclara scriptura est. Super baptismo parvulorum accuratius meditabimur. Hic suboriuntur, qui negent, sed ex inerudita plebe, permoti, opinor, ex quibusdam libellis, quos necdum videre contigit; ad novitatem enim vulgus nimium propendet. Concordi pede tecum studebimus ambulare, cuius fidem et cautionem diligentem pernovimus. Contendebant quidam non decere Christianum magistratum verbi corruptores arcere, moti, si non fallor, ex literis aut verbis Osiandri[6]. Cui errori obstabam pro viribus, quod ex animo doleret miseram plebem dilaniandam lupis sic negligi. Scripturis nitebar; tu composuisti inter nos. Nolo ab hominibus pendeant; at contendo tuam hic opinionem illustrare, quod sciam te ab illius spiritu et scripturis pendere. Consensio magnas res conficit, adeoque studemus continere animos ducum verbi, atque in hoc communibus literis Luthero scripsimus[7], subtimide et reverenter tamen et velut per insinuationem cohortati, sepositis prioribus, quę nunc dominus velit revelare orbi, expenderet ad scripturam. Privatis equidem literis ad Pomeranum[8], et liberioribus quidem, quod illius placiditatem pernorim, affirmavi, tuam istic ecclesiam proxime ad scripturam loqui et sentire, posthabita difficillima opinione totius, ut nunc est, Christianitatis, neque argumenta Wiclefi mihi displicere; quibus autem rationibus tu populum eo perduxeris, ignorare me, etc. Brevi nuncium recipiemus. Si quid scitu dignum asportabit, curabo,

20 sic negligi *übergeschrieben* — 21 f. pendeant] pendant — 23 *vor* scripturis *gestrichen* sp — 28 quidem *übergeschrieben*.

---

[4]) *Buchdrucker in Basel.* — [5]) *Vgl. oben S. 266 ff.* — [6]) *Andreas Osiander, Prediger in Nürnberg, siehe Brief vom 6. Mai 1527. Vgl. oben S. 265 f.* — [7]) *Am 23. November 1524. Der Brief ist von Bucer verfaßt, unter Zustimmung von Capito, Zell, Hedio, Althießer, Schwarz und Firn. Abdruck bei Enders 5, 59 ff. Vgl. unten Nr. 362, Anm. 5.* — [8]) *Der Brief Capitos an Pomeranus scheint nicht erhalten zu sein; bei Vogt, Bugenhagens Briefwechsel, fehlt er.*

ut scias. De his hactenus. Iam postremis respondebo, atque utinam tam possem, quantum cupio, duci[9] inservire; sed hoc tempore diminutę sum autoritatis et existimationis ob imposturam Ioannis Iacobi[10]. Quod partum est et nominis et opinionis, pene concidit huius vanitate magis quam scelere, nisi scelerose frigida mendacia asseverasset. Imminent hinc inimici et acriores et plures, quibus nihil praeter occasionem, quo minus noceant, deest. Amici dexteritate mea in rebus perspiciendis minus fidunt eoque frigidius assistunt periculose dimicanti cum adversariis. Qui quidem casus in hoc prodest, quod nostri magis ad Christum propendere discant; verum operam nostram duci inutilem reddit, tametsi re nostra integra nihil minus videatur sperandum, propterea quod aliquid ęris publici Francisco de Siccingen concreditum necdum redditum sit neque reddendum speretur, et quod plurimum in munitiones et propugnacula quotidie insumatur, grandisque summa cuidam reipublicae[11] promissa sit, brevi mutuo numeranda. Quid, quod eiusmodi a conscia plebe impetranda sint, fama mox proderet consilia, instrueret adversarios alioqui tale quiddam olfacientes! Cur igitur certissimum hoc periculum ob incertam planeque desperatam spem obiremus? Voco autem plebem, selectos illos ducentum [!] et quinquaginta viros[12], qui in eiusmodi causis una cum senatu consultant, quorum aliquos esse futiles consentaneum est. Immo nihil committitur, nisi quod mox publicum esse debet *[Matth. 10. 26]*.

Cęterum quo studio, quanto animo, qua fide meliores huius urbis illi nostro fausta omnia precentur, nescio vel meditata oratione prosequi, quale contra odium in illius ditionis occupatores[13], quod ille

13 sit] *ursprünglich* est, *dann gestrichen und* sit *übergeschrieben* — 15 f. Quid, quod *Konstruktion!* — 17 *vor* instrueret *gestrichen ein nicht mehr leserliches Wort* — 24 illi] *ursprünglich* iibi [?], *dann* illud, *dann* illa — 25 ille] *ursprünglich* illi.

---

[9]) *Gemeint ist Herzog Ulrich von Württemberg, der jetzt sein Land wieder erobern wollte. Die Anzeichen beginnen in den Eidg. Abschieden mit dem 12. Dezember 1524, IV 1a, S. 529.* — [10]) *Johann Jakob Schütz von Traubach. Über dessen Fälschungen und Beziehungen zu Capito handelt ausführlich J. Gény, die Reichsstadt Schlettstadt . . . 1490—1536 (Freiburg 1900). (Gefällige Auskunft von Herrn Archivdirektor Dr. Winckelmann in Straßburg.)* — [11]) *Sickingen hatte von Straßburg tatsächlich ein Darlehen erhalten; vgl. Vierck, Pol. Korrespondenz der Stadt Straßburg I nr. 112 und 119. Welcher Stadt damals Straßburg eine größere Summe versprach, ist nicht bekannt (Dr. Winckelmann).* — [12]) *Der große Rat der Schöffen (richtig sind 300 Mitglieder, von jeder der 20 Zünfte 15 Schöffen). Unter senatus ist zu verstehen der die Regierungsgeschäfte führende Rat, bestehend aus 20 Vertretern der Zünfte, 10 Constoflern (Patriziern) und den sogenannten XXI; vgl. Winckelmann, Straßburger Verfassung und Verwaltung im 16. Jahrhundert, in Zeitschr. für Geschichte des Oberrheins N. F. 18, S. 493 ff.* — [13]) *Ferdinand von Österreich, der Württemberg erobert hatte.*

amicus credatur, hii vero devotissimi hostes euangelii renati. Neque dubitant quidam principem optimum in cursu adiuvandum, quem adhuc herentem in carceribus ne monere quidem audeant. At vide, mi frater, ne quid pio studio peccemus. Permagnum est negocium et plenum periculo, spes dubia, occasio belli conficiendi praeceps, adversarii exercitati et omnibus rebus instructissimi. Fortunae gentes belli summam tribuunt, nos a spiritu domini edocti, voluntati divinae, quę revera et certissima serie cuncta moderatur. Sed nobis certo constare nequit, nisi scripturis et illarum spiritu constiterit, quae nos alterius spiritus esse iusserit, quam Helias fuerit, qui toties ignem celestem hostibus incutit *[1. Kön. 18. 1ff.]*, immo ministris regis sui, quando nos ne inimicos quidem impune odisse poterimus. Dominus me toties ab humanis praesidiis detraxit, ut animo nunc tremam, quoties eiusmodi quiddam cogito, quamvis una perpendo eundem esse deum, qui olim, eundem spiritum, eandem domini voluntatem *[1. Cor. 12. 4–6]*, qui Davides, Iosias et Iehu quoque excitavit ad nominis sui defensionem. Daniel Mug[14] ad duodecimum Ianuarii magistratu abibit; sufficietur illi Nicolaus Knybsius[15], eiusdem fidei et equalis industriae, qui peius obolet curtisanis et priore fortassis plura poterit pro tuendo verbo praestare; nam est animi sedatissimi perinde atque constantissimi, ut hominem reipu*blicae* gubernandę natum diceres. Martinus Herlin[16] reliquas imperii civitates in officio pio continebit, vir sane animo maximo, cui nobilis quidam Egolfus cognomine Redderer[17] adiunctus est, fide et animo pari, sed minore eloquentia. Hos in consilium partim adhibui tanquam certissimos amicos, qui putant facile confici posse pecuniam a privatis; verum equidem, qua sit ratione conficienda, non

1 *vor* amicus *gestrichen* hostes — hii] *ursprünglich* hic — 9 nos] *ursprünglich* nobis — 10 *vor* Helias *gestrichen* Ioannes — 12 impune *übergeschrieben* — 23 cognomine *übergeschrieben* — 24 partim *übergeschrieben*.

---

[14]) *Daniel Müg (Mieg, Mueg), Ammeister von Straßburg, gehörte einer sehr reichen Familie an. Röhrich, Geschichte der Reformation im Elsaß 1, 170. Wie A. Baum: Magistrat und Reformation in Straßburg (1887), S. 126, Anm. 3 zeigt, ist das Datum 12. Januar ein Irrtum Capitos. Statutenmäßig mußte der Rat am Donnerstag nach Neujahr, also in diesem Falle am 5. Januar 1525, gewählt werden und trat am folgenden Dienstag (den 10. Januar) an. So geschah es auch damals.* — [15]) *Nikolaus Kniebs, s. Nr. 343, Anm. 1.* — [16]) *Martin Herlin, einer der bedeutendsten Straßburger Ratsherrn vermöge seiner Bildung, Einsicht und Beredsamkeit. In schwierigen Beratungen „strich er nur das Haar ein wenig hinter die Ohren, und alsobald folgte im Rat ein großes Aufhorchen", sagt ein Zeitgenosse; Röhrich S. 170.* — [17]) *Egolf (Egenolf) Röderer (Röder) von Thierspurg, ein alter Kriegsmann, entschieden evangelisch, der erste, der zur Abschaffung der Messe stimmte; Röhrich S. 169.*

video. Quo quisque enim ditior est, hoc et cautior, ne quid imprudentia de summa decidat, adeoque nihil exponit mutuo, nisi ad usuram censuum et obligato prius pignore. Tanta cautio est mammonis iniqui *[Luc. 16. 9]*. Duci non scribo; tu tamen illi operam meam pollicearis, quatenus piam ipse Christo praestare perseverat, qua pietate sibi infinitam multitudinem assumpsit. Novam subodoror tragediam[18]. Terra huius viciniae censibus est oppressa. Scripsit autem Iacobus Strauss[19], homo vehemens, citra culpam neminem pendere posse. Ad finem tamen acerbitatem libelli condulcat, ita tamen, ut videatur velle inherere hucusque assertę sententiae. Misnia et Turingia ab eo homine commota fertur. Si quando ocium est, vel per capita tuam sententiam et consilium perscribas, qui nobis es omnibus perquam observabilis.

Responde, an singulis dominicis, dum conventus agantur, cęna domini recolenda videatur. Nos hactenus quidem observavimus.

Omnia festa abolevimus, et tantum aguntur conventus diebus dominicis; me tamen ridiculus scrupus habet: quo nam pacto dies vulgo [!] distinguet? numerare ordine difficile, et prolixum est scribere et loqui: die Iovis quartę dominicę mensis Decembris, des Christmonats etc. Rescribe aliquando et ride inutilem meam curiositatem, qui vereor tam levi occasione reditura festa propemodum antiquata. Confratres omnes nostro omnium nomine saluta et nos adiuva precibus.

Datum pridie Kalendas Ianuarias anni 1525 mox sequentis.

Wolfgangus Capito.

(Adresse fehlt).

2 decidat] decidet — 16 *vor* conventus *gestrichen* ph — 16 f. dominicis] doicis *(ohne Abbreviaturstrich)* — 17 f. *Verschreibung:* vulgo *statt* vulgus *oder* distinguetur *statt* distinguet — 22 nostro] *ursprünglich* nostrum — 23 anni] ani.

---

[18]) *Den Bauernkrieg.* — [19]) *Jakob Strauß von Basel, 1516 Dr. theol. zu Freiburg i. Br., predigte 1521/22 im evangelischen Geiste zu Hall im Inntal, seit Ende 1522 zu Eisenach (weiteres über ihn siehe beim Jahr 1527, zu der „Antwort" Zwinglis an ihn wegen des Nachtmahls). In Eisenach gab er 1523 scharfe Thesen heraus: „Haubtstück vnd artickel Christenlicher leer wider den vnchristlichen wůcher" etc. . . . „Gepredigt zů Eysenach durch D. Jacob Straußen", worin Sätze stehen, wie diese: (17.) Vnselig vnd des glaubens gar entsetzt ist der, der in seiner armůt wůcher zů raichen bewilliget, (24.) Wůcher nemen vnd geben ist offenbar wider das Euangelium Jesu Christi. Auf diese Schrift blickt Zwingli später (in der „Antwort" von 1527) zurück, wenn er von Strauß sagt: „der mir in all weg unerkannt bisher gewesen, er sye dann der, der vor etwas jar die gar ufrürische schlußreden von zytlichem gůt und zinsen hat lassen zů Isenach usgon". Strauß kam später nach Baden-Baden, s. Nr. 458, Anm. 1. Er war in Eisenach in der Art Karlstadts eifrig reformatorisch aufgetreten und dann durch seine Beziehungen zu den Bauern 1525 unmöglich geworden. Vgl. G. Bossert in A. D. B. 36, 535 ff.*

357.

ubique ostendit infirmitatem hominum, quo sibi uni gloriam et salutem acceptam referamus; nam negare non possumus plurimo usui fuisse vehementiam Lutheri, qui et fidei materiam dexterrime tractaverit. Dabit et dedit dominus aliis sua quoque dona. Carolstadio nunquam potui multum tribuere, quod est ingenii amarulenti, praefracti, pertinacis et idem inconstantissimi, qui nulla in re captum infirmorum respicit, sed quacunque via ad famam parandam erumpit. Haec tecum familiarius, quam fortassis oporteat, et incondite, ut in buccam venerunt.

Vale.

6 to Februarii, quo tuas acceperim datas ultimo Ianu*arii*, quas miror tam expedite perlatas[34]. Ecclesiam tecum et fratres omnes saluto. Bucero tuas mittam legendas, qui modo vertit postillam Lutheri in euangelia quędam dominicalia[35]. Turegii nomen ingenio tuo illustratur, cui et Christum debet.

Iterum vale.

Significa mihi, an masculam prolem habeas[36].

Capito.

Clarissimo Christi confessori et apostolo Huldericho Zvinglio, Turegiorum episcopo. — *Zu*inglio.

5 *vor* praefracti *gestrichen ein undeutliches* praefracti — 9 venerunt] *ursprünglich* venerint.

---

[34]) *Die Spedition war wirklich ungewöhnlich rasch erfolgt; vgl. über die damalige Briefpost Zwingliana 1, 232 f.* — [35]) *In diesem Jahr übersetzte Bucer die ganze Postille Luthers ins Lateinische; Baum a. a. O. S. 591. Sie erschien in vier Teilen bei Johannes Herwagen im Februar und März 1525 und im März und Juli 1526. Den Titel findet man genau angegeben in (Festsschrift) zur 400jährigen Geburtsfeier Martin Butzers (Straßburg 1891), S. 107 f.* — [36]) *Zwingli bekam erst am 29. Januar 1526 seinen ersten Sohn, Wilhelm. Jetzt hatte er erst ein Mädchen, Regula, geboren 31. Juli 1524.*

363.

Peter Finer[1] an Zwingli.

Basel, nach 6. März 1525.

Gnad und frid in unſerem hern voran, getrüwer lieber her.

Als ir mir uß brůderlicher lieb, dů ich zů Zuirich was, ſchuffen[2] von dem Enderly[3] etlich gelt, weliches ich langiſt ſolt bezalt haben, han ich ſolich handel bißhar mit minem ſchweher gehebt, das ich 's nit han mügen uffbringen. Nůn weiß ich aber wol, das er 's darff[4] und ich 's langiſt verheiſſen han zů gen. Han ich im ouch dorvon geſchriben, das er in minem coſtung ilentz ein gewiſſen botten harab ſchick mit den beiden köpffen[5]; wil ich lůgen, das mir etwan ein gůtter fründ ſovil liche[6], das ich die köpff endledige, domit ich im das ſin nit ſo lang uffziechen můſy. Nit me den, min meiſter Ůrich, ſind doran, das es ilentz geſchech, diewil mich der bott noch hie findt. Und er darff nit ſorgen; geb dem botten die köpff, bis ich einen find, der löſt.

Nit me den: der her ſy mit üch.

Mine hern von Baſel thůnd ouch ally clöſter uff und gend eim ietlichen, was er in hat brocht[7].

Datum Basileę post Invocavit 1525.

Petter Finer üwer *williger.*

1 getrüwer] getruwer — 2 uß] üß — schuffen] *das Manuskript hat* schoffen, *doch ist das* o *ähnlich einem* u *geschrieben, vielleicht ist* schuoffen *zu lesen* — 7 costung] costüng — *vor* mit *gestrichen* mud — 8 sovil] soüil.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Aus einem Bande, S. 229. Siegelspur. Ungedruckt. (Sch. u. Sch. VII 385 geben nur den letzten Satz lateinisch, mit irriger Jahrzahl).

---

[1]) *Die Basler Matrikel verzeichnet zum S.-S. 1515: Petrus Sibental de Chur ex valle Pretigens. Curensis dioc. Dazu ist an den Rand gesetzt: Finer.* — [2]) *verschafft habe* — [3]) *Andreas Kramer? Vgl. Nr. 372, Anm. 6, Nr. 379, Anm. 9 (Nr. 382, Anm. 1).* — [4]) *dessen bedarf, es nötig hat* — [5]) *kopf = rundliches Trinkgefäß, vgl. Id. III 411.* — [6]) *leihe* — [7]) *Am 10. Februar 1525 gestattete der Rat von Basel*

Möcht der bot biß Suntag oder lengſt Mentag hie ſin, wer mir vaſt lieb; ich ſchem mich, das ich in ſo lang uf han müſſen ziechen.

Dem rechtlerenden criſtenlichen hirtten meiſter Ülrichen Zwingly zů Zürich.

1 Möcht] mocht — Suntag] Süntag — 2 *vor* ziechen *gestrichen* uff.

---

den Frauen im Steinenkloster, am 13. auch denen der andern Klöster, den Austritt, sobald Pfleger geordnet und von diesen Rechnung gestellt sei. Ratsbuch Basel 6, auch Erkanntnißbuch IV, S. 3f. Vgl. Basler Chron. 1, 388 den Abschnitt: monialium monasteria Basileae aperta.

364.

Zwingli an Iodocus Hesch[1].

Zürich, 8. März 1525.

Iodoco Heschio.

Gratia et pax a domino.

Non erat opus, optime vir, ut tam anxie deprecareris culpam, quae culpa non est[2], iam altera vice, priore per Franciscum[3] nostrum, altera per praesentium latorem. Hoc enim habet Christianorum amicicia fratrum dissimile mundi filiorum amicicie, ut, cum hii in gratiam redeunt, cunctanter se sibi mutuo credant, illi vero discussis omnibus simultatis nebulis protinus in fratrum numerum recipiant, quos paulo ante hostes iudicaverant. Sic et nos mutuo faciamus: quos unus atque idem spiritus in eandem gracie

1 *vor* domino *gestrichen* dno — 4 f. *vor* Christianorum *gestrichen* ai *(der erste Strich von* amicicia*)* — 6 cunctanter] cunctancter — credant] cedant.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 133. Siegelspur. — Gleichzeitige Kopie. Offenbar Duplikat des nicht erhaltenen, an Hesch gesandten Briefes, klein geschrieben. Das Papier ist in Briefform gefaltet, zeigt aber keine Zeichen der Versendung. Die Schrift ist derjenigen Zwinglis ähnlich.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 386.

---

[1]) *s. Nr. 330, Anm. 1.* — [2]) *Der vor einem Jahr noch eifrig katholische Adressat muß sich seither, wie der Brief voraussetzt, dem Evangelium und Zwingli zugewandt haben. Es schwebt ein Halbdunkel über der Geschichte. Um diese Zeit enthalten die Eidg. Abschiede einige auffällige Nachrichten, wie folgt: Am 15. Februar sind Schaffner und Vater des Gotteshauses in Streit; die Tagsatzung drückt dem erstern ihr Mißfallen aus, heißt ihn des Amtes einstweilen müßig gehen und weist den Landvogt im Thurgau zur Aufsicht an, damit der Schaffner dem Gotteshaus keinen Schaden zufüge. Am 14. März werden der Tagsatzung Briefe von Zürich vorgelegt, woraus deutlich wird, daß Zürich den Schaffner von Ittingen gern zu seinen Handen brächte; auch vernimmt man, daß Pfarrer (Werdmüller) von Rickenbach und Zwingli denselben nach Zürich eingeladen haben. Der eine der Zürcher Briefe ist vom 10. März datiert und eine Einladung der Obrigkeit an den „ehrsamen geistlichen lieben Herrn und*

fiduciam convocavit, idem sentiamus, alter alterius onus subeat *[Gal. 6. 2]*. Quam equidem conditionem sic tecum subiturus sum, ut nulla sit unquam ętas de perfidia nostra querimoniam ullam habitura; pollicere igitur de nobis non uti de reconciliato hoste, sed uti de fratre, quocum nulla unquam offensio intercessit. Que praesentium lator ad nos attulit, optime curata sunt. Verum, heus tu, senatus noster indubie maiorem fidem servaturus est, quam ulle possent litere, presertim hoc rerum statu, quo, si vel iota unum excideret *[Matth. 5. 18]*, fieret tota Ilias. Ut ergo amicum ad nos misisti nullis munitum pignoribus, quod equidem pro maximo pignore puto, vis enim tibi fidem haberi, id quod purę plerumque consciencie postulant: sic et nos eundem carissimum et fidelissimum fratrem nostrum ad te remittimus, qui ore ad os, quod dicitur, omnia non modo referet, sed etiam aget tecum. Quod porro ad me attinet, ne nihil a nobis habeas, hoc meo me tibi chirographo sic adstringo, ut fratrem fratri decet, his etiam legibus, ut, si mea parvitas tibi unquam vel hac vel alia in causa possit prodesse, nulli sim nec ocio neque negocio parciturus, modo deserta hypocrisi ad deum fortem, vivum venias ad bibendum. Summa: omnia erunt tibi indubie tuta et secura. Verumtamen omnia noster referet, quem nunc complicata epistola audi. Plura non permittit epistola nec planiora. Coram autem omnia et aperte.

Vale, servetque te dominus glorię suę incolumem. Amen. Nihil fraudis subesse suspicator; aut fraude mecum agat deus: id quod nequit fieri.

Ex Tiguro 8. die Martii M.D.XXV.

Huldr*ichus Zuinglius*, quantuluscunque est, tuus tamen totus.

(Adresse fehlt).

16 *vor* in *gestrichen* causa.

Freund" (Hesch), so bald als möglich nach Zürich zu kommen; der andere enthält den Befehl an Pfarrer Werdmüller, „Herrn Jos Heß [!], Schaffner zu Ittingen", auf sein Schreiben bei Tag und Nacht in das Gebiet und dann in die Stadt Zürich zu helfen. Hierauf wird der Landvogt von der Tagsatzung beauftragt, den vom Vater der Karthause bereits verhafteten Schaffner nach Frauenfeld gefangen zu setzen. Allein am 3. April hebt die Tagsatzung diesen Beschluß wieder auf und läßt dann am 24. den Schaffner nach Baden führen, doch nicht durch Zürcher Gebiet. Nachdem Hesch verhört ist, am 16. Mai, wird verfügt, derselbe sei nach Frauenfeld zurückzubringen; der ganze Handel aber soll womöglich abgetan werden. Man vernimmt dann nichts mehr bis am 25. Juni 1526: der alte Schaffner von Ittingen fragt bei den Eidgenossen an, ob sie ihn dulden würden, wenn ihn seine Obern wieder dahin verordnen sollten. Eidg. Abschiede IV 1a, S. 584, 604, 606, 614, 624; vgl. 657, 662, 953. Egli: Schweiz. Reformationsgeschichte I (1910), S. 380 ff. — [3]) Jedenfalls Franz Zink. Vgl. Nr. 186, Anm. 1.

365.

Christoph Heyl[1] *an Zwingli.*

Basel, 14. März 15(25?).

Quod te amo, suavissime vir, iubet singularis tua erga me benignitas; quis enim non amplectatur, suoque id merito, qui immerentem tam uberibus beneficiis esset prosecutus? Sed tua modestia ea est, quae nec laudi maxime ducit, quodcunque benefecerit, nec ego ita magnificum fecero (quamquam tibi istud debeo), si hanc tamen ob gratiam solum te plurimum fuero admiratus. Sunt pietas et morum suavitas, quę pręter inaffectatam eruditionem te omnibus maximopere

4 laudi] *ursprünglich* laudat.

Zürich, Stadtbibliothek: Msc. Siml. Tom. 15 p. 57. Autograph mit Siegelspur. Abdruck: Sch. u. Sch. VII 385f.

---

[1]) *Über der Persönlichkeit des Briefschreibers schwebt noch ein Dunkel. Schuler und Schultheß a. a. O. lasen Christophorus Grill (Geil?), A. Nebe: Zur Geschichte der evangelischen Kirche in Nassau, 3. Abt., Herborn 1866, S. 6, Anm. 3 schrieb: „In Zwinglii opera curantibus Schulero et Schulthessio VII 385f. befindet sich ein Brief an Zwingli, welcher unterzeichnet ist Christophorus Grill Wiesbadiensis. Dieser Mann war bei Zwingli in Zürich gewesen, und dieser hatte sein Anliegen bei dem Rate kräftigst unterstützt; dann hatte er sich, von Zwingli an Oecolampadius empfohlen, nach Basel begeben, wo er die Entscheidung seiner Angelegenheit abwarten wollte. Er schrieb an Zwingli und zugleich am 14. März 1525 an den Zürcher Arzt und Professor Christoph Clauser. Ich glaube durch das letztere berechtigt zu sein, in diesem Christoph, dessen Familiennamen Schultheß Grill oder Geil lesen will, den rühmlich bekannten Professor der Medizin zu Leipzig, Christoph Heil aus Wiesbaden, wiederzufinden". Diese Annahme Nebes ist in der Tat die wahrscheinlichste. Der handschriftliche Befund erlaubt die Lesung: Heill. Leider aber ist über Christoph Heyl (Solerus) nicht allzu viel bekannt. Zedler (Universallexikon 38, 986) berichtet: „Solerus oder Heyl, gebürtig aus Wiesbaden, lebte als Professor zu Leipzig, übersetzte Galeni Traktat de cognoscendis et curandis affectibus renum [1530] ins Latein, schrieb ein Buch de artificiali medicatione, Mainz 1534 in 4°". Kestner: Medizin. Gelehrten-*

commendant. Quomodocunque tamen illa habent, non contineo me, quin tibi gratias agam, qui in rebus meis tam studiosus promotor fueris, atque id, quod tum agebatur, si et reip*ublicae* et aliorum commodo mihi permittitur, non recuso. Si aliquo id pacto fieri non potest, nihil est plane, cur ego desiderem, quod equidem mihi sum conscius; mea sic amo, ut aliena posthabere haud placeat prae meo commodo. Quod vero, qum Tiguri discederem, Basileae expectaturum esse aliquandiu, tibi ostenderim, non, ut spero, te male habebit, si certiorem te facio me apud Andream Cratandrum[2] divertisse, ad quem, si voles, quod referet mea, significare, literas dederis. Salutavi tuo nomine Oecolampadium; qum vero literas ad eum nullas haberem, nolui hunc diutius molestare. Sed nihil aeque doluit, quam quod Leonem[3] tuum Basileae non repererim; is enim pridie, quam ego adveni, abierat, idque postridie per Oecolampadium rescivi. Quod restat, Leonem saluta de me multis nominibus. Utrique me plurimum debere sedulo polliceor; quod tu curaveris, ille promoverit

---

lexikon p. 400 und Jöcher: Gelehrtenlexikon s. v. bieten nichts darüber Hinausgehendes. Nach freundlicher Mitteilung von Herrn Archivar Dr. F. W. Wilh. Roth in Niedernhausen im Taunus sind weder Lebenslauf noch Geburts- oder Todesjahr von Heyl bekannt. Die Nachricht von seiner Professur in Leipzig geht zurück auf Justus, chronologia medica s. v., dessen Notiz hat einen Eintrag in die Leipziger Fakultätsliste von 1534 veranlaßt; dieser Eintrag aber stammt aus dem 18. Jahrhundert und ist apokryph, aus Akten des 16. Jahrhunderts läßt sich Heyls Leipziger Professur nicht belegen (freundliche Mitteilung von Herrn Professor Dr. Sudhoff in Leipzig). Aus der Vorrede des Druckes von 1530 (s. o.) geht hervor, daß Heyl ad decimum Kalendas Majas [22. April] von Aschaffenburg aus dem Kurfürsten Albrecht von Mainz sein Buch widmete. Der Druck der Schrift von 1534 zu Mainz weist auf einen Aufenthalt am Mainzer Hofe hin, doch ist Heyl jedenfalls nicht kurfürstlicher Leibarzt gewesen. Die bibliographische Beschreibung der beiden Drucke s. bei F. W. W. Roth: Die Buchdruckerfamilie Schoeffer (9. Beiheft zum Zentralblatt für Bibliothekswesen S. 188f.). Wertvoll für unsere Zwecke ist, daß Geßner-Simler: bibliotheca universalis (1545, S. 166) Heyl erwähnen: Christophorus Heyll Wisbadensis medicus scripsit artificialem medicationem, quae constat paraphrasi in Galeni librum de artis medicae constitutione. Chartae sunt 12 in 4° excusae Moguntiae 1534 cum Bertrutio de morbis noscendis etc. Scriptus est liber ab authore 1533 (dazu Appendix bibliothecae 1555, p. 23: Christophorus Heyll Vuisbadensis medicus transtulit ex Galeno librum de renum affectuum dignotione et medela). Darf man daraus schließen, daß Heyl in Zürich bekannt war? Es kann auch lediglich das medizinische Interesse die Erwähnung veranlaßt haben. Die Datierung des Briefes auf 1525 geht lediglich auf eine Vermutung Simmlers zurück. Er schreibt (tom. 15, p. 57): an hic ille medicus et theologus, ad quem Zuinglius gravem dedit ep. IV. Febr. 1527? vel an ille fuerit Alexander Sytz, v. eius ep. die Martii post Martini 1525, quod mihi verisimilius videtur ob commend. famulum (s. dazu Brief Nr. 407). Die Datierung ist also einstweilen vollkommen unsicher. — [2]) Buchdrucker in Basel. — [3]) sc. Iudae. Die Zeit seiner Basler Reise ist unbekannt, und damit versagt der einzige Anhaltspunkt für das Jahr dieses Briefes.

me; neuter est vero, qui de me plurimum meritus non sit. Si per negocia tibi licet et grave non est, de rebus meis ad me perscribito.

Vale.

Basileae pridie Idus Martias.

Tuus Christophorus Heill Wisbadiensis.

Christophoro[4] medico vestrati literas reddes, quae tuis sunt adiunctae.

Domino Ulricho Tzwinglio apud Tigurinos, viro optimo.

1 *vor* me *gestrichen der Anfang eines* p.

[4]) *sc. Klauser; s. zu dessen Brief vom 15ff. Oktober 1528.*

366.

Zwingli an Vadian.

Zürich, 31. März 1525.

Gratia et pax a deo.

Legimus, carissime Vadiane, „Axiomata“[1] vestra multa cum gratulatione, hac potissimum causa, quod rem Christianam vobis recte exploratam esse manifestant. Pia sunt et docta; sed prelum tenebatur necessariis istis ad nundinas Franckfordi*enses*. Mitto tibi dono „Commentarium“[2] nostrum, quem vix dicendis sudoribus tandem effectum dedimus, in quo multa longe aliter tractavimus, atque fuerit hactenus observatum a multis. Tu diligenter omnia expende; nolumus enim veritati uspiam vis fiat. Grebelius[3] apud nos est, ad factionem suam nusquam non trahens, quoscunque potest, et ministerium nostrum sic adcusans et calumnians, ut, si maxime tales essemus, quales ipse prędicat, minime tamen ipsum decebat usque

St. Gallen, Stadtbibliothek: Litt. misc. II. 231. Siegelspur.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 387 f. Arbenz, Vadians Briefsammlung 3, S. 109 (Nr. 425).

---

[1]) *Das Manuskript Vadians hat sich erhalten. Der Titel lautet: Farrago centum plus minus axiomatum, in quibus summatim, quod ad Christianam poenitentiam, contritionem, confessionem, absolutionem et satisfactionem attinet, comprehenditur, authoribus Georgio Vadiano, Dominico Zilio, Ioachimo Vadiano, triumviris auscultandarum concionum apud St. Gall[um] . . . An[no] MDXXV. Es sind 101 Artikel, betreffend den Leutpriester bei St. Laurenzen in St. Gallen. Ein Konzept mit Einleitung, zahlreichen Änderungen und weit ausführlicher ist ebenfalls erhalten; Scherrer, Verzeichnis der Manuskripte und Inkunabeln der Vadian. Bibliothek Nr. 48, 65, und gefällige Mitteilung von Dr. T. Schieß. Der Leutpriester ist Benedict Burgauer. Am 3. Februar 1525 beschloß der Rat: „dass der pfarer antwurt geb wegen des fegfürs und der orenbicht“, und am 20. mußte dieser, nach Eingeständnis seines Irrtums, sich zum Widerruf in der Kirche verstehen. (Ratsbuch St. Gallen.) Zur Vorgeschichte dieses Handels vgl. Nr. 327, Anm. 7 und Nr. 337, Anm. 8. Ein Druck der Axiomata ist nicht nachweisbar. —* [2]) *sc. de vera et falsa religione. Abgedruckt Bd. III, Nr. 50. —* [3]) *Konrad Grebel befand sich etwa 25. März in St. Gallen und blieb über zwei Wochen, bis nach dem 9. April, dort; vgl. Keßler Sabbata*[2] *145 f., dazu Egli, St. Galler Täufer S. 24. Da die Erzählungen Keßlers einen Irrtum in der Zeit ausschließen, muß sich Zwingli geirrt und am 31. März noch nicht gehört haben, daß Grebel seit acht Tagen von Zürich fort war. Das fällt auf, ist aber immerhin mög-*

adeo in bene meritum ingratum esse. Tu te confirma, ne illius opinione abducaris; hoc enim peculiare habet, ut ista taceat, quę nos in medium adferimus, sua ogganniens. Proximus ab isto, quem nunc in manibus habemus, adversus Uraniensem quendam[4], labor erit de „Baptismo“[5], quem longe aliter tractabimus, quam ulli vel veteres vel neoterici tractaverint, quamvis non nos simus sic tractaturi, sed verbum ipsum, quod tamen aliter intellectum oportet, quam hactenus factum sit. Gustum autem eius rei facies in hoc „Commentario“ nostro. Vide, ut exciderit, quod maxime volebam, nempe causam adiungere, cur liberato tandem prẹlo „Axiomata“ non sint excusa. Ea est: interea didicimus, quod inter vos erat dissidium, per sẹnatum esse decisum. Quod si minus ad hunc modum habet, indica, et rem effectam dabimus.

Vale, et boni consule, quicquid scribimus; inter enim tot occupationes ac capitis dolores scribimus, ut, nisi videremus calamum incedere, ferme ignoraremus, quidnam fieret.

Ex Tiguro pridie Kalendas Apriles M.D.XXV.

Huldrichus Zuinglius ex animo tuus.

„Commentarius“ mendosius exiit; tibi tamen satis facere potest. Habes mendas post finem quasdam. Non relegi.

Herren doctor Joakim von Watt zů Sant Gallen in ſin hand. — *Sant Gallen.*

9 ut] *ursprünglich* ex — 21 Sant *Ga*llen] *nt Ga Ergänzung, da die Buchstaben durch Faltung des Briefes absprangen.*

---

lich, jedenfalls eine mögliche Erklärung des Widerspruchs zwischen Sabbata und Brief. (Über eine weitere chronologische Schwierigkeit, zusammenhängend mit dem von Keßler berichteten und auch von den Zürcher Akten bezeugten Ausbrechen gefangener Täufer aus dem Turm zu Zürich, s. Egli, Kommentar zur Sabbata² 559f.) Tr. Schieß (Schriften des Vereins für Reformationsgeschichte Nr. 103/104 [1911], S. 111, Anm. 38 gibt folgende Erklärung der chronologischen Schwierigkeiten: „mir erscheint glaublicher, daß die erzählten Vorgänge sich in der von Keßler gegebenen Reihenfolge vor Bolts Aufenthalt in St. Gallen wirklich im Jahr 1525 (in das Bolts Hinrichtung fällt) zugetragen haben, daß aber Keßler, der diese Vorgänge aus dem Gedächtnis aufgezeichnet hatte, nachträglich den Sonntag (26. März), an welchem Grebel in St. Gallen taufte, irrtümlich als Palmsonntag bezeichnete (was 1526 der 26. März war). Daß 14 Tage dazwischen liegen sollten, widerspricht durchaus nicht dem Wortlaut der Sabbata, der auf den unmittelbar folgenden Sonntag, d. h. eben auf den 26. März hinweist. Nach dieser Annahme konnte sehr wohl Grebel Ende des Monats wieder in Zürich sein und sozusagen abgelöst werden durch die am 5. April in Zürich aus dem Gefängnis ausgebrochenen Wiedertäufer.“ Über Grebels Verhältnis zu Zwingli s. die Biographie zu Nr. 27 und besonders den Vadian-Briefwechsel.

[4]) *Valentin Compar aus Uri. Die Schrift Zwinglis gegen ihn erschien am 17. bezw. 27. April 1525 und ist abgedruckt Bd. III, Nr. 53.* — [5]) *Die Schrift Zwinglis „Vom touf, vom widertouf und vom kindertouf“ ist bevorwortet vom 27. Mai 1525 und abgedruckt Bd. III, Nr. 56.*

367.

Zwingli an Johannes Oecolampad und die Basler Prediger.

Zürich, 5. April 1525.

Huldrichus Zuinglius Ioanni Oecolampadio, Marco Bertzio[1], Petro Frauenbergio[2], Iacobo Imelio[3], Vuolfgango[4], Thomae[5], Ioanni[6], piissimis verbi ministris apud Basileam, fratribus in domino charissimis.

Gratia et pax a domino.

Tradiderunt gentilium quoque docti, o charissimi fratres et in militia summi regis commilitones, concordia res parvas maximas fieri, contra vero discordia labi ac ruere[7]. Quanto magis, qui unius eius-

Original nicht auffindbar.
Epistolae 1536, fol. 170f. — Opera 1581, Tom. I 410f.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 389/92.

---

[1]) *Marcus Bersius war Pfarrer zu St. Leonhard. Über ihn s. Nr. 192, Anm. 1.* — [2]) *Petrus Frauenberger (Gynoraeus u. ä.), Pfarrer zu St. Alban. Das Biographische zu Nr. 520.* — [3]) *M. Jakob Imeli, Pfarrer zu St. Ulrich, war anfangs Februar zum zweitenmal in Gefahr gekommen, sein Amt zu verlieren, weil er die Messe unterließ; Oecolampad an Farel, bei Herminjard 1, Nr. 139 (S. 335). An der Badener Disputation 1526 gab er Eck „einen Meisterstreich"; er nahm auch noch an der Disputation zu Bern teil und wurde dann ein Weber; Anshelm 5, 161.* — [4]) *Wolfgang Wißenburger, Pfarrer am Spital, s. Brief vom 3. April 1529 und unten Anm. 12.* — [5]) *Thomas Geierfalk von St. Gregoriental, Prediger zu den Augustinern, einer der treuesten Kollegen Oecolampads und Zwingli ganz zugetan, was, wie jener im Brief vom 12. Juni 1529 meint, den Mangel an Bildung ersetze. Er kam anfangs 1524 von Freiburg im Üchtland nach Basel; vgl. Nr. 302, Anm. 6. Noch zum Wintersemester 1539/40 steht er in der Basler Matrikel als Thomas Girfalconius ex Valle sancti Gregorii Basiliensis dioc., maioris ecclesie Basiliensis diaconus.* — [6]) *Johannes Lüthart genannt Sündli von Luzern, Prädikant zu den Barfüßern, s. Nr. 453.* — [7]) *Concordia parvae res crescunt, discordia maxumae dilabuntur (Sallust, Jug. 10, 6 u. ö.). Vgl. Otto S. 89.*

demque dei ministri sumus, ex eius precatione, qua sic patrem obtestatus est *[Joh. 17. 21]*: „Oro, ut hi unum sint, quemadmodum ego et tu unum sumus“, colligere debemus, quod nihil aeque nobis fugiendum est atque dissensio, nihil sic adpetendum ut unanimitas et concordia. Solent quidam exempla postremo loco ponere; nos hic inter principia ordinamus. Constat urbis nostrae[8] pax, deo gratia, usque ad hanc diem tanta constantia, ut quae hactenus impulere procellae, frustra se extulerint; sed huiusce tranquillitatis causam an putatis minimam fuisse ministrorum verbi concordiam? Nulla inter nos porro est simultas, nulla dissensio, invidia nulla, rixae ac contentiones nullae; quae animorum consensio unde nam proficisci potuit, quam a deo optimo maximo? An non sumus homines? Pati ergo potuissemus, quod quique patiuntur. Dei ergo munere factum est, ut nulla simultatis nebula, nedum discordiae hactenus surrexerit. Cupio igitur, ut amice monentem audire non dedignemini, quem amicum soliti estis adpellare. Audax consilium capio vos admonendi, qui nos et eruditione et pietate multis modis antecellitis; sed vetat equitas audaciam adpellari, quod amicitia est, quod amor, quod ipsa pietas. Nota est nobis clarissima

3 aeque] *Epp.* aequae.

[8]) *Mit Genugtuung, aber auch in Demut vor Gott blickt hier Zwingli auf sein Zürich, „die herrliche, christliche Stadt“, wie er sie anderswo nennt. Eben in diesen Tagen kam das Reformationswerk daselbst zum vorläufigen Abschluß durch Einführung des Abendmahls statt der Messe, auf Ostern 1525. Die Standhaftigkeit, welche Obrigkeit und Gemeinde durch alle Jahre des Kampfes gegenüber den widerstrebenden Mächten der Zeit bewiesen hatten, die Ruhe und Sicherheit, mit der die Erneuerung des Gemeinwesens erfolgt war, sind wirklich großartig. Mit Recht weist er der ungetrübten Einigkeit der Prediger einen Hauptanteil daran zu und stellt sie den Baslern als das Geheimnis des Erfolges und als Vorbild an ihrem Orte hin. Auch unter Bullinger dauerte diese Einmut und das schöne kollegiale Verhältnis der Zürcher Theologen jahrzehntelang fort. Eine erste Störung im Jahr 1546 wußte Bullinger noch zu beschwören, bis dann um 1560 die Prädestinationslehre den leidigen Zwist zwischen Bibliander und Peter Martyr veranlaßte; vgl. Egli, Analecta reform. 2, 75ff. 123ff. Jene Standhaftigkeit und Einmütigkeit Zürichs und seiner Prediger haben aber frühe Zeugen nicht zum wenigsten dem überragenden und nachhaltigen Einflusse Zwinglis selbst zugeschrieben. Mit Freude zählt Pellikan (Chron. 141) die Männer auf, durch welche die Kirche Zürich erneuert (reformata) wurde: quorum omnium antesignanus est et dux fortissimus doctrina et manu, diligentia et constantia incomparabilis Huldricus Zwinglius. Derselbe schreibt noch am 28. Juni 1544 an a Lasco: Ab annis XIX, quibus Tiguri ministravi ecclesiae, nulla unquam intercessit inter doctos in quibusquamque dogmatis discordia, qui ab initio reformationis sic omnia inchoata feliciter dei gratia sunt per Zwinglium et symmystas, ut hactenus nihil mutandum visum fuerit in ceremoniis et doctrina. Sed qui et eidem successerunt duo, Bullingerus in ecclesia et Theodorus Bibliander in theologica schola, doctores semper pulcherrime concordarunt, suavissima cum tranquillitate regentes ecclesiam.*

urbs, noti estis omnes vos; cogitari ergo nequit, me ulla alia ratione hoc quicquid est agere, quam pietatis, vestri urbisque vestrę amore. Tentat et nos Satan miris modis *[1. Cor. 7. 5]*, sed adeo facile vincitur, ut in ipsa victoria liceat cognoscere tentationem esse, qua nos adortus fuerat; sed, ut diximus, vincendi promptitudinem nulli quam pacis et unionis spiritui tribuimus. Sic et vos decet animatos esse. Tentamur autem nunc haud contemnenda tentatione, puta ipsius eucharistiae discussione. Quae res plane non tantos tumultus dabit, quantos quidam sperant, si modo συγκρητισμὸν[9] fecerimus, hoc est, in dimicatione consensum: quem quaedam infirma et imbellia alioqui animalia dum faciunt, crudelissimos hostes sic terrent, ut nihil ab eis mali patiantur. Anates sic se in cuneos stipant, ut haliaeto omnem praedae spem adimant; sic boves ursos, lupos innocuę oves a rapina prohibent. Caugnistam Numidarum regem aiunt[10] duodecim filiis, moribundum, duodecim sagittas simul alligatas singulatim ad frangendum dedisse, tentavisseque omnes ex ordine rem, sed frustra. Tum patrem lorum abstulisse, singulisque singulas sagittas praecepisse, ut frangerent, quas omnes dicto citius fregerunt. Ibi senex intulit: Sic vos eritis perpetuo invicti, si pacem unionemque servaveritis; quod si quisque sua perget sequi consilia, iam periistis, priusquam adesse quicquam mali senseritis. Si, inquam, ad hunc modum συγκρητισμὸν faciatis, nemo vobis nocere poterit. At dicet aliquis: quomodo consensum talem faciemus? an non consentimus? an non omnes idem verbum in manibus tenemus? Recte sane! idem ergo sentite et syncretismus iam compactus est. Quod si adhuc dissentiatis, nimirum non idem verbum habetis. Nam et si omnes idem literae verbum habemus, non tamen eundem sensum sequimur; non ergo idem verbum internum, quod solus animae cibus est, habemus. Quod si quis admittat, ut nemo negare potest: videmus enim multos eodem verbo niti, attamen dissentire: consequens ergo est, quod, qui de eodem verbo ad hunc modum digladiantur, eodem spiritu non ducuntur. Quum ergo, inter fratres etiam, non parva sit hodie de eucharistia dissensio, negari non potest, quin alii alii quam divino spiritui aurem praebeant. Tentat enim nos glorię cupido, pavor mortis et Satan

4 qua] *Epp.* quo — 9, 22 συγκρητισμὸν] *Epp.* συγκρήτισμον — 12 haliaeto] *Epp.* halieto — 25 adhuc] *Epp.* aduc — 31 ducuntur] *Epp.* ducantur.

---

[9]) *Vgl. unten Nr. 390, Anm. 3.* — [10]) *Die Grundlage dieser Erzählung bietet Aesop (fab. Nr. 52), vgl. Babrius (fab. Nr. 47). Plutarch berichtet sie vom Skytherkönig Skiluros (de garrul. 17). Wo sich der Numiderkönig Caugnista findet, konnte zurzeit noch nicht festgestellt werden.*

ipse, qui omnia in desperationem trahere cupit. Docemus enim partim ea, quae gloriam parent, partim ea, quae rem; quosdam vero cogit metus, stulta quaedam et a fide et a communi sensu abhorrentia profiteri; sed vos Christum non sic didicistis. Tale enim semper putavi esse ingenium doctrinae, quam Tiguri, Basileae, Argentorati proponimus, ut tranquillitatis et innocentiae studiosos reddat; sed eius innocentiae, quae ex fide procedit. Dum ergo ante omnia, quae in deum est, fidem docetis, innocentiam autem, quae ex fide nascitur, an non iam proram et puppim[11] complexi estis? an non reliqua omnia ornamenta quaedam minime necessaria sunt? Nam si necessaria essent ad salutem, Christus ea inter prima clarissimis verbis docuisset. Sed rem ipsam nunc attingam: Certant alii, in eucharistia corporalem Christi carnem edi; alii nullam carnem penitus adesse putant; postremi carnem spiritualem edi perhibent, sic tamen, ut panis non tantum sit panis, sed simul etiam caro sit; aut cum panis edatur, caro simul edatur: non enim clare possum ista attingere, cum quorundam libellos non legerim. Videte nunc, quid quamque sententiam dictet. Veritas dictat carnem non edi: caro enim non prodest quicquam *[Joh. 6. 63]*. Nec est, ut susurrones quidam dicunt, caro, id est, carnalis intellectus. Nam Christus hunc sermonem respondit Iudaeis de corporea carne eius contendentibus, atque ipsorum degravationem levat. Quapropter clarum est, ipsum de corporea carne loqui, cum dicit *[Joh. 6. 63]*: „Caro non prodest quicquam“; isti enim putabant hanc eis proponi. Fides nihil eget corporea manducatione. Nam si Christum edimus, id est, si Christo fidimus, non amplius esuriemus neque sitiemus *[Joh. 4. 14]*: nihil ergo eiusmodi requirit fides, se ipsa contenta. Restat ergo, ut metus istas sententias de corporea carne tueri moneat. Est enim prodenda veritas et hypocrisis in lucem trahenda. Vident quidam fidelium vulgum errori isti de corporea carne sic esse addictum, ut avelli posse desperent: hinc metus et desperatio obtinendi victoriam. Malunt ergo parcere cuticulae et veritati, quam errori in occursum prodire. Hinc simulatae istae voces: Pretiosum corpus Christi et nobilis iste sanguis eius nobis adimuntur; verba sanctissima et manifestissima nobis eripiuntur. Si iste Christi verborum sensus esset, Christus haud dubie clarius esset locutus. Quasi vero quisquam ignorare queat, ex sacerdotibus paucissimos unquam fuisse, imo nullos, qui crederent corpoream carnem hic adesse; quasi quisquam ignoret, quid sit hypocrisis, qui iam fidelis est. Ut

19 dicunt] *Epp.* dicant.

11) *Anfang und Ende. Vgl. Otto S. 288 f.*

spiritualis omnia iudicat *[1. Cor. 2. 15]*, sic et vere fidelibus omnibus constat, neminem fidelem esse, qui credat corpoream carnem hic edi. Eant nunc et clamoribus omnia impleant quidam, quum ex fide sciamus quotquot fideles sumus, corpoream carnem ne edi quidem posse, ex sensibus vero nihil carnis percipiamus; is[12] enim primus semper prodidit etiam indoctis fraudem. Quum autem sic dicunt quidam: Deus omnia potest facere, ergo potest, ut simul panis sit et caro, quid, quaeso, prodest hoc portentosum figmentum verborum? Quasi vero deus unquam fecerit, ut aqua simul esset aqua et ignis: aut ut leprosus, quales multos curavit, simul esset leprosus et mundus: aut aqua, quae in vinum conversa erat *[Joh. 2. 1ff.]*, simul maneret aqua. Sic isti dicunt spiritualem esse manducationem, et tamen corpus edi adfirmant; aut panem dicunt esse panem ac simul esse carnem; et has stultas opiniones ex timore natas tam audacibus clamoribus confirmant, ut, si tam probe literis sacris firmarent, iam dudum vicissent. Obsecro igitur, candidissimi fratres, ne in re tam aperta inter vos dissideatis[13]! Vincet, vincet veritas, quae, ubi tandem triumphaverit, eos, qui obluctantur, ludibrio omnium exponet. Nolite iurati esse in quorundam magistrorum verba[14]; nullius vobis autoritas imponat. Ecce, ut interim aliquid rerum, quae apud nos geruntur, narrem! Tiguri omnes rem ipsam palam prolocuti sumus; fidelium vero nemo est offensus, sed et imbecilles quidam quotidiana doctrina confirmati sunt, nemo obstat quam impii. Sentit vobiscum nobilissima doctorum cohors, quae est Argentorati; sed ista nihil posse debent, potentissima omnium est veritas. Exploret ergo quisque vestrum fidem suam; haec iam, scio, discet frivola esse, quae hactenus de corporea carne loquaciter ogganivimus. Quid ergo causae erit, ut non omnes idem sentiamus? Audio susurrunculum quendam[15] apud vos esse, qui mihi intus et in cute notus est; quem dicunt nescio quae dissidia seminare. Eum, oro, ut vitetis; non enim servit deo, sed suo ventri *[Röm. 16. 18]*, imo peni quoque. Permulta enim adulteria olim aut debacchatus est, aut saltem debacchatus esse videri voluit. Monebitis ergo tales, ut verbis parcant; fide etenim nobis constare, quod alii clamoribus adserere conentur.

9 unquam] *Epp.* nunquam.

---

[12]) *scil. sensus* — [13]) *Pfarrer Wißenburger war der lutherischen Lehre vom Abendmahl geneigt und ist es auch später geblieben, ohne daß es jedoch zu Händeln kam; vgl. Herzog, Oecolampad 1, 320 und Hagenbach, Oecolampad S. 77. Auf ihn bezieht sich, was Tossanus am 4. September 1525 an Farel schreibt: Wolfgangus clamat illic esse corpus Christi, Herminjard 1, p. 377, ebenso der dubiae fidei frater im Brief Oecolampads an Zwingli vom 16. September 1525.* — [14]) *Vgl. Horaz, Ep. I 1. 14* — [15]) *Unbekannt.*

Haec vobiscum, optimi fratres, coëgit me commentari tum pietas tum amor: nonnihil enim rumoris ad nos venit, quiddam dissidioli apud vos pullulare, quod in herba utinam dominus extinguat! Sed quid ago, quasi quenquam ex vobis tam procacem esse putem, ut cum euangelii detrimento putem contumacem esse futurum? Habetis Oecolampadium, virum eruditione incomparabili, circumspicientia vero tali, ut, si altera parte peccet, cunctatione potius quam praecipitatione istud faciat. Pietatem eius nihil praedico, ipsa se praedicat. Quanta enim pro domino pertulit? quanta quotidie infractus perfert? Eum quum habeatis, non est, ut quenquam metuatis vobis nocere posse. Unde quod veritatem esse videtis, ne reticete: sed tali moderamine, ne sues[16] in vos conversae proscindant *[Matth. 7. 6]*; hoc est, prudenter dispensate verbum, ut fructum inde sperare possitis, non excidium euangelii. Boni consulite, charissimi fratres, hanc nostram admonitionem: infans est et ieiuna, sed bonis vobis, scio, non displicebit. Constantes estote, videbitis auxilium domini super vos. Vincet veritas, velint nolint, qui contra nituntur: atque ea utinam feliciter vincat! Sed domini voluntas fiat *[Act. 21. 14]*. Oremus pro nobis mutuo.

Valete.

Ex Tiguro, quinta die Aprilis 1525.

[16]) *Wohl eine Erinnerung an den Spanferkelschmaus, womit im Frühjahr 1522 einige radikale Neuerer das Fastengebot gebrochen und der evangelischen Sache in Basel mehr geschadet als genützt hatten; vgl. Nr. 204, Anm. 3. Möglicherweise aber handelt es sich lediglich um freies Zitieren von Matth. 7. 6.*

367 a.

a) Zwingli an [Franz Kolb[1].]

(Zürich, 17. April 1525?)

Lieber Frantz, gang allgemach in handel, nit zů streng, und wirff dem bären zůerst nun[2] ein sure unter ettlichen süssen biren für, darnach zwo, dann dry! Wann er die anfaat in sich frässen, so wirff im me und me, sur und sůss undereinandern, zůletst so schütt dann den sack gar uss, mit süss, sur und ruch[3]: so frisst er si all uff und vermeint sich nit me darab zů jagen lan etc.

b) Zuinglius ad Franciscum Kolbium.

Gratia et benedictio a deo, nostro domino.

Francisce carissime! pedetentim ingredere negotium, et obiice primum urso unum modo acidum malum inter aliquot dulcia, deinde duo, porro tria; quumque vorare coeperit, obiice plus et plus malorum, acida, dulcia; tandem saccum prorsus effundens, mitia, dura, dulcia, acida, cruda. Sic omnia devorabit, obstinatus non committere, ut abigatur et prohibeatur.

Turici, die Lunae ante Georgium. 1525.

Vester servus in Christo Huldrichus Zuingli.

Betreffs der Überlieferung des Briefes s. Anm. 1.

---

[1]) *Dieser Brief Zwinglis an Franz Kolb findet sich zuerst in der oben unter a) abgedruckten Fassung in der Chronik des Johann Salat zum Jahre 1525 unter der Rubrik: „Wie Zwingli um sich warb, und was er Frantz Kolben predicanten zuo Bern schrieb" (Archiv für die schweizerische Reformationsgeschichte Bd. I (1868), S. 114). Er wurde in dieser Form aufgenommen (abgesehen von kleinen sprachlichen Änderungen) in die kompilatorische Chronik des Wilhelm Reding von Biberegg, Konventuals zu Wettingen seit 1661 (er starb 1701; Manuskript in der Kantonsbibliothek Aarau). Dann wurde der Brief in die konfessionellen Streitigkeiten um das Zwingli-Jubiläum 1819 hineingezogen. Eine katholische Schrift: „Züge aus der Reformations-Geschichte der Schweiz. Bey Gelegenheit der dritten Säkular-Feyer der Reformirten*

zur Beherzigung vorgelegt" (Münster und Paderborn 1819) brachte auf S. 38 den Brief als „Beweis von Zwinglis unevangelischer Politik". Der Text weicht hier von der Salatschen Fassung ab, insofern an die Spitze gestellt sind die Worte: „Heil und Segen von Gott unserm Herrn!", im Texte einige Glättungen sich finden, und am Schluß das Datum: „Geben Zürich Montag vor (nach) Georgii 1527 Uer [!] Diener in Christo Huldrich Zwingli". Als Fundort war angegeben: Tschudi Msc. Tom. 5, und zur Erläuterung gesagt: „Dieser Brief wurde aufgefangen, und jedem Gesandten der siebenörtischen Tagsatzung in Luzern eine Copie davon zugestellt". In seiner Gegenschrift gegen das katholische Opus, die er 1820 in Leipzig-Zürich herausgab unter dem Titel: „Vertheidigung der Reformationsfeyer und der Schweizerischen Reformationsgeschichte", brachte J. M. Schuler S. 73 den Text aufs neue (ohne Datum und Eingangsgruß, im übrigen nach der katholischen Gegenschrift), hielt an dem Datum „um Georgii 1527" fest, wollte die Echtheit des Briefes „nicht ausmachen" und suchte Zwingli zu verteidigen. 1828 in seinem Buche „Bertold Haller oder die Reformation von Bern" unterzog im „Nachwort" Melchior Kirchhofer den Brief der ersten wissenschaftlichen Kritik. Er gab den Text (übereinstimmend mit der katholischen Schrift), setzte aber als Datum: Montag vor Georgi 1525, mit der Begründung, daß bei Tschudi und Salat der Brief unter der Jahrzahl 1525 stehe. 1527 sei eine Änderung, vorgenommen, um die Echtheit des Briefes zu retten, denn 1527 sei Kolb wieder in Bern gewesen, 1525 aber Prediger in Wertheim. Auf Grund dieses chronologischen Widersinns lehnte Kirchhofer die Echtheit ab. Er betonte ferner die Verschiedenheit der Datierung und der Angaben über die Veranlassung des Briefes. „Tschudi läßt die Klage über diesen Brief auf dem Tage in Baden, Montag nach Georgi vortragen, Salat auf Iudica, ein Dritter — das ist der Verfasser der katholischen Schrift, s. o. — will das Datum des Briefes auf Montag nach Georgi verändern. Ebenso abweichend ist die Erzählung, wie man zu diesem Brief gekommen sei. Es heißt (folgt die Angabe aus der katholischen Schrift, s. o.) . . . hier ist also wieder eine neue Variante gegen die Zeugnisse von Tschudi und Salat (folgt das Zitat aus Salats Chronik über die Veranlassung des Briefes)." Endlich machte Kirchhofer noch für die Unechtheit geltend, daß Zwingli an seine gelehrten Freunde „nicht deutsch, sondern lateinisch schrieb, nicht als Diener, sondern als Bruder; und sein gewöhnlicher Gruß war: gratiam et pacem a domino". — Diese Kritik Kirchhofers ist maßgebend geblieben; Schuler und Schultheß (opera Zwinglii VII 387 f.) gaben die Kirchhoferschen Argumente wieder, ebenso L. Eissenlöffel in seiner Dissertation über Franz Kolb (1873, S. 84 f.); nur daß Schuler und Schultheß zur Entstehung des Briefes auf den Brief Zwinglis vom 29. Dezember 1521 (Bd. VII, Nr. 194) hinwiesen, und Eissenlöffel feststellte, daß Kolb 1525 in Nürnberg, und nicht in Wertheim war. — Die Schwierigkeit einer Prüfung liegt darin, daß eine Wiederauffindung des in der genannten Literatur als „Tschudi", „Tschudii collectanea" ohne Angabe des Ortes zitierten Manuskriptes bisher nicht gelungen ist. Eigene Nachforschungen und Anfragen im Staatsarchiv und in der Stadtbibliothek Zürich, den Kantonsbibliotheken zu Aarau und Glarus, der Klosterbibliothek Engelberg waren vergeblich. Es wurde nur festgestellt, daß 1882 bei einer Revision des Staatsarchivs Zürich neun Bände Tschudiana, umfassend die Jahre 1472–1675, fehlten und seitdem nicht mehr zum Vorschein kamen; möglicherweise enthielten sie den Brief. So können wir vorläufig nur folgendes feststellen: 1. Die älteste Fassung des Briefes ist deutsch und ohne Datum. Die Datierung kommt auf Rechnung der Chronisten. Tschudi und Salat datieren auf 1525, Salat gibt einen näheren Termin nicht an (gegen Kirchhofers „auf Iudica"), sagt nur „um dis zitt", Tschudi hingegen läßt den Brief auf der Tagsatzung zu Baden, die (vgl. Eidg. Abschiede IV 1 a, S. 624 ff.) „Montag nach Georgi" begann,

vortragen, hat aber offenbar (vgl. Kirchhofer) ein Datum unter dem Briefe selbst noch nicht geboten. Das hat erst die katholische Schrift, die Tschudi hier eigenmächtig geändert hat, ihre ganze Eigenmächtigkeit aber selbst verrät durch die Worte: „vor (nach) Georgii 1527". „Vor (nach)" datiert niemand, und 1527 ist, wie Kirchhofer richtig gesehen hat, eine Fälschung. Auch der Eingangsgruß scheint von der katholischen Schrift hinzugefügt zu sein. Tschudis Ansetzung des Vortrags auf der Tagsatzung zu Baden ist aber nicht minder eigenmächtig, er hat seine Quelle Salat ausgedeutet. Unmittelbar nämlich nach Anführung des Briefes schreibt Salat (a. a. O.): „Um Jeory wurdent aber die botten der orten zuo Baden versamlet", folglich, schließt Tschudi, hat man dort den Zwingli-Brief vorgebracht! — Die lateinische Fassung des Briefes (b) begegnet zuerst bei Schuler und Schultheß und geht offenbar auf diese zurück. 2. Die Datierung auf 1525 ist unmöglich aus dem von Kirchhofer (vgl. Eissenlöffels Korrektur) gebrachten Grunde, die sichere Festlegung auf 1527 unerlaubt. 3. Denkbar wäre, daß die ursprüngliche Vorlage Salats ein kurzes Billet Zwinglis war, ohne nähere Angaben, und daß Salat es irrtümlich zu 1525 einreihte. Es könnte dann der Brief frühestens in das Jahr 1527 fallen. Waren damals und in den folgenden Jahren auch die Beziehungen zwischen Zürich und Bern gute, so ist doch ein derartiges Billet, aus einer akuten Stimmung entstanden, immerhin denkbar und möglich. Es wäre dann also der Brief echt. Stilistisch ist bei fortfallendem Einleitungsgruß nichts dagegen zu erinnern. 4. Ebensogut möglich aber ist eine Fälschung, die, wie Schuler und Schultheß vermuten, an Zwinglis Brief vom 29. Dezember 1521 anknüpfte, obwohl die Parallelen nicht allzu stark sind. Schwierigkeit macht jedoch auch hier die Datierung. Angenommen, die Fälschung falle in das Jahr 1525, so versteht man nicht, wie ein Fälscher einen Brief Zwinglis an Franz Kolb nach Bern gerichtet sein lassen konnte, der damals überhaupt nicht in Bern weilte?! Das mußte doch sofort als Fälschung sich herausstellen! Kolb stand zwar 1525/26 mit Zwingli in Korrespondenz, aber von Nürnberg aus, der Brief aber setzt Kolb in Bern voraus und soll Zwingli und Kolb bei den Bernern diskreditieren. Der Brief wäre dann frühestens anzusetzen auf Mitte bis Ende 1526, d. h. auf die Zeit, da Kolb an die Heimkehr nach Bern dachte (Eissenlöffel S. 54 ff.). Er wäre also von Salat falsch eingereiht worden. Salat schreibt tatsächlich: „Dann er Zwingli eben um dis zitt ouch sin kundschaft gmacht hatt zuo Franz Kolben", versetzt ihn nur schon nach Bern. Oder sollte etwa Salat ihn erfunden haben? Unmöglich wäre das nicht, wenn auch die nähere Schilderung der Umstände, unter denen der Brief auftaucht, nicht gerade dafür spricht. Es bleibt daher einstweilen bei einem non liquet.

[2]) nur — [5]) rauh.

368.

Christoph Schappeler[1] *an Zwingli.*

Memmingen, 2. Mai 1525.

In Christo pacem et salutem.

Binas ad te, fratrem meum candidissimum, superioribus diebus tradidi literulas[2], quibus, ut potui, tuis in me effusis munusculis pergratum pro tua munificentia ostendi me; sed et fraternam piamque abs te illic de quorundam capitum iamiam passim emergentium implicitis nodulis petieram resolutionem, utpote eucha*ristiae* virtute atque rei continentia, quo non nihil inter te Lutherumque discriminis adparet multis, de baptismi usu, quo similiter per diametrum a tua adsertione d*omino* Baltasar[3] aperte distat; denuo lapidem de imaginum statuarumque demolitione diversum abs te atque Carolostadio agitari plu-

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 124. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 392 f.

[1]) *Christoph Schappeler (Sertorius) von St. Gallen, geboren 1472, lateinischer Schulmeister 1503, wurde später Prädikant zu Memmingen, von wo der Brief datiert ist. Er trachtete wieder nach der Schweiz zu kommen und bewarb sich 1522/23 um die erledigte Leutpriesterei Winterthur (vgl. Nr. 255, Anm. 3), mit Empfehlungen Vadians und des Rats von St. Gallen, doch ohne Erfolg. Vadian nennt ihn fromm, ehrbar, günstig und bescheiden, der Kunst halb eines sondern, hohen und gründlichen Verstands, auch eines hellen, verständlichen Gesprächs und gnadenreichen Unterweisens; der Rat sagt, man kenne ihn als sonderlich gelehrt, geistlichen, chrlichen und guten Wesens von Jugend auf; er würde lieber wieder in der Eidgenossenschaft wirken. Im Oktober 1523 ist „Dr. Stoffel Schappeler von St. Gallen" einer der drei Präsidenten der zweiten Zürcher Disputation (gewöhnlich wird er Lizentiat der h. Schrift genannt). Auf dieser Reise, wie anzunehmen ist, predigte er in St. Gallen gegen den äbtischen Prediger Wendelin Oswald. Der Bauernkrieg von 1525 vertrieb ihn aus Memmingen. Man hat Schappeler lange in Verdacht gehabt, er habe die zwölf Artikel der Bauern verfaßt, mit Unrecht (vgl. Egli, Analecta ref. 1, 130 und Egli, Komment z. Sabbata*[2] *S. 563). Seit 1527, und nach längerem Unterbruch wieder von 1534 bis zu seinem Tod am 25. August 1551 wirkte er zu St. Gallen in verschiedenen Stellungen. Vgl. Sabbata*[2] *S. 553 (wo auch die Belege).* — [2]) *Die beiden Schreiben Schappelers sind verloren.* — [3]) *sc. Hubmaier.*

rimi suspicantur. Verum inimicis adeoque variis negotiorum te agitatum procellis neutiquam dubitarim; unde non est, ut tibi, clarissimo viro, uspiam succenseam, immo potius, quod tuarum me lucubrationum participem reddidisti, mi Huldrice, „Commentarium de vera falsaque religione“[4] transmittens, laudem deo, tibi confratri unice gratiam habeo amplissimam. Et multis tecum ut hoc agam, immo obtundam virum alioquin in rebus Christianis occupatissimum, non est scribendi locus aut tempus. Adeo et nos, quantumvis parvuli, creberrimis obruimur periculis; euangelii doctrinam, crucis verbum *[1. Cor. 1. 18]*, nedum ministri a deo legati, sed et plebs infima hominis viam sulcantes extremis viribus at sinistris, simul iniquis armis iamiam in unum, quo nescio spiritu, coeuntes fovere, tueri atque manutenere passim satagunt. Audientes enim atque scientes, immo et in ceteris sentientes seipsos, proavos, denique posteros gentili ritu ac iudaica hypocrisi prȩter modum in dispendium et animae et rȩrum omnium delusos, extenuatos, onere ac iugo iniquo oppressos et quasi in ventum misere datos, animo in ea servitute vivere omnino nolunt, onera Christiano indigna ferre renuunt, servire diis, ut est in proverbio[5], alienis respuunt, voce una omnes clamant, reclamant, sua potius quȩrentes. Et ut est hominum genus, eciam pravum atque iniquum, deo oportebat magis quam homini obedire *[Act. 5. 29]*, magistratibus item reclamantibus et prȩpositis sanctissimo scilicet prȩcellentissimis, atque ipsorum ducibus, hominibus scilicet Christum eiusque euangelium et manibus et pedibus impugnantibus, eciam in omnibus obtemperare debere. Iam tandem in ancipiti re pendente nec euangelium, nec pietatem, nec ȩquitatem denique ullam prȩ se ferunt, sed feroci animo armis alterutrum in sese digladiantur sanguinolentis. Hinc castra, monasteria, domosque exteras metentes atque spoliantes bona quȩque diripiunt, illinc pagos, villas ac viculos incendio perimunt, scilicet iustitiȩ prȩtextu vindicantes sese absque ȟabenȩ ullo moderamine atque mansuetudinis spiritu. Porro apud nos, nedum furor iste, hȩc mala: Sevit pari dente Bavarorum dux impatiens, tumultuatur Palatini populus, inquietatur plebs Wirttenbergȩ misella. Denique, ut rumor est, tota Franconia commota quȩque apud se loca devastat, immo, quod pessimum, civitatum dissentiones ac dissidia intestina exuscitantur, his huc illucque aliis indiscriminatim prorumpentibus. Breviter, commixta confusaque sunt omnia[6]. Hinc timor, dolor, mȩror et tremor, angustia ac tota tribu-

---

[4]) *Abgedruckt Bd. III, Nr. 50.* — [5]) *Vgl. z. B. Deuteron. 28. 64, Jerem. 5. 19, 16. 13, 1. Sam. 26. 19, 1. Reg. 9. 6, ohne daß eine bestimmte Stelle von Schappeler gemeint ist.* — [6]) *Zu diesem Stimmungsbild aus dem Bauernkrieg kann die Schilderung Keßlers in der Sabbata² S. 170ff. beigezogen werden.*

[1]) *Konrad Müdbein, von Uster im Kanton Zürich, findet sich am 9. November 1509 immatrikuliert zu Freiburg im Breisgau als Dominus Conradus Müdbein de Uster, clericus dioc. Constantiensis. Er wurde Pfarrer in Wädenswil am Zürichsee. An den Synoden im Herbst 1530 und Frühling 1531 ist er abwesend (das erstemal sich entschuldigend durch einen langen Brief, Zürich, Staatsarchiv: E. II. 337 p. 94); es wird an ihm ausgesetzt, er erwähne in der Predigt zu viel der Messe, als ob er noch etwas auf sie halte, und habe eine Konkubine bei sich. Er will wegen der Ehe nichts zusagen und denkt an den Wegzug von der Pfarrei. Noch am 31. August 1531 schreibt Zürich an den Schaffner des dortigen Johanniterhauses wegen „M. Konrad Müedbein", u. a. er habe gegen den Proviantabschlag an die V Orte gepredigt und zeige noch immer Vorliebe für die Messe. Egli, Aktens. Nr. 1714 (S. 730), Nr. 1757 (S. 751). Strickler 3, Nr. 1250. —* [2]) *Mathias Bodmer wird 1528 als täuferisch gesinnter Kaplan aus Egg im Kanton Zürich erwähnt; 1530 ist er Pfarrer zu Bünzen im Aargau, bestreitet täuferische Neigungen zu hegen und wird in die Zürcher Synode aufgenommen; 1533 Pfarrer zu Bülach im Kanton Zürich, an beiden Synoden übel zensuriert. Egli, Aktens. Nr. 1391 (S. 610), 1714 (S. 731), 1941 (S. 854), 1988 (S. 878). —* [3]) *am Zürichsee.*

atque proficuam, hominum quoque saluti salubrem ac utilem. Quare supplici precatu te oro, si decenter fieri possit, eum in hunc locum promoveas. Ipse enim primum divinis, hinc tuis atque meis se offert iussibus obtemperandum, de quo minime diffido, quin id efficiat, quod divino cultui atque hominum integritati conducat. Quam ob rem illum, sumopere [!] oro, promovendum accipias, quod itidem meis viribus in tue benignitatis clemenciam accuratissime recompensare curabo.

Vale ex Wedischwil profesto Bartholomei apostoli[4].

Conradus Můppein, obsequiosissimus tuus.

Ad praestantissimum virum Huldericum Zwinglium, prae cunctis mihi semper colendum.

---

[4]) *Schuler und Schultheß sagen, an dem genannten Tage des Jahrers 1525 sei just Dietrich Wanner als Pfarrer von Horgen gewählt worden. Sie stellen deshalb den Brief, der keine Jahrzahl hat, zum Jahr 1525 und betrachten ihn als verspätete Fürschrift. Möglich; bei Strickler, Geschichte von Horgen, ist nichts zu finden.*

379.

Franz Kolb[1] *an Zwingli.*

(Wertheim), 7. September 1525.

Gratiam et pacem a domino. Amen.

In primis te, mi frater, cupio valere in Christo ac patris sapientia et verbo. Credo alias dudum acceperis patrie nostre miserias ac horridas clades, quibus sanguissugi antichristi seviunt in miserum agricolarum[2] vulgus. Prolixa narracione egeret. Penitet me reminisci miserie, incertus sancto meo officio. Velim optimus deus faxit, etatem meam tandem in patria consumem. Sunt plurimi sparsim fratres verbi precones decollati, nihil vel verbo vel iure convicti, nihil auditi. Estimo diem vicino iudicii instare extremum. Super hec omnia mihi gravissimum fuerit, quod super hac materia de sacramento eucharistie tam stolide, tam pueriliter, tam insipide tractant doctissimi

4 sanguissugi] sanuissugi.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 130. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 403 f.

---

[1]) *Franz Kolb (c. 1465/1535), von Intzlingen bei Lörrach, wurde 1491 in Basel immatrikuliert und ebenda 1497 Magister und Lehrer an der Martinsschule. Im Jahr 1502 tritt er in ein schwäbisches Karthäuserkloster ein; 1504 ist er Kantor und Prädikant zu Freiburg i. Ü., 1507 Feldprediger schweizerischer Söldner bei Kaiser Maximilian in Italien und seither heftiger Gegner des Reislaufens, 1509 in Bern Kustos und Prediger am Münster, nach 1512 Karthäuser in Nürnberg, wo er einer der frühesten Förderer des Evangeliums und deshalb vertrieben wird, dann Prediger in Wertheim bis 1525 (vgl. seinen Brief an Luther vom 27. August 1524; Enders 4, 378). Hier wegen Zwinglischer Richtung unmöglich geworden, wandte er sich wieder nach Nürnberg, wo er in den Verdacht der Sektiererei kam, und schließlich nach Bern, wo er als Hallers Helfer von April bezw. August 1527 bis zum Tode (10. Nov. 1535) wirkte. Er erwarb sich viel Verdienst um die Disputation und Reformation Berns. Biographie von Eißenlöffel, dazu Blösch in P. R. E.*[3] *X (1901), S. 641.* — [2]) *Über den Bauernkrieg in Franken s. die Berichte bei Cochlaeus; letzterem folgt Keßler, Sabbata*[2]*, S. 185 ff.*

nostri Wittenbergenses, praecipui quoque omni elegantia prediti concionatores Nûrenbergenses, quos credo videris in suis, quae ad senatum scripsere, consultis[3]. Succinctum super hac materia hic mitto cum praesentibus Pomeranum Wittenbergensem episcopum[4] (si prius non videris), virum, quem alias legi in multis spiritu domini actum, att [!] hic omnino eo vacuum. Dominus deus sit nobis propicius. Ego firmiter credo, ut secundum illud 1. Cor. 1. *[1. Cor. 1. 27]* electurus sit deus stultos aliquos ac infirmos, qui hic diffiniant [!], ut confundat doctos Wittenbergenses et elegantes Nûrenbergenses. Te ergo adhortatum volo in Christo, ut cum timore domini sine conviciis, quo succinctius potueris, occurras eis. Ego dei dono certus sum, apud memetipsum conclusi, hac panis ac communione calicis non nisi dominice passionis memoriam fieri. Annotassem mea (mea oppinione [!]) argumenta fortissima contra Pomeranum, sed fido et te doctura sit unctio sancta, ut non nihil sui errorum non [!] arguas. Domine deus meus, da ruat hoc unum omnium antichristorum errorum fulcimentum! Reliquum, a Cristoffero [!] scriptis pecii ex Francfordia[5] scire gesta, statum ac condictionem euangelii ac fratrum omnium. Utinam degere possem vobiscum[6].

Bene vale, deum time et viriliter ages in finem usque. Gratias ago super libellis, quos mihi propinasti in proximo emporio. Retri-

7 f. *vor* electurus *gestrichen* deus in — 8 *vor* qui *gestrichen* ut confundat Wittenber — 11 *vor* occurras *gestrichen* succur — 12 *vor* apud *gestrichen* ad — 15 non nihil] non *übergeschrieben.*

[3]) *Das Gutachten der Nürnberger Theologen Osiander, Venatorius und Schleupner an den Rat wurde am 23. Dezember 1524 eingereicht; es ist wesentlich von Osiander verfaßt. Näheres darüber bei K. Schornbaum: Die Stellung des Markgrafen Kasimir von Brandenburg zur reformatorischen Bewegung in den Jahren 1524—27 (1900), S. 60. H. von Schubert: Bekenntnisbildung und Religionspolitik (1910), S. 69. W. Möller: A. Osiander (1870), S. 24 ff. Zweifellos bezieht sich auf dieses Gutachten auch Michael Hummelberg (an Beatus Rhenanus, 2. November 1525, Horawitz-Hartfelder: Briefwechsel des Beatus Rhenanus S. 341): Quam eleganter (diese elegantia der Nürnberger hebt ja auch F. Kolb heraus), quam erudite de hac caussa* εὐχαριστίας *quidam scripserint, scio; sed quam simpliciter et vere, ipsi viderint.* — [4]) *Auf Ansuchen des Breslauer Predigers Johannes Heß gab etwa im August 1525 Johannes Bugenhagen (Pomeranus) eine in Luthers Sinn gehaltene Erklärung der Abendmahlsworte in der Schrift: „Ein Sendbrieff wider den newen yrthumb bey dem Sacrament des leybs vnd bluts vnsers Herren Jesu Cristi"; Weller Nr. 3347. Die Schrift ist Heß zugeschrieben. Zwingli antwortete darauf im Oktober.* — [5]) *Christoph Froschauer, der Buchdrucker in Zürich, pflegte jährlich zweimal die Frankfurter Messe zu befahren; er hielt dort eine Filiale seines Geschäfts; vgl. Zwingliana 1, 230.* — [6]) *Der Wunsch ging 1527 in Erfüllung; s. Anm. 1. Kolb hatte schon im Mai 1524 in Zürich Gastpredigten gehalten und war von Zwingli warm an Bucer empfohlen worden; s. Nr. 339, Anm. 6.*

buet tibi dominus tempore opportuno. Leonem[7] cum uxore ac fratribus domus eius et tuam praecipue coniugem saluta nomine meo und den Ennderli[8], der ie gon Nürenberg wandlet. Filium suum, den gürtler, hospitatum habui die ac nocte paucis antehac diebus, qui secessit Coloniam et in Broband[9]. Mich kond nütt gnůg verwundren, das er noch mitt zweien gsellen hatten [!] die frigheit, das si mitt gewerter[10] hand durch das land hin weg zugen. Alias nemo audet armatus ingredi. O mi frater, quam miseri homines isti!

Iterum vale.

Raptim festinanter in Vigilia Nativitatis Marie, anno 1525.

Frater Franciscus Kolb.

Ůldalrico Zwinglio, ecclesiasti Duricensi, Elphetiorum praecipuo, suo in Christo patrono tum pio cum docto repraesententur.

13 patrono] *pa Ergänzung, da die Buchstaben durch Faltung des Briefes mit dem Siegel absprangen.*

---

[7]) *sc. Iudae. Seine Gattin war Katharina Gmünder, ehemals Begine in der Nähe von Einsiedeln; s. Bernhard Wyß S. 26, Anm. 5. Dazu unten Nr. 442.* — [8]) *Schon zweimal zum Jahr 1525 wurde in Briefen eines Mannes namens „Enderlin" gedacht (Nr. 363, Anm. 3 und Nr. 372, Anm. 6), der Zwingli nahe gestanden haben muß. Möglich, daß er Andreas Kramer hieß, der im Grebel-Prozeß aussagt, er sei ein guter Freund Konrad Grebels gewesen, bis die Wiedertäuferei sie geschieden habe (Egli, Aktens. Nr. 1050, S. 493); denn im gleichen Prozeß bezeugt Myconius (S. 494 f.), er sei zu der Zeit, als der Kronburg (Hartmut von Kronberg, s. Nr. 252, Anm. 6) in Zürich war (Ende August 1523), in „Enderlis" Haus mit Konrad Grebel in Gesellschaft gewesen. Der Name Kramer würde dann auf einen Verwandten von Zwinglis Frau weisen (vgl. Nr. 382, Anm. 1).* — [9]) *Brabant* — [10]) *bewaffneter.*

380.

Wilhelm Farel[1] *an Zwingli.*

Straßburg, 12. September 1525.

Gratia et pax a deo, patre nostro.

Si unquam sese obtulit lętitiae et gaudii ratio propter persecutiones, eiectiones et ficta in pios mendacia ob Christum *[Matth. 5. 11]*, nunc quam maxime. Nam quid, quęso, intentatum relinquunt impii? Scire velim vel unam rimulam superesse, qua pios aggredi possint, quam non sint perscrutati. Verum si deus pro nobis, quis contra nos *[Röm. 8. 31]*? Gratulor tibi hanc tuę fidei probationem et perseverantem in te Christum, per quem stas, immo ęternum perdures, gratiam agnoscens, quanta in te sit, ac tuas vires Christo et divinę gratię, quod suum est, tribuas tuisque viribus, quod oportet, ut sit deus deus et homo homo. Ea sunt tempora, ut ab amicis sit quam maxime timendum. Per inimicos pius nunquam deiicietur (quicquid sęvi moliuntur

9 *vor* Christo *gestrichen* et.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 134. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 404 f. Herminjard 1, 380 ff.

---

[1]) *Guillaume Farel (1489/1565), der Reformator der wälschen Schweiz, aus dem Dorfe Des Farels bei Gap im Dauphiné, kam von einem Evangelisationsversuch in der Guyenne wohl im Dezember 1523 nach Basel, von wo er Zwingli in Zürich besuchte. Nach einigen Monaten mußte er, vielleicht auf Betreiben des Erasmus, weichen; er hielt sich unter anderem in Montbéliard und Straßburg auf. Ende 1526 bestellten ihn die Berner als Prediger für ihre französisch sprechende Herrschaft Aigle an der unteren Rhone. Nachdem er anfangs 1528 an der Berner Disputation teilgenommen, wurde sein Auftrag auf andere mit Bern verwandte Gebiete erweitert. Seither verkündete er das Evangelium mit Erfolg in allen Hauptorten der wälschen Schweiz, zunächst in Neuenburg und im Waadtland, später in Genf, auch in Metz, zuletzt wieder im Neuenburgischen. Vgl. die Biographien von Kirchhofer, Schmidt u. a., dazu auch R. E.*[3] *5 (1898), S. 762/67, und die Briefe mit Kommentar bei Herminjard.*

hostes, nobis in bonum cedit), nec contumeliis superbit nec intenta sibi morte se fidit. Suspirare ad patrem docent persecutores, unde mira dei et bonitas et clementia in filios agnoscitur, qui, cum preciosum illum gestent thesaurum in vasis fictilibus *[2. Cor. 4. 7]*, pressuris adiguntur, ne temere perdant; quas qui fugiunt nolentes Christi crucem ferre, quid malum cęcitatis et impietatis non incurrerunt? Videmus, quam foede non pauci a Christo ad Antichristum defecerunt, dum ventri magis et quieti student quam glorię dei *[Röm. 16. 18]*. Prius horrenda ob oculos erant, quę et nunc sunt, divinę ultionis irę exempla, de quibus an resipiscentię aliqua sit spes, nescio; videmus, quid sit veritatem dissimulare, deo et hominibus una inservire velle, in quot protrudat foedissimos lapsus; quid denique non suscipiat defen*den*dum, quam difficile errorem aut fateatur aut agnoscat nominis parandi amor aut retinendę autoritatis studium. Sunt, quos nemo non putasset ipsissimum spiritum, qui tamen toti in carnem abierunt, secum non paucos pertrahentes in perniciem; qui utinam a se abducissent [!] populum in verbum dei!; non tam multos perire videremus. Quod cum te non fugiat, fratres admone non eferri [!], sed cum timore verbum ministrare reputareque apud se, quid aliis obtigerit, ut omni cura videant, ne cadant *[1. Cor. 10. 12]*; quod non dubito te et facere et facturum sic, quod nihil hominibus tribuatur quantumcunque piis et doctis, sed soli deo omnia. Vides enim, quantum obsit pietati humanę ex*i*stimatio larvę, quam difficile plurimi per hanc ab errore avocari possint. Contigit eo die (nec multum puto horam diversam, nox enim erat), quo tibi amici bona intentarunt, et Vedasto brachium spiculo, quod allabardam vocant, transfodi[2]. Hunc, quem pietas et animi mititas alieque Christianę dotes commendant, optarim in Novoburgo[3] concionatorem, si fieri posset, aut alias puerorum moderatorem agere.

4 vasis] *ursprüglich* vasibus — 11 quot] *ursprünglich* quod — 24 *vor* possint *gestrichen* non — 26 *vor* transfodi *gestrichen* uta [?].

---

[2]) *Diese Sache ist nicht weiter bekannt. Wegen des Tumultes vor Zwinglis Haus am 28. August spät vgl. Nr. 386, Anm. 12.* — [3]) *Hauptort der gleichnamigen, seit 1512 von den Schweizern besetzten Grafschaft.* — [4]) *Als eidgenössischen Landvogt in Neuenburg von Juni 1524 bis Mai 1525 verzeichnen die Eidg. Abschiede IV 1a, S. 1542 den Bernhard Schießer von Glarus. Er nahm übrigens, wenigstens seit 1528, eine vermittelnde, ja mehr konservative Haltung in der religiösen Frage ein; vgl. Valentin Tschudi S. 45, 72, 89, und Vadian, deutsche historische Schriften 3, 315, wo er kurzweg „ein hälschlifer" von Glarus genannt wird. Erwähnt wird er wieder unten im Brief vom 31. März 1526 (Nr. 462, Anm. 4).* — [5]) *Vgl. Nr. 346, Anm. 1. Erasmus meldet dessen Tod schon in einem Briefe vom 25. August 1525, und in einem vom 16. Juni 1526 sagt er: Periit Papilio non sine gravi suspicione veneni; Herminjard 1, S. 374, 437.*

In qua re spero te nonnihil posse, cum prefectum[4] dicant pium esse. Adnitere queso pro viribus, ut hac via misere Gallie aliquid suboriatur lucis! Non est, quod dubites de viro; nam nihil in eo desideres, quod ad id muneris faciat, quantum hec ferunt tempora. Si certior fieri vis, nemo hic episcoporum est, qui illi pium non ferat testimonium. Audisti, ni fallor, de immaturo Papilionis[5] transitu, super quo gestiunt impii. Christo sit gratiarum actio, qui sue pietatis nos intueatur oculis. Tyrannidem non parvam apud Gallos suspicor, quod fratres magis sunt muti quam pisces. Commendatum habebis, et tecum Myconius, Petrum, Bleti nepotem[6], quem gaudeo apud Coeporinum[7] agere. Faxit deus, ut dignum preceptore tali prestet discipulum! Gratia dei tecum.

Salutem dicito Myconio, Leoni[8] et Gaspari[9]. Salutant te Capito, hospes noster, et Bucerus ac Vedastus, hospes etiam Capitonis. Cum Francisco[10] non per omnia convenit. Penitentia forte meliores faciet, quos preclara sui opinatio reddidit insolentiores.

Vale.

Argentine 12. Septembris 1525.

Tuus in Christo totus Guilielmus Farellus.

*V*igilantissimo verbi *d*ei ministro Huldrico Zynglio, episcopo Tigurino. — Tiguri.

20 *V*igilantissimo . . . *d*ei] *V und d Ergänzung, da die Buchstaben durch Faltung des Briefes mit dem Siegel absprangen.*

---

[6]) *Über Antoine Du Blet s. Nr. 346, Anm. 2. Der in Zürich untergebrachte Neffe desselben (nicht Farels, wie in Egli, Analecta 2, 153 irrig steht) ist nicht weiter bekannt (Pierre Verrier?, vgl. Herminjard 1, 382, Anm. 8). Myconius wurde schon von Papilio Nr. 346, Anm. 15 erwähnt und stand mehrfach mit den evangelischen Franzosen, die sich in Zürich eingefunden, im Briefwechsel (Herminjard 1, Nr. 141, 143, 176).* — [7]) *Ceporin war seit Juni 1525 als Leser des Hebräischen und Griechischen an der neu organisierten Stiftsschule in Zürich angestellt; s. Egli, Analecta 1, 153. Schon Ende des Jahres starb er.* — [8]) *sc. Iudae.* — [9]) *sc. Megandro. Über ihn, den Prediger am Spital in Zürich, s. zum Brief vom 30. Mai 1529.* — [10]) *sc. Lamberto. Vgl. Bucers Bemerkung an Zwingli vom 29. Januar 1526 (Nr. 446, Anm. 2).*

381.

Zwingli an (Johannes Oecolampad).

Zürich, 13. September 1525.

Gratia et pax a domino.

Non habemus apud nos librum tuum de eucharistia[1] neque eum, quem Erasmus recens ędidit, cuius et argumentum et titulum ignoramus[2]. Iste vehentibus bibliopolis nimirum ex nundinis Franckfordensibus tandem ad nos repet, ille autem tuus velim ocius ad nos transvolet. Cętera non est scribendi ocium. Liberat nos ubique dominus a malo usque in diem, quem ipse prędixit.

Vale et constans esto contra deos istos: carnem, sanguinem, panem, vinum[3].

Ex Tiguro 13. Septembris M.D.XXV.

4 f. Franckfordensibus] si *übergeschrieben* — 5 tandem *am Rande nachgetragen.*

Straßburg, Thomasarchiv: Epistolae IX, p. 291. Halbes Blatt, mit Verschickungsschnitten. Unterschrift und Adresse fehlen. Auf dem Briefe von C. Huberts Hand die Notiz: Hulderychi Zwinglii manus. — *Vgl. Erichson, in der Theologischen Zeitschrift aus der Schweiz 1886, S. 112.*

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 405 (mit der mutmaßlichen Adresse: Bucer oder Capito).

---

[1]) *Als Adressaten vermutete Simmler einen der Straßburger Reformatoren, Bucer oder Capito, wohl weil der Brief in Straßburg liegt. Aber von den beiden hat im Jahr 1525 keiner über das Abendmahl geschrieben, wie das Zwingli vom Adressaten voraussetzt, und an Bucers Schriftchen „De Caena Dominica" gegen Murner vom Jahr 1524 (vgl. Baum, Capito und Butzer S. 263 ff., 590) ist hier kaum mehr zu denken. Vielmehr dürfte sich Zwingli an Oecolampad gewandt haben, der damals die Schrift: „De genuina verborum Domini „Hoc est corpus meum" iuxta vetustissimos autores explicatione liber" aus der Presse erwartete. Diese Schrift, ihm selbst noch nicht zugegangen, verspricht Oecolampad am 16. September demnächst in einigen Exemplaren an Zwingli zu senden, wobei er im Eingang des Schreibens (Nr. 384, Anm. 1) sichtlich auf einen geäußerten Wunsch seines Freundes, also eben auf das vorliegende Briefchen, Bezug nimmt und ebenfalls die Bezeichnung „Libellus de eucharistia" gebraucht. Oecolampads Schrift wurde wahrscheinlich in Straßburg gedruckt (Herzog, Oecolampad 1, 322); damit mag es zusammenhängen, daß das Zwinglische Briefchen dorthin gekommen ist.* — [2]) *Erasmus gab um diese Zeit zwei Schriften heraus, die Oecolampad im nächsten Brief an Zwingli nennt (Nr. 384, Anm. 5 und 6).* — [3]) *Anspielung auf die Abendmahlshändel.*

382.

Huldreich Kramer[1] *an Zwingli.*

Rüti, 13. September 1525.

S. D. P.

Lieber brüder Huldrich.

Alls ich ietz in kurtz vergangnen tagen zů Zürich bin gesin unnd üch etwas gebracht De anno Iubileo[2], ist min früntlich pitt an üch, so es üch nüt ze überlegen[3] were, semlichs lassen ze trucken; wan es mir hefftig von doctor Jacob Ziegler[4] in entpfelchnus ist geben; wan ich darnach witer můste mit ij tractätlinen hanndlen, dormit es zů Rom ouch

7 *vor* tractätlinen *gestrichen* d.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Aus einem Bande, S. 227. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 406 (nur lateinische Übersetzung; der deutsche Wortlaut fehlt).

---

[1]) *Huldreich Kramer, wohl der 1517 von Zwingli an Vadian in Wien warm empfohlene „Huldericus Institor, Kramer" (s. Nr. 23, Anm. 7, vgl. Nr. 27, Anm. 12). Er war der Sohn begüterter Eltern (vgl. Andreas Kramer von Zürich, Nr. 379, Anm. 8 und Nr. 363, Anm. 3) und wurde Mönch im Prämonstratenser-Kloster Rüti im Kanton Zürich. Durch die Heirat seiner Base Anna Reinhart mit Zwingli wurde er 1524 ein Verwandter des Reformators, dessen Gesinnung er nach diesem Briefe völlig teilt. Wahrscheinlich ist er identisch mit Ulrich Kramer, der 1528 an der Berner Disputation als Helfer von Russikon im Kanton Zürich teilnahm (Eidg. Abschiede IV 1a, S. 1250, irrig als Heinrich Kramer aufgeführt S. 1263); er wird als Helfer und später als Pfarrer daselbst wiederholt erwähnt (Egli, Aktens. Nr. 1391, 1714, S. 732, Nr. 1757, S. 749, Strickler 3, Nr. 649) und fiel am 24. Oktober 1531 in der Schlacht am Gubel (Vadian 3, 309; der Name fehlt bei Bullinger). —* [2]) *Es handelt sich um die Schrift Jakob Zieglers (s. Anm. 3): anni auriferi 1525 Romae per Clementem VII papam celebrati impostura. Inhaltsangabe bei Schottenloher (s. Anm. 3), S. 128 ff. Die Schrift ist nicht gedruckt worden, befindet sich jetzt handschriftlich in München (Sign.: Clm. 27230). Ziegler hat den Traktat in sein großes, aber ebenfalls nicht gedrucktes Sammelwerk gegen Rom und Karl V. aufgenommen (Schottenloher a. a. O.).* — [3]) *lästig, unbequem* — [4]) *Jakob Ziegler aus Landau, geb. 1470 oder 1471, ausgebildet wahrscheinlich in der Zisterzienserabtei Aldersbach in Niederbayern, 1491—1500 Student, Magister und theologischer Kursor in Ingolstadt, 1504 in Wien, 1508—11*

geläßen wurde. Witer, lieber brůder meiſter Huldrich, ſo iſt mir nächſt[5] von minen herren von Zürich geraten worden, in dem cloſter ze pliben unnd die güldt[6] nemmen wie ein andrer, welches ich nun thůn wirdt. Iſt min früntlich pit an üch, mir inn diſſer ſach zů ratten unnd mine herren betten, mit ſampt miner etlichen fründen: ſydemal unnd ich zů Rüti nieman nütz bin, das man mir den diſch unnd die güldt zů Zürich laſſe nachvolgen; ſo welte ich ſtudieren, wie ich ſy[7] dann trüwte ze genießen. Ouch ſo wer ich wol deß willenns, mich gantz von dem cloſter laſſen ußzerichten, dormit ich darnach möchte werchen oder wiben, nach dem unnd ich dan gewißen wurde. Dorum ſo raten mir trülich inn der ſach, ſo wil ich 's umb üch beſchulden. Ouch ſo zug ich die kutten ſo licham gern[8] ab; ſo meint ich immerdar, mine herren wurdentz unns all heiſſen abzüchen[9]. Unnd ſind hefftig daran, das unns der ſchůlmeiſter[10] ylentz werde; wan wir wennd inn vor den andren[11] wol hannd haben[12] mit hillff miner herren von Zürich.

Vale.

Salutierent mir min baß Anna[13], *üwer* hußfrow.

Datum in Rüti am 13. tag Septembris anno 1525.

Huldrich Kramer, *üwer* trüwer brůder in Chriſto.

An meiſter Huldrich Zwingly tzů Zürich,
zů gewüſſer hannd.

7 wie ich] *urſprünglich* wie ichs.

---

in Mähren, 1511—12 in Leipzig, 1514—20 in Ofen, dann in Rom am Hofe Leos X. und ſeiner Nachfolger Hadrians VI. und Clemens VII. bis 1525. Der Erasmianer wandelt ſich hier um in einen ſcharfen Gegner des Papſttums. 1525—28 iſt er in Ferrara, 1528—31 abwechſelnd in Venedig und Ferrara, in offener Verbindung mit der deutſchen Reformation. 1531—34 iſt er in Straßburg, zerfällt aber mit den dortigen evangeliſchen Predigern und gleitet nun in den Reformkatholizismus zurück, 1534—43 weilt er in Baden-Baden (als Erzieher des jüngſten Sohnes des Markgrafen Ernſt von Baden, Karl), Altshauſen und Wien, 1543—49 am Hofe des Biſchofs Wolfgang von Salm in Paſſau. Seine zahlreichen Schriften betreffen teils die Mathematik, teils die Politik und Theologie. Biographie von K. Schottenloher (1910), dem aber obiger Brief Kramers entging.

[5]) *jüngſt* — [6]) *Rente* — [7]) = *sîn*, *Genetiv* — [8]) *licham gern* = *ſehr, überaus gern. Über* licham *ſ. Idiot. III 1015.* — [9]) *Über die Reform des Kloſters Rüti, die bereits im Gange war, ſ. Egli, Aktenſ. Nr. 752 (wo auch eine Ordnung wegen der „Kleidungen" in Ausſicht genommen iſt) und Nr. 809.* — [10]) *Als ſolcher wurde nach Rüti geordnet Wolfgang Kröwl, a. a. O. Nr. 809; über ihn ſ. Brief vom 30. April 1530 und beſonders Zwingliana 2, 122 ff. Den mit ihm vorgeſchlagenen Rellikan wünſchten die Leutprieſter für einen Dienſt in der Stadt zu reſervieren, ſ. Nr. 395, Anm. 2.* — [11]) *Es gab unter den Mönchen in Rüti einige ſehr widerſetzliche, die ſich der neuen Lehre und Zucht nicht fügen wollten.* — [12]) *unterſtützen* — [13]) *Anna Reinhart; ſ. Anm. 1.*

383.

Ludwig Hätzer[1] *an Zwingli.*

Augsburg, 14. September 1525.

Gratiam et pacem a deo per Christum, dominum nostrum.

Obtulit nobis, Zuingli candidissime, hiis diebus Silvanus Othmar, typographus Augustanus[2], epistolium stangneis [!] typis excusum, a Ioanne Bugenhaio [!] Pomerano ad Hessum quendam (quem ut meos novi digitulos) descriptum[3], in quo negotium Christi

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 126. Aufgedrücktes Siegel mit Schnur noch erhalten.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 406/408.

---

[1]) *Ludwig Hätzer (Hetzer), gebürtig von Bischofzell (Sicher S. 193, Keßler, Sabbata*[2]*, S. 306), nach der Tradition Kaplan zu Wädensweil am Zürichsee, war 1523 noch ein junger Kleriker, als er in Zürich eifrig für das Evangelium zu wirken begann. Die Akten der zweiten Disputation sind von ihm verfaßt (s. Bd. II, S. 671 bis 803). Am 16. Juni 1524 empfahl ihn Zwingli nach Augsburg als „rem Christianam adprobe doctus". Von dort kam er gegen Ende des Jahres nach Zürich zurück und schloß sich den Taufgegnern an. Mit den Fremden unter ihnen wurde er am 21. Januar 1525 ausgewiesen, worauf er wieder nach Augsburg ging, später nach Basel, Straßburg, Worms und wieder nach Augsburg, um zuletzt in Konstanz wegen Fleischessünden hingerichtet zu werden, am 4. Februar 1529. Mit Zwingli verkehrte er noch anfangs 1526 von Basel aus, wo er Oecolampad für sich einnahm. In Straßburg aber schloß er sich an Denk an und gab mit ihm dann in Worms eine geschätzte Übersetzung der Propheten heraus. Alle Zeitgenossen rühmen ihn als „geschickten Menschen", begabt und in den drei Sprachen gelehrt, auch poetisch angeregt. Bei viel Verwandtschaft mit Denk „hat er vil sunder artickel für sich gnan (genommen) und wenig mit andern gmein, und namlich das Cristus nit sig glycher gott und eins wesens mit dem vatter" (Salat S. 21). Wenig günstig, falsch, unlauter, intrigant erscheint sein Charakter. Vgl. weiterhin die Biographie von Keim, auch dessen und Heglers Artikel in P. R. E.*[3] *VII (1899), S. 325/29. —* [2]) *Seit 1519 stellte Silvan Otmar seine Presse ganz in den Dienst der evangelischen Richtung. Die erste Hälfte der Zwanziger Jahre war die Blütezeit seines Geschäfts. Über ihn s. Steiff in A. D. B. XXIV 548 ff. —* [3]) *Gemeint ist der „Sendbrief" Bugenhagens an Johannes Heß in Breslau; vgl. Nr. 379, Anm. 4. Die verschiedenen Ausgaben s. bei G. Geisenhof: Bibliotheca Bugen-*

et eius mensae tanta dignitate, tam magistraliter tractat, ut exoptarim mihi miriadas Democritorum, qui id (ut condignum esset) exploderent, irriderent, imo concacarent etiam. Aspicio, lego, admiror coecutientes theologos Christum nobis alibi quam a dextris patris sui ostendentes. Cogito, num cuius instinctu hoc factum esse possit; quis demon aut quae Medęa [!] suas hic exantlarit vires! Subolebat enim me scire, unde haec Lerna profecta esset. En cogitando recordor sermonis Urbani Regii[4], cui hoc totum negotium acceptum ferre debes. Evenit enim ante annum, cum (ut scis) in Bavaria eram et capto castro Augustam veni[5], incidimus tunc forte fortuna in sermonem de libellulo quodam latinissime descripto, cui titulus, si bene lecta habeo: „Apologia Simonis Hessi contra episcopum Roffensem“ etc.[6]. Ego arbitrabar Friburgi hunc esse natum. Urbanus autem subridens inquit: Ludovice, ariolare, quis ipse Hessus sit? Ego: non possum equidem, nisi, quantum ex stilo coniicio, reor me ipsum Friburgi novisse. Is vero impatiens (ut totus, quantus quantus est, cupidini auritulae hominum vivit), se sua frustrari laude: En, ait, ego Simon ille Hessus; eo, si uspiam quicpiam [!] hoc sub nomine vulgatum offendes, nostri Martis tela esse scias: ubi ubi sub fuco aut aliquid ago aut scribo, illud solitus sum adscribere nomen. Tu vero vide, doctissime Zuingli, quam non se recondi patitur sitibunda aurae sitis? Quam non tenebras amat ambitio? Quam belle suo indicio (ut adagio fertur[7]) periit sorex? Urbanus Regius enim Hessus ille est, ad quem haec epistola missa[8]. Is est Vratislaviensis

20 *vor* ago *gestrichen* mon.

---

hagiana (1908), S. 200ff. Wie aus dem Text oben hervorgeht, hat Hätzer eine (ursprünglichere) lateinische Ausgabe vor sich gehabt.

[4]) *s. Nr. 62, Anm. 1 und Nr. 340, S. 201f.* — [5]) *Im Sommer 1524 hatte Hätzer die Familie Regel auf deren Güter bei Donauwörth begleitet. Ein Überfall von Mannschaften des Herzogs von Baiern nötigte im Herbst zur Flucht zurück nach Augsburg.* — [6]) *Über Bischof Fisher von Rochester s. Nr. 57, Anm. 6. Die „Apologia Simonis Hessi adversus dominum Roffensem, episcopum Anglicanum, super concertatione eius cum Ulrico Veleno, an Petrus fuerit Romae, et quid de primatu Romani pontificis sit censendum“ erschien im Juli 1523. Vgl. G. Uhlhorn: Urbanus Rhegius (1861), S. 349, Anm. 8. Der Verfasser war tatsächlich Urb. Rhegius, der in Freiburg studiert hatte. Hätzer verwechselt, verleitet durch das „Hessus“ in beiden Fällen, Simon Hessus (= Urb. Rhegius) mit dem Breslauer Reformator Joh. Heß (über diesen vgl. P. R. E.[3] VII 787ff., G. Bauch: Joh. Thurzo und Joh. Heß in: Zeitschrift des Vereins für Geschichte und Altertumskunde Schlesiens Bd. 36; derselbe: Zur Breslauer Reformationsgeschichte, ebenda Bd. 41).* — [7]) *Terenz, Eun. 1024: meo indicio miser quasi sorex hodie perii (Otto S. 328). Vgl. Bd. I, S. 252.* — [8]) *Der Irrtum Hätzers wird aus Anm. 3 und 6 ersichtlich.*

ecclesię pastor, ipsus est doctissimus ille doctor. Audet enim suam venenatam linguam non alio pacto in te acuere, quam hoc fuco. Mirum quam odiat eos, qui aut tibi aut Carolstadio, ut vulgo dicimus, adherent in hoc articulo de εὐχαριστίᾳ, quam se iactitat posse τῇ θεοπνεύστῳ scriptura *[2. Tim. 3. 16]* omnes, quotquot huius sententiae sint, refellere, si vellet. Ego dico: ja, si posset. Non audet alio modo contra te ire. Pertimet, ne humeris suis imponat, quod ferre recusent. Declinat tuam παῤῥησίαν. Rogo itaque te per deum immortalem, rogant mecum plurimi bonae fidei viri, ut alio epistolio refellas illud. Potes pulchre. Ansam habes. Exordium adest in Hesso, et quod utopiensem ecclesiam finxerit, cuius pastor sit. Belle agit; nam aliam non habet ecclesiam. Necessarium est fingere, ubi verum [!] caret. Pastor est, quemadmodum suffraganei episcopi sunt, apud Antipodas scilicet. Scio Christianum esse, plurima dissimulare, multa pati, convicia contemnere. Scio etiam non Christianum esse, ad Christi convicia connivere, quia nec ipse passus est obprobria in patrem suum, Mathae. 4. cap. *[Matth. 4. 10]*. Tute scis, quid te deceat, ut depingendus sit suis coloribus et veritas vindicanda. Placet te huius admonere, de verbulo „Benedicimus“, quod glossulavit Pomeranus: 1. quod vulgo consecramus[9]. Num benedicere est consecrare? Vide insaniam hominum. Caeterum non video, quomodo possis recusare, quum id tot vere boni et pii flagitent viri, cumque id etiam Christo tuo debeas et eius membris. Epistolium hoc passim Augustae ostentatur: Gellt[10], inquiunt, Hector Zuinglius invenit Pomeranum Achillem. Videtis, aiunt, quam constanter Pomeranus audeat dicere Zuinglium non esse in hac re theologum. Ex grammatica vincitur etiam[11]. Quid committes huic, qui in re tam clara, in negotio tam aperto hallucinatur? etc. Omnia illa praetereunda forent, si saltem obfuscaretur nomen tuum. Homo enim es et peccator ex deo; quod autem veritas illic leditur, quod conscientiis periculum fit, hic labor, hoc opus erit, ut resarcietur [!]. Nec hoc contenti: en advenit nuper alius doctor e carcere de Insprugk[12]. Is primo satis bene de εὐχα-

4 εὐχαριστίᾳ] εὐχαριστία — 5 τῇ θεοπνεύστῳ] τη θεοπνεύστω — 29 peccator] pectator.

---

[9]) *Bugenhagen schrieb: vide gramatica ex Paulo: potus benedictionis, cui benedicimus (vulgo, quem consecramus) nonne communicatio sanguinis Christi est?* — [10]) gellt, *dialektisch etwa gleich: nicht wahr?* — [11]) *Bugenhagen hatte geschrieben: atque hic ridemus magnum illum theologum cum suo Carlstadio und weiterhin den grammatikalischen Sinn feststellen wollen: vide gramatica ex Paulo.* — [12]) *Stephan Castenpauer = Agricola. Sein Geburtsjahr ist unbekannt; er stammte aus Abensberg in Niederbayern, studirte in Wien, wurde Augustiner, promovierte 1519 zum D. theol.*

ρωστία sermocinabatur, at iam omnino rursus ‚urbanisat'. Is, studens Urbano placere, interpretatur hoc epistolium et facit Germanum. Sic semper similes habent labra lactucas[13]. Nondum excusum vidi, misissem alias — omnia eo, ut totus mundus videat te tantorum errorum magistrum. Tu ex דעת[14] dei refelle, et vale cum tota tua familia. Novi plurimum, at nihil certi. Constanter fertur, futuras iam illico post Michaëlem comicias [!] caesareas. Carolus ipse non veniet; commisit negotium suum ducibus quibusdam. Der punδt furit adhuc strenue. Saltzburgenses coloni fortiter depungnarunt [!]: sunt enim ab universis novis depressionibus liberati, quae [!] Langius[15] et eius praedecessor proximus excogitarunt. Nobilis ille Ieorgius Regel[16] cum uxore sua sese totum tuae mandat fidei. Valde sibi timet a principe Bavaro. Adhuc carneum Christum edit. Ego non apud ipsum sum, ob eius timorem. Vivo, ut possum. Unicum hoc a te postulo, ut mihi rescribas; et si quid in te peccavi, clementer indulge, quemadmodum et deus libenter nobis per Christum indulgit [!]. Erravi, fateor; posthac caucior ero et paulo prudentius agam. At, mi Huldriche, ne prętereas has impudentes Urbani technas. Rescribe saltem aut unico aut altero verbulo. Leo Iud sanctus sit cum sua casta coniuge. Der apt von Capel[17] promiserat se mihi quicpiam [!] scripturum. Posses ipsum, quasi aliud agens, admonere. Mitto tibi hic epistolae huius quavis bovina merda vilioris exemplar, et aliud

1 omnino] omnio — 10 *vor* novis *gestrichen* novus — 18 *vor* prętereas *gestrichen* statua.

In Wien, Regensburg, Rattenburg am Inn, Schwaz, Innsbruck und Hall predigte er im Sinne Augustins und geriet dadurch in den Verdacht der Ketzerei. So wurde er 1522 durch den Erzbischof Matthäus Lang gefangen gesetzt, entkam aber und fand 1523 in Augsburg Aufnahme, wo er im Sinne Luthers gegen eine zwinglianische Richtung polemisierte. 1529 nahm er am Augsburger Religionsgespräch teil, 1530 kam er nach Nürnberg, 1531 wieder vorübergehend nach Augsburg, dann nach Hof, 1542 nach Sulzbach, infolge des schmalkaldischen Krieges nach Eisleben, wo er 1547 starb. Vgl. P. R. E.³ I 253f. Die von Hätzer angegebene Übersetzung des Bugenhagenschen epistolium ist möglicherweise der bei Geisenhof a. a. O. Nr. 166 verzeichnete Druck.

[13]) *s. Nr. 371, Anm. 8.* — [14]) דַּעַת, *Erkenntnis, besonders Gottes.* — [15]) *Matthäus Lang, seit 1505 Bischof von Gurk, 1514 Verweser und 1519 Erzbischof von Salzburg, Kardinaldiakon tit. s. Angeli, päpstlicher Legat, s. P. Legers: Kardinal M. Lang (1906). Sein Vorgänger war Leonhard von Keutschach, † 1540 (1495 bis 8. Juni 1519). Gams, Series episcoporum p. 279, 308. Über den Salzburger Bauernaufruhr vgl. Zauner, Chronik von Salzburg IV, auch Keßler, Sabbata², S. 192f., wo auch die Artikel, welche schließlich die Bauern nach harten Kämpfen annehmen mußten.* — [16]) *s. oben Anm. 5 und unten Brief vom 15. Mai 1527.* — [17]) *Wolfgang Joner, s. Brief vom 6. Oktober 1529.*

Nicolai de Amssdorff[18] aeque sordidum. Literas tuas mitte Silvano Othmar calchographo. Curabit ille, ut habeam. Ego, ut imprimantur, faciam. Hęc tecum solus cum solo. Urbanus enim, si resciret, plurimum mihi obesse posset. Parum abfuit, quin proprium misissem tabellionem ex aere quorundam fratrum. Offendi a casu hunc.

Vale et vive foeliciter in Christo Iesu, domino nostro. Is te confortet et servet castum corpore et mente adventui suo. Amen.

Datum Augustae adi [!] 14. Septembris anno etc. 1525.

Lugdovicus Hätzer, frater tuus.

Viro iuxta pio atque docto Huldricho Zuinglio, Tigurinae ecclesiae episcopo, fratri suo candidissimo. — Zürich.

9 *links über* Lugdovicus *sind mehrere nicht mehr lesbare Wörter gestrichen. Es scheint ein Ausruf zu sein:* O gut [?].

[18]) *Nikolaus von Amsdorf (1483/1565), der vertrauteste Freund Luthers, um diese Zeit bereits in Magdeburg, wo er die Reformation einführte, später wegen seines Eifers für die reine Lehre von den Gnesiolutheranern als zweiter Luther gefeiert. Vgl. P. R. E.*[3] *I 464/67.*

384.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 16. September (1525).

S. in domino, frater dilecte.

Neque nobis adhuc facta est copia libelli nostri de eucharistia[1]; at quam primum allatus fuerit, proximo nuncio exemplaria quędam vobis afferri curabo. Tuus liber[2] mihi plurimum placet. Adversarii nostri, quod nequeunt scripturis ac rationibus improbare, subsannando reiicient tam stulti, ut omnes stultos credant et non agnoscentes suam stulticiam. Ille noster dubię fidei frater[3], cui legendum transmiseram, respondit: parum theologię, multum philosophię inesse nostris libris. Expectat nimirum, quid Saxonicum idolum[4] sit responsurum. Verum interea magna pars infirmorum inveterato laborat morbo. Erasmus duos libros edidit, unum adversus Sutorem quendam Carthusianum[5], qui ęgre fert editiones no*vi* test*amenti* alias post Hieronymum, alterum, cui titulus „Lingua“[6], mea sententia librum dignum lectione; in neutro nobis adversatur. — Impressit Frobenius et grammaticam Elię Levitę, Hebręi, non contemnendę eruditionis librum[7]. Miseram

3 quam primum] quamprimum — 12 no. test. *übergeschrieben* — 13 librum] *ursprünglich* liber — dignum] *ursprünglich* dignus.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 73. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 408f.

[1]) *Vgl. Nr. 381, Anm. 1.* — [2]) *Subsidium sive coronis de Eucharistia. Vorrede datiert vom 17. August 1525. Vgl. Bd. IV, Nr. 63.* — [3]) *Wolfgang Weißenburger, s. Nr. 367, Anm. 13.* — [4]) *Vgl. Nr. 295, Anm. 3.* — [5]) *Adversus Petri Sutoris quondam Theologici Sorbonici nunc monachi Cartusiani debachationem Apologia Erasmi Roterodami. Basel, Froben, August 1525, 8°. Vgl. Stockmeyer u. Reber S. 112 (Nr. 222). Bibl. Erasm. 1, p. 10. Vgl. auch Nr. 538, Beilage, Anm. 3.* — [6]) *Lingua. Basil., I. Frobenius, mense Augusto 1525, 8°. Bibl. Erasm. 1, p. 117.* — [7]) *Eliae Levitae Germani Grammatica hebraica absolutissima nuper p. Seb. Munsterum latinitate donata, in 8°. Basel, Froben 1525. Vgl. Stockmeyer und Reber S. 112 (Nr. 221).*

Latomi „Elleboron“[8] per Christophorum[9], sed intelligo nondum perlatum. Ut primum venerit eucharistię libellus, nisi nuncii desunt, participes vos eius faciam. Sacrifici et consortes illorum facile condonarent, quicquid hactenus a nobis doctum; unum hoc dogma de eucharistia, quod vel papa vel Lutherus tradidit, convelli nolunt; est enim arx et pręsidium impietatis eorum, per quam recuperare sperant successu temporum, quod nuper amiserunt.

Salvo hoc idolo nemo eos recte impios condemnarit. Narravit mihi Christophorus, quid filii Belial *[5. Mos. 13. 13]* adversus te moliti, et gaudeo te ereptum e manibus insidiantium *[Ps. 71. 4]*[10]. Hisce tyrociniis erudit dominus, ut in maioribus certaminibus de ęterna vita nobis promissa nihil dubitemus.

Vale.

Basileę 15. Septembris.

En ipsa hora, qua occlusurus eram literas, attulit quidem literas cum uno et altero libello, quos mitto. Sed nulli sunt, si cum tuis conferantur. Mitto autem et apologiam Lutheri nostro Gulielmo[11].

Iterum vale.

Ioannes Oecolampadius.

Charissimo fratri suo Huldrico Zwinglio, Tigurinorum episcopo.

5 tradidit] *ursprünglich* tradidatur [?].

---

[8]) *Elleboron pro Iacobo Latomo, Basileae 1525. Latomus (s. über ihn Nr. 111, Anm. 2) hatte im Mai gegen Oecolampad geschrieben: De confessione secreta. Antverpiae 1525; Hurter, Nomencl. 4, 1232.* — [9]) *sc. Froschauerum.* — [10]) *s. Nr. 386.* — [11]) *Wilhelm von Zell? Über ihn s. Nr. 431, Anm. 5 vgl. Nr. 372, Anm. 10.*

385.

Fr. Georgius Pontanus[1] *an Zwingli.*

Basel, im September 1525.

In perpetuum salve, pręco veritatis altissimę.

Benedictus deus et pater domini nostri Iesu Christi, cui iuxta copiosam misericordiam suam *[1. Petri 1. 3]* complacuit per te, dulcis frater Huldryche[2], quam plurimas animas, quę dudum in tenebris ambulabant, euangelio eiusdem filii sui ad lucem veritatis reducere et ad semitas ęquitatis, per asperas vias impię conversationis prius oberrantes, misericorditer revocare. Inter quas et animulam hanc miseram, quam Satanas alligavit *[Luc. 13. 16]*, nedum annis decem et

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 135. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 413 f.

---

[1]) *Georgius Pontanus, so nach seiner Heimat Brugg an der Aare genannt, eigentlich Carpentarii(-ius), war Karthäuser in Klein-Basel und ist bekannt als Bibliothekar seines Klosters und als Chronist seiner Zeit. Geboren 1487 (oder kurz nachher), besuchte er drei Jahre die Schule in Schaffhausen und kam, nachdem er als fahrender Schüler im Elsaß umhergezogen, im Jahr 1500 an die St. Petersschule zu Basel. Zum Sommer 1503 ließ er sich an der Universität immatrikulieren; er ist verzeichnet als Georius Carpentarii de Bruck. Am 18. September 1504 steht er zusammen mit Zwingli als Georius Carpentarius de Bruck unter den promovierten Baccalaurei (s. Egli, Analecta 1, 11). Aus unbekannten Gründen wurde er 1509 Karthäuser. Im Kloster beschäftigte er sich vielfach mit der Bibliothek und mit Schreiben, namentlich Kopieren. Er schätzte Erasmus hoch und übersetzte mehrere seiner Schriften; auch für die Buchdrucker war er tätig. In den Jahren 1526 und 1528 verfaßte er Chroniken. In der Zwischenzeit erlitt er einen Schlaganfall; wahrscheinlich starb er 1528. In den Chroniken erscheint er vom neuen Geiste, der noch aus dem Brief an Zwingli spricht, weniger mehr ergriffen: im Brief die Gewissensnot, die nach Freiheit ringt und sogar bei dem verketzerten Zwingli Zuflucht sucht, in den Chroniken die ermattende, dem Ende zusteuernde, wieder an das Alte sich klammernde Seele. Vgl. Basler Chroniken 1, 307, 357 (wo aber der vorliegende Brief nicht für das Lebensbild verwertet ist). Über die ungleiche Stimmung im Brief und in der Chronik s. unten Anm. 4.* — [2]) *Die alte Freundschaft mit Zwingli tritt im Brief mehrfach zutage.*

octo, verum plus quam triginta et octo *[Joh. 5. 5]*[3], post te, veluti medicum oportunum (quondam alias sibi non vulgariter notum) suspirare vel clamare fecit, cuius tamen curam, prout opus haberet, assequi se posse non sperat; ita sibi vias undique circumsęptas intuetur misera. Quid causę sit, solus idem novit, qui renes probat et corda *[Ps. 7. 10]*, cuius iudicia abyssus multa, quique terribilis est in consiliis super filios hominum *[Ps. 66. 5]*. Olim, dum medela parabatur, declinabam; modo, cum maxime necessaria esset, tam remota videtur, ut eam indipisci nullatenus concedatur. Verum, et si verbum salutis prope sit in ore et in corde meo *[Rom. 10. 8]*, quid si tanta sit cordis et oris contritio, ut nec praesentissimo verbi remedio quis eam alligare possit aut curare pręter eum, qui, cuius vult, miseretur et, quem vult, indurat *[Röm. 9. 18]*? Ita sane deploratę sum ęgritudinis, ut, etiam si medicus quispiam adesset experientissimus, prius de salute praestanda desperaret quam consuleret. Verumtamen, quia morbum agnosco et de tuis consiliis, o peritissime, nil addubito, ne tibi videar illudere, brevibus summam ęgritudinis ceu fido consultori pandam. Scis, mi pater, quid religiosis huius sęculi iam dudum imposuerit, quo se putabant nimirum poenitentes, cum tamen essent supra modum in deum et legem eius sanctam continue praevaricantes et peccatores coram domino nimis. Putabant se suis institutis sanctificandos, cum tamen abominabiles essent coram deo ceu pannus immundus *[Jes. 64. 5]*. Breviter, putabant se castos et continentes, cum essent, ut scis ipse, quales, nec enim sane te latet morbus illorum hac parte gravissimus. Intelligis nimirum, quid me torqueat. Quod si nondum plane, roga, quaeso, confratrem quondam ordinis nostri, dominum Nicholaum Fúγrstein[4],

---

[3]) *Der Schreiber scheint mit 38 Jahren auf sein Geburtsjahr 1487 zurückzurechnen, mit 18 vielleicht auf die Zeit, seit der er Zwingli nicht mehr gesehen (der allerdings schon 1506, nicht erst 1507, Basel verließ).* — [4]) *Nikolaus Fürstein oder Schürstein von Solothurn, schon 1516 Schaffner, 1520 Prior („Vater") der Karthause Thorberg im Kanton Bern, verließ aus Gewissensgründen Kloster und Kutte und zog nach Zürich, von wo er am 9. August 1525 eine Rechtfertigung an den Rat von Bern sandte; Stürler 1, 365. Er war bereits mit einer Bernerin verheiratet, Anshelm 5, 121. Haller grüßt ihn durch Zwingli, in dessen Haus er Aufnahme gefunden (Nr. 386, Anm. 18), am 29. November 1525. Im folgenden Jahr bekam Fürstein vom Rat von Zürich die Pfarrei Oberglatt (Egli, Aktens. Nr. 1056, 1391). Nach der Berner Reformation kam er in das Gebiet von Bern zurück, bekleidete mehrere Pfarrstellen und scheint um 1541 gestorben zu sein; Stürler a. a. O. Merkwürdig ist, was derselbe Carpentarius nachher in seiner Chronik (Basler Chronik 1, 401) von dem Ordensbruder berichtet, auf den er sich im Brief an Zwingli beruft. Da heißt es zum Jahr 1525: „Circa Laurentii vel antea dominus Nicolaus Schurstein, prior quondam domus Portae Montis, Lutherano confectus fermento ac Zuinglianis nimis incubans libellis [!], ordinis habitum a se reiiciens profanam vitam cum ceteris Tiguri coepit vivere ac mox postea ducens uxorem puellam Bernensem publicas*

qui deserta pastorali cura domus portęmontis ad te, ceu suum patronum, nuper confugiens ad ea, quę sibi tum potiora videbantur, intrepidus ac (ut spero) fide plenus sesemet accinxit. Ecce is tibi de me referet, quae sentiat, et quid illi modo scripserim, etiam tui causa. Quapropter, ne te diutius barbarie mea gravem, diligenter oro te per eum, qui te sibi dignatus est eligere in communem orbis utilitatem, ut epistola saltem brevi tuam erga me testeris charitatem et, quid iubeas fieri, certiorem reddas. Tametsi parere forsan non concedatur illico, vias tamen exquiram, quibus tandem hisce gravaminibus tantisper absolvar, iuxta dei placitum et tuę solicitudinis consilium integrum. Tandem utens divi Paulini[5] verbis ad eque divum Augustinum sic oro: „Deus misereatur mei per orationes tuas et illuminet vultum suum super me per lucernam verbi tui, sancte frater, in domino Christo unanime, magister meus in fide veritatis et susceptor meus in visceribus charitatis“. Amen.

Ex Eremitorio Carthusiano Basileę minoris, mense Septembri anno post Christum natum M.D.XXV.

Frater Georgius Pontanus, Nicodemianus pharisęus[6] *[Joh. 3. 1]*.

Eruditissimo scribę legis dei coeli, magistro Huldrycho Zwinglio, Tigurensis ecclesię concionatori famosissimo nec minus integerrimo, fratri *suo*.

1 ceu *übergeschrieben*.

---

apud Tigurenses celebravit nuptias ac deinde litteris Latinis, Graecis et Hebraicis insudans ac multos eodem anno et deinceps perferens labores ac tentationes tandem in pastorem seu parochum cuiusdam villae promotus est, habens liberos ex coniuge iampridem susceptos. Sic illa domus fratrum nostrorum scandalose [!] suo fuit orbata pastore . . . Heu quanta mala Deus tendit nobis hoc anno! Immo vero quanta bona, quos ex hisce Lutheranorum malis eruere dignatus est!“ Über den Nicodemianus ist somit der Pharisaeus wieder Meister geworden.

[5]) *Paulinus v. Nola (nicht der häufig mit ihm verwechselte Mailänder Diakon Paulinus, der als Augustins Biograph gilt). Vgl. Augustins Epistulae Nr. 121, 18 (Migne, patrologia series latina Bd. XXXIII, S. 470).* — [6]) *Vgl. „Otto Brunfelsius, ordinis quondam Carthusiani phariseus“ Nr. 215, Anm. 2. Mit „Nicodemianus pharisaeus“ gibt im Anklang an Joh. 3. 1ff. Pontanus eine freie und zart andeutende Zeichnung seiner Stellung zur Reformation, die auch seinen Rückfall erklärt: er neigt zur Reformation — aber er fürchtet sich.*

386.

Zwingli an Vadian.

Zürich, 22. September 1525.

Gratia et pax a domino.

Omnem tragoediam nostram ex ordine reddet Christianus[1], cui omnia memoravimus, prẹstantissime Vadiane. Res ipsa atrocitatis plurimum habet; sed Iupiter almus sua voce nutuque omnia sic reget, ut in eius gloriam cedant. Quod sẹnatus paulo lenius cum perduellione isto deprehenso egit, nihil te moveat; stimulus fuit ista cessatio ad rem constantius posthac gerendam. Incidunt nonnunquam in civitates ceu in humana corpora valetudines, quas cordati masculique cives sic deinde curant et cavent, ut satius videant esse ac utilius nonnunquam incidere, quam perpetua sanitate frui. Istud enim cautos reddit ac sollicitos, hoc vero supinos ac dissolutos. Medentur nunc omnes boni casui isti, ut nihil sis desideraturus. Sed ecce, cum iam hanc epistolẹ partem absolvi, cum Christiano demum collocutus didici non proxima[2] rediturum esse ad vos, unde et huic epistolẹ non fui ausus, quẹ cupio,

St. Gallen, Stadtbibliothek: Litt. misc. II. 241.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 409 f. Arbenz, Vad. Briefs. 3, S. 105 (Nr. 433).

---

[1]) *Ohne Zweifel Christian Fridbolt von St. Gallen, der seit 1512 vielfach in den Briefsammlungen Vadians und Zwinglis, auch in Keßlers Sabbata und andern Quellen erwähnt wird als vielgereister „Schreiber oder richtiger Kaufmann", sprachenkundig, weltgewandt, homo ioci plenus, ganz der Reformation und Zwingli zugetan, mit Keßler eng befreundet, laut diesem mit den öffentlichen Dingen so vertraut wie Vadian, Zunftmeister seit 1529 und von da an vielfach politisch gebraucht, namentlich als Gesandter auf Reichstagen. Schon 1522 diente er zwei eidgenössischen Gesandten bei der Taufe des Dauphin zu Paris als Dolmetscher; 1531 war er St. Galler Hauptmann im zweiten Kappelerkrieg. Vgl. Egli, Kommentar zur Sabbata², S. 567 f. Zwingli erwähnt ihn am 11. Oktober wieder an Vadian (Nr. 390: quem hercle virum bonum esse arbitror), und Binder läßt ihn am 20. Dezember durch Vadian grüßen, wobei er den vollen Namen nennt (Vad. Br. 3, 129). Die tragoedia, die er Vadian mündlich erzählen sollte, mußte dann, wie Zwingli nachher im Brief berichtigend meldet, Georg Binder schriftlich darstellen, s. die Beilage zum Brief.* — [2]) *scil. die.*

[5]) *Darüber ist sonst nichts bekannt; vgl. G. Heer, Glarner Reformationsgeschichte S. 43.* — [6]) *Nicht zu ermitteln.* — [7]) Das widerkeren am tantz *bezeichnet wohl eigentlich den zweiten Teil einer einmaligen Tanztour, die aus einer Bewegung hin und aus einer zurück zum Ausgangspunkt besteht. Belegen ließ sich der Ausdruck sonst nicht.* — [8]) *nichts* — [9]) *Hilarius, wohl der in Nr. 372, Anm. 10 erwähnte Hausgenosse (?) Zwinglis.* — [10]) *ist (zu) faul, in den Keller zu gehen; wenn er (das Getränk) nicht vor der Stubentür in Kannen findet, geht er nicht weiter* — [11]) *Der Verfasser scheint anzuspielen an die damals sich vollziehende Reformation in Preußen. Ein entsprechendes Sprichwort etwa scheint nicht nachweisbar.* — [12]) *Andreas Kramer, s. Anm. 1 und Nr. 372, Anm. 10, Nr. 379, Anm. 8, Nr. 382, Anm. 1.* — [13]) *sehr* — [14]) *eigentlich: grimmig sehr* — [15]) *Chorherr am Großmünster; s. Nr. 48, Anm. 1.* — [16]) *Kämmerer des Stifts Großmünster; s. Nr. 113, Anm. 9.* — [17]) *eigentlich: ausbündig sehr. Vgl. Anm. 14.*

396.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 22. Oktober (1525).

Gratiam et pacem in domino. Mi Zwingli!

Circumfertur epistola quędam Erasmi nomine[1], nondum tamen typis excusa, qua expostulat cum amico arcani proditi oratque sibi Christum parum propicium, si opinio illa de eucharistia, quam nos asserimus, animo suo insederit[2], et si qua volatilis cogitatio mentem eius tetigisset, quod potuerit facile discutere, considerata charitate dei et perpensis divinis literis. Obiicit nobis Lutherum, qui et ipse ecclesiam catholicam in hoc reveritus. Stupeas rationes vocat sublatam carnem, ne esset offendiculo, non adorasse apostolos; literas divinas pro se stare, dum dicunt: Hoc est corpus meum etc. Ubi legunt, inquit, isti: Hoc non est corpus meum, sed signum corporis mei? Quum maxime nos torqueamus, ęgre doceamus ex aliis locis rei vocabulum accipi posse pro signo rei, stulte autem arguamus: Sic accipi possunt hęc verba, igitur sic accipienda. Frustra citare nos dicit veteres ac orthodoxos, quorum dicta involvamus, fucemus, torqueamus, quum nullum locum citemus, qui non palam loquatur ibi esse corpus domini. Unde infert: Quare deficeret ab ecclesia catholica? Hęc ferme in illius epistola verba sunt, quibus facile poterimus respondere, ubi locus postularit. Volui tamen et tibi significari. Non ut hominem traducas; expectandum enim, donec sua se voce prodat sorex[3], et disperguntur hęc inter amiculos. Cęterum non dormitant

15 involvamus] *ursprünglich* involvimus — 16 locum] *ursprünglich* locus — 17 *vor* domini *gestrichen* Christi.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 11. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 421f.

[1]) *Vgl. Nr. 394, Anm. 1 und Nr. 401, Anm. 1.* — [2]) *Erasmus schrieb an Michael Budaeus: „Exortum est novum dogma in eucharistia nihil esse praeter panem et vinum. Id ut sit difficillimum refellere, fecit Oecolampadius, qui tot testimoniis, tot argumentis eam opinionem communiit, ut seduci posse videantur etiam electi“.* — [3]) *Sprichwort, vgl. Nr. 383, Anm. 7 und oben Bd. I, S. 252.*

adversarii, sed omnia attentant, quę senatum Basiliensem in nos exasperent alioqui non adeo propicium. Ego nuper accusatus sum multo vehementius quam unquam. Delecti sunt Erasmus et Berus e theologis, Cantiuncula et Amorbachius ex iurisconsultis, qui libelli mei censores, et eam ob causam magistratus illos nuper interpellavit[4]. Erasmum ferunt graviter tulisse; vellet enim huic negocio non involvi. Cęteri per se satis animati sunt et calcare non egent. Glareanus maledicendo strennuum Christianum se prȩstitisse credit. Quidam ex amicis arbitrati sunt, subducam me aliquantisper; mihi nihil minus in animo est. Proscribant oportet vel officio destituant; alioqui hęrebo, quam diu concedet dominus. Porro et tu hilari, ut soles, animo sis semper. Numerati sunt pili capitis nostri *[Matth. 10. 30]*, et, quid inquam?, numeratę erant et setę porcorum, in quos non audebant ingredi dęmones nondum permittente domino *[Matth. 8. 30ff.]*. Arbitrio Christi, qui nos redemit, vivemus et moriemur *[Röm. 14. 8]*. Ferme langueo desiderio responsionis tuę in Pomeranum[5]. Fac, oro, ut proximo diem habeamus. Gloriantur enim eo libello etiam hi, quibus non patrocinatur.

Salutat te Hetzerus[6]. Vertit librum nostrum de cena domini, quem typographo Christophoro concrederet, si illi foret integrum excudere et in vernaculo communi nostro, quemadmodum ille vertit. Affuturus et advigilaturus ipse esset.

Vale.

Basileę 22. Octobris.

Tuus Oecolampadius.

Huldrico Zwinglio, Ti*gurinę* ecclesię pastori *fi*delissimo, fratri meo.

1 sed] *ursprünglich* et — 5 libelli] *ursprünglich* libello, *davor gestrichen* de — illos *übergeschrieben* — 19 *vor* Vertit *gestrichen* anxius — 20 *vor* typographo *gestrichen* vestro — 26 *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegel absprangen.*

[4]) *Basler Chron. 1, 45 berichten, der Rat habe Oecolampads Büchlein dem Erasmus zu lesen gegeben, und dieser sein Gutachten abgegeben (das im Wortlaut folgt); aber es sei dem Verfasser der Druck in Basel nicht gestattet worden, weshalb er in Straßburg erfolgte. Über Cantiuncula s. Nr. 160, Anm. 13, Nr. 387, Anm. 4, über Berus Nr. 147, Anm. 3, über Bonifacius Amerbach die Biographie von Th. Burckhardt-Biedermann (Basel 1894). Zum Zusammenhang vgl. Herzog, Oecolampad 1, 337ff.* — [5]) *Vgl. Nr. 391, Anm. 3.* — [6]) *s. Nr. 383, Anm. 1. Hätzers Übersetzung erschien unter dem Titel: „Vom nachtmal. Bewaysung auß Euangelischen schrifften, wer die seyen, so des Herren Nachtmals wort unrecht verstanden und außlegen . . . von Joh. Oecolampadius", verdeutscht durch Ludwig Hätzer (1526), 4°, 48 Bl. Strickler, Literaturverzeichnis S. 26, Nr. 201 (auch 209).*

397.

Blasius Forrer[1] *an Zwingli.*

Zum Stein, 23. Oktober 1525.

Gnad, barmhertzikeit und frid verlich[2] uns got der vatter durch Jesum Christum unseren herren.

Dir hatt ich kurtzlich verheißen, lieber brůder, ein abschrift ze schicken des landtrechts, so ein grafschaft gegen denen von Schwitz und Glaris hand[3]; die schick ich ietz by disem boten, mit namen Cůnhart Klauser, landtschriber im Turtal[4], welcher ouch din anerborne fründin, ein Zwinglin, zů der ee hatt. Diseren, lieber brůder, empfach in aller senftmůtikeit; dann er sich ouch trülich halt im euangelio Christi; bis im ouch behulfen und beraten in sinen sachen, wie er dir denn wol wirt erzellen.

Der hendlen halb, so ietz under uns sind, weiß ich nit vil ze schriben, denn das es kurzlich ein mal übel gefelt hat in einem landtsrat

5 Cůnhart] *das* r *übergeschrieben* — 6 fründin] frundin.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Aus einem Bande, S. 232, 233. Siegelspur. Abdruck: Sch. u. Sch. VII 424/26. Auszug bei Strickler, Aktensammlung 1, Nr. 1290.

---

[1]) *s. Nr. 354, Anm. 1.* — [2]) *verleihe* — [3]) *Die Landleute der Grafschaft Toggenburg, Untertanen des Abts von St. Gallen, ließen sich am 22. Dezember 1436 von den eidgenössischen Orten Schwyz und Glarus bestimmen, ein sogenanntes Landrecht mit ihnen einzugehen; Wegelin, Geschichte des Toggenburg 1, 228 ff. Das Toggenburg besaß auch eine freie Verfassung und war einer der bedeutendern sogenannten zugewandten Orte der Eidgenossenschaft. Zwingli wollte seiner Heimat noch größere Freiheit verschaffen. Sie hat sich dann auch 1529 vom Abt „abgelöst"; nach Zwinglis Tod kam freilich der Rückschlag.* — [4]) *Der Mann scheint wenig hervorgetreten zu sein. Einer gleichen Namens wird schon 1476 als Richter im Thurtal erwähnt; vgl. Rothenflue, Toggenburger Chronik S. 97. Mit Thurtal bezeichnete man einen Gerichtsbezirk im oberen Toggenburg (im weiteren Sinne auch anstoßendes Gebiet); vgl. Wegelin a. a. O. 1, 289 f.*

wider das euangelion, us ſchrecken deren von Schwitz und Glaris[5], alſo das ſi[6] ſich underſtanden hattend, alle ding wider in den alten bruch ze bringen; doch ward ein ſölicher zwitracht under inen, das etliche von inen ſtündent und nütz darbi woltent ſin, wo man ützit wider gottes wort handlen wölt, und brachtent alſo ir ſachen für die gmeinden, die denn ſolich hendel antraf in den briefen von Schwitz und Glaris gſchickt. Do wurdent die gmeinden einhellig eins, by dem wort gottes zů bliben, und betind ouch darbi ein erbern landtsrat: ſi wüſtind, wie ſi vor eim iar alle pfarrer beſchickt und inen das wort gottes empfolen hetind zů predigen, und was ſi mit alt und nüwem inſtrument[7] beweren möchtind, darbi woltind ſi inen gſtand gen[8] und lib und gůt zů inen ſetzen[9]; wo nun ein landtsrat hüt eins machen wolt und morn ein anders, möchtind ſi nit erliden; ſi ſoltend ouch lůgen, wie wol es inen ſtünd. Alſo bracht man inen uff den nechſt vergangnen landtsrat diſe antwurt. Die hatt nun die ſach widerumb ein mal ze gang bracht, mit der hilf gottes; wie lang aber wir von beyden lenderen unangevochten blibynd, mag ich nit wüßen. Wir hand blug[10] lüt under unſerem gwalt: wo nit got die gmeinden ſtarkti, ſo beſorgte ich, den lenderen wurd alles vergunnen, das ſi begertyndt. Doch iſt ietz abermals die vorgemelt antwurt uns worden, das wir alle ding nach gottes wort beſcheidenlich handlen ſöllend, es ſy der meß halb oder anderer dingen; denn dieſelbig iſt in fier pfarrkirchen[11] abgeſtelt, doch mit willen der gmeinden. Under allen gmeinen mag es nit geſchechen, uß mangel des wort gottes; ob got wil, ſo wirt es ouch mit der zit gſchechen. Ouch mit dem brod zücht man nit me mit den ſchellen und pomp zů den krancken, darumb ſi uns — die von Schwitz und Glaris — übel ſcheltend. Diſers geſchicht aber nit, das es die diener nit umb wellind tragen; ſunder das volk iſt uß gottes crafft der maß underwiſen, das ſi wüſſent, in uſſerlichem eſſen gantz ghein ſälickeit ſtan. Nit das ſi darbi die gmeind gottes und das nachtmal Chriſti verachtind, ſunder ſi halltend 's groß und begerend ſtäts, ſölichs von uns ingſetzt werden. Hierumb wer min ernſtlich pit, du hetyſt mir ein beſcheid darvon geſchriben, wie wir die ſach ſöltind angriffen. Ich han

10 nüwem] nuvem — möchtind] mochtind — 12 hüt] hut — 17 wüßen] wußen — 24 Ouch] Oüch.

---

[5]) *Der Druck, den die Schirmorte Schwyz und Glarus durch Zuschriften an den Landrat in Toggenburg ausübten, dürfte durch eine Tagsatzung vom 11. September 1525 zu Schwyz veranlaßt worden sein, die den Gemeinden in der Ostschweiz ankündigen ließ, man wolle an den alten Gebräuchen festhalten und verlange von ihnen eine bezügliche Erklärung; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 771.* — [6]) *d. h. der Landrat.* — [7]) *Testament* — [8]) *sie unterstützen* — [9]) *s. Nr. 354, Anm. 4.* — [10]) *blöde, furchtsam* — [11]) *Stein, Hemberg, Wattwyl und Wildhaus (?).*

üwer ordnung[12] wol geleſen, die mir ouch wol gefalt. Noch ſo mag es in allen pfarren unſer grafſchaft nit uffgericht werden, uß urſach, wie du vor gehört haſt. Die, ſo es aber anfiengent, wurdent ſtands gnůg han[13]. Ich bin ouch in hoffnung, die anderen wurdent uß ſölicher ernſtlicher und chriſtenlicher betrachtung und danckſagung ouch bewegt, die warheit anzenemmen.

Noch eins, das mich übel beſchwärt, och kümmerlich mag hingnomenn werden uß urſach der blödikeit des fleiſch und unerkantnus gottes; das iſt diſers: gott hatt uns angriffen mit der peſtilentz[14], darum die menſchen ſo unchriſtenlich meinungen und ſchüchen[15] hand, davon nit zů ſagen iſt, wie ſi ſo bös meinungen von der verordnung gottes hand; wüſſend ouch nit, das wir ſoltend begeren, alle ſtund vom fleiſch zů entlediget werden und bi gott zů wonen, wie wol ich weiß, das fleiſch nit dahin mögen kommen, welichem der tod ein ſchreck iſt. Das ich wol weiß. Hieby weiß ich aber wol, nieman nütz mögen gſchechen on die verordnung gottes, welche aber wenig recht annemendt; dann ſi meinent es von einem menſchen dem anderen gegnen[16], ia etwan vom tüfel — uß welichem die almechtigkeit gottes in uns vertuncklet wirt; denn das er hatt lebendig gmacht (on inn hat ouch nüt das leben), das wirt er ouch widerumb tödten, ſo es im gefalt, es ſi mit diſerem oder mit einem anderen todt. Uß ſölicher unerkantnus gottes lident etwan die brůder mangel troſts halb vom menſchen. Es werdent ouch die, ſo an der verordnung gottes dapfer blibent, wie gruſam ioch[17] gott das fleiſch angrift, von den anderen übel geſchulten und inen für ein verrůchte und frävel geachtet, ſo ſi die krancken heimſůchent und tröſtent. Welches mir, aller liebſter brůder, ſchwer angelegen iſt; denn ich weiß nit den minſten teil unſer ſäligkeit an dem ligen, ſo wir der verordnung dapfer anhangent, und ob er ſchon uns all uff einen huffen todte. Darumb bis ernſtlich ermant umb des heils willen aller Chriſten: ſchrib mir etwas von ſölichem ſchüchen[18] und hinderſich zupfen an der verordnung gottes; dann din ſchriben möcht mengen ſterken, dwil du ſo wyt im euangelion verſchreit biſt. Denn es wend etlich gar blug[19] ſin, die ich nit gmeint hette.

By mir ſtat es uß gottes gnaden wol; wo man ſi aber nit ſtätz

3 gehört] gehort — 7 kümmerlich] kummerlich — 18 wirt *übergeschrieben* — 24 geschulten] geschülten.

---

[12]) *Die Zürcher Nachtmahlsordnung, abgedruckt Bd. IV, Nr. 51.* — [13]) *genug Unterstützung haben* — [14]) *Auch aus dem Thurgau heißt es Ende September 1525: „der tod rychsnet"; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 778.* — [15]) *Scheu, Schrecken* — [16]) *widerfahren* — [17]) *auch* — [18]) *vgl. Anm. 15* — [19]) *vgl. Anm. 10* — [20]) *sich eifrig damit abgeben.*

ſterckt, werdent ſi durch andere vorchtſame und ir fleiſch abtrünnig. Darumb bis ernſtlich darumb ermant ꝛc.

Ouch wie ich mit dir von der ſpänen wegen, ſo ein graffſchafft und die von Schwitz und Glaris mit einanderen hand, ergründen wol mit lüten, die ſich ſölicher dingen nietendt[21]; dann uns beduncKt das landtrecht wider ſich ſelbs ſin, namlich alle artikell ſigyndt wider die zwen erſten. Doch erfarendt die ſach; ir werdent vilen im landt ein dienſt daran thůn.

Thů in allen dingen, als eim chriſtenlichen wechter und hirtzen [!][22] zimpt. Hiemit bis got empfolen mit allen denen, ſo Chriſti ſind. Grůß mir Leonem[23] und ſin husgſind, ouch din husgſind ꝛc., amen.

Geben zum Stein, uff Montag vor Simonis und Judä 1525.

Blaſius Forer.

An Huldrichen Zwingli, predicanten zů Zürich.

---

[21]) *sich eifrig damit abgeben* — [22]) *Schreibfehler für: Hirten* — [23]) *Leo Judä.*

398.

Johannes Brennwald[1] *an Zwingli.*

(Hinwil, Herbst 1525?)

S. P.

Lieber brůder! Jch han dir gſchriben[2] in yl; alſo gadt es ietz aber. Wie dem allem, langtt etwas an dich von diſer frouwen, thů, was dich beduncKt. Uff alles han ich von den töufferen geſchriben[3]; frag den botten,

3 frouwen] fröwen — 4 beduncKt] bedünckt.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Aus einem Bande, S. 459. Siegelabdruck, der das Wappen der Brennwald von Zürich und darüber die Buchstaben I. B. *zu beiden Seiten eines Kreuzes zeigt.*

Ungedruckt.

---

[1]) *Johannes Brennwald, von Zürich, wurde 1509 als Johanniter-Ordensbruder mit der dem Hause Bubikon zustehenden Pfarrei Hinwyl im zürcherischen Amt Grüningen belehnt (s. den Lehensbrief in seinen Aufzeichnungen vom Februar 1527 (?)). Er hielt in den Bauernunruhen des Sommers 1525 zu den Amtleuten und predigte wie andere Pfarrer der Gegend in radikalem Geiste, besonders auch gegen den Mißbrauch des Zehntens und für die Freiheit des Predigens: „wir sind alle fry, einer wie der ander, und sige niemant eigen, und habint all einen herren, das ist Gott; und mög ein ietlicher das gottswort so wol verkünden als er, welcher si[n] dann bericht ist“ (Egli, Aktens. Nr. 938, S. 447 f.). Bald nachher begannen ihn die in der Gegend zahlreichen Täufer drei Jahre oder länger zu bedrängen, sogar in der Kirche, so daß er wiederholt an die Obrigkeit berichten und Rat erbitten mußte (a. a. O. Nr. 837, 841, vgl. 842, 856, 1189, 1516). Schon 1525, vor der obrigkeitlichen Anordnung, führte Brennwald ein Taufbuch (s. Egli, Zürcher Wiedertäufer S. 102). Ihm hat Kaplan Jörg Syz am Großmünster ein Lied über die Täufer gewidmet (Simmlersche Sammlung Bd. 27). Obwohl wegen jener Haltung in den Bauernunruhen später amtlich verhört und geständig, behielt er seine Pfarrei, wie das Verzeichnis der Prädikanten zur ersten Synode vom 21. April 1528 zeigt (Egli, Aktens. Nr. 1391). Brennwald soll Ende 1530 gestorben sein. —* [2]) *Ein früherer Brief Brennwalds liegt nicht vor. —* [3]) *Briefe Brennwalds über die Täufer an die Obrigkeit liegen seit Oktober 1525 vor; wir reihen das undatierte, übrigens wenig klare Billet an Zwingli unmaßgeblich hier ein.*

was gehandlet fyg. Die von Glaryß sind in ir synagog gsin. Zům letsten wüß: min můtter ist ze Zürich by miner tochter; ist dir etwas angelegen ze schriben, thů es; da bitt ich dich umb trüwlich.

Valę.

Ioannes Brewald[4].

Meister Ůlrichen Zwinglin zů Zürich, sinem lieben brůder.

---

[4]) *Die Schreibung Brewald auch anderweitig, s. den oben genannten Lehenbrief und Egli, Analecta 2, 149, Anm. 2. Die Form „Brewald" ist jetzt noch im Dialekt üblich.*

399.

Jörg Berger[1] *an Zwingli.*

(Zürich?, 1525?).

Min grůß zůvor, lieber *meister* Ůrich.

In der oberkeit, da ich in namen miner heren hoch unnd nidre gricht han und zů richten unntz an die milch[2], da gat all abend und morgen des gwilds ein hüpſche hab[3], wie das zam ſe[4]. Da von derſelben zucht ſchik ich üch da j klein wildbret und bit üch: nämpt ver gůt[5] unnd habt gedult[6].

Üwer williger diener all czit

Jörg Berger,
küvogt[7] Zürich.

(Äußere Adresse fehlt).

7 Üwer] Uwer.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Aus einem Bande, S. 430. Ungedruckt.

[1]) *Georg Berger war einer der namhaftesten Beamten und Kriegsmänner Zürichs. Er wird erwähnt als Fähnrich bei Novara 1513, als Hauptmann im Piacenzer Zug 1521 und im ersten Kappeler Krieg 1529, als Landvogt von Grüningen (seit 1514?) bis 1528 und seither als Säckelmeister der Stadt. In seinen letzten Jahren (er starb am 27. Oktober 1532, vgl. Bernhard Wyß S. 119, Anm. 3) stellte er sich zur Reformation zum mindesten reserviert. Mühevoll und schwierig war seine Stellung als Vogt von Grüningen seit 1525 wegen der Bauern- und Täuferunruhen. In diese Zeit möchten am ehesten Beziehungen zu Zwingli fallen.* — [2]) *bis auf die Milch* — [3]) *Herde, Rudel* — [4]) *Vieh* — [5]) *nehmt vorlieb* — [6]) *Wir reihen das undatierte Billet zum Herbst 1525 ein, doch ganz unmaßgeblich.* — [7]) *Kuhvogt, wohl Anspielung auf die viehreiche Herrschaft Grüningen, deren Vogt der Schreiber war. Die Zeilen scheinen bei einem Aufenthalt in Zürich geschrieben zu sein.*

400.

Wolfgang Capito an Zwingli.

Straßburg, 28. Oktober 1525.

S. Recantavit Carolstadius[1] specie declarationis sententiam suam super materia eucharistias [!]. Sancte iurat se invito, quę scripserit, in vulgus exiisse, neque quicquam definiisse, ut cui duntaxat consilium fuerit cogitationes suas incertas, causa inquirendae veritatis, in medium protulisse. Lutherus huic agenti supparasitatur[2], qui agnoscit inscriptiones opinantis citra assertionem esse. O viros vere euangelicos! Nam Carolstadius ad extremum iudicium domini provocavit, Lutherus illum commeritum publicum supplicium neque hominem esse, sed prorsus agere cacodaemonem asseveravit, et tamen remiserunt uterque

3 ut *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 169. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 426 f.

---

[1]) *Durch die schweren Erfahrungen zu Rothenburg an der Tauber im Bauernkriege gebrochen, sah Karlstadt keinen andern Ausweg mehr, als sich Luther zu unterwerfen. Er schrieb aus Frankfurt am 12. Juni 1524 bittflehend an Luther und verfaßte hierauf, nach dessen Begehren, die Schrift: „Entschuldigung D. Andres Carlstads des falschen namens der auffrür, so yhm ist mit unrecht auffgelegt", 24. Juni 1524. Luther gab später (1525) diese „Entschuldigung" mit einer Vorrede im Druck heraus. Nachher, als er sich mit Luther persönlich ausgesprochen, verstand sich Karlstadt am 25. Juli zu einem Rückzug bezüglich seiner Abendmahlslehre in der Schrift: „Erklerung wie Carlstat sein lere von dem hochwirdigen Sacrament vnd andere achtet vnd geacht haben wil". Ein förmlicher Widerruf ist diese „Erklärung" freilich nicht; doch hat sie nachher (1525) Luther mit einem Vorwort publiziert wie die „Entschuldigung" vom Juni. Eingehend berichtet über alles Barge in der Biographie Karlstadts; vgl. besonders 2, 364 ff. und Weimarer Lutherausgabe XVIII, S. 431 ff., 446 ff.* — [2]) *Luther hatte Karlstadt im eignen Hause aufgenommen und sich für ihn beim Kurfürsten um Aufnahme in Kursachsen verwendet; es bewegte ihn aufrichtiges Mitleid. Capito scheint infolge seiner Abneigung gegen Karlstadt über die Aussöhnung etwas lieblos zu urteilen. Vgl. Barge a. a. O. S. 372 f.*

iuxta illud: Habeto benevolentiam cum adversario cito, dum es in via cum illo *[Luc. 12. 58]*. Nam appellatum iudicem antevertunt. Patrono Carlstadius, opinor, usus est ventre sagacissimo *[Phil. 3. 19]*, cuius res eiusmodi declaratione gesta est. Bene cecidit; stolida arrogantia miras illius excitavit turbas, quas turgentes componit pacificus venter. Tu vafro commento perstringeris ab utroque, quod incertum tibi proposueris et quod eodem, quo Carolstadius, argumento connixus sis. Nos edemus ridiculum istum libellum[3], quo se, quales animo sint, illi magnifici ipsi declararunt. Addemus scholia idonea cum prefatione ad praemonendum lectorem neque tui obliviscemur, tametsi nostro non indigeas subsidio.

Caeterum, charissime frater in domino, visus es Bucero et mihi admonendus eius industrię, cuius es alioqui observantissimus, nimirum ut moderata constantia scribas, quę in posterum scripturus es, nihil, aut quam minimum poteris, stomacho tuo indulgens. Quo pacto, uti causa sumus, ita modestia quoque superiores erimus. Videmur obtinuisse articulum fidei necessarium non esse neque Luthero ipsi deum impanatum; qua libertate facta quid obstabit amplius, quo minus auferamus sententiam? Pomerano libere ac diligenter scripsimus[4]. Quas literas haud dubium omnes alii viderunt Witenbergenses. Quid responsuri sint, auguror. Eius responsionis te faciemus extemplo certiorem; nam his diebus istinc ad nos iuvenis quidam redibit. Palatinus elector[5] cum tota ditionis suae nobilitate pro verbo decrevit; liberumque fecerunt et loquendi et agendi *arbitrium* iuxta scripturam.

1 *vor* cum *gestrichen* cito in via — 4 gesta] *ursprünglich* gestam — 7 quod *übergeschrieben* — argumento *übergeschrieben* — 9 ipsi *am Rande nachgetragen* — 10 *vor* tametsi *gestrichen* neque — 18 facta *übergeschrieben*.

---

[3]) *Die im Anfang des Briefes erwähnte „Erklärung" Karlstadts in Sachen seiner Abendmahlslehre mit Luthers Vorwort vgl. Anm. 1. Die Ausgabe, die Capito hier in Aussicht nimmt, ist vermutlich der 1525 in Straßburg bei Johann Knobloch erschienene Druck. Vgl. Weimarer Lutherausgabe Bd. XVIII, S. 449. Auf Vorrede und Kommentar hätte dann Capito verzichtet.* — [4]) *Der Brief Capitos an Pomeranus vom 8. Oktober 1525 ist abgedruckt bei Vogt, Bugenhagens Briefwechsel Nr. 15 (S. 32 bis 50).* — [5]) *Kurfürst Ludwig V. von der Pfalz (1478—1544). Unter dem Eindruck der Bauernbewegung wandte er sich am 18. Mai 1525 um ein Gutachten an Melanchthon und Brenz und stellte sich hier auf den Boden des Schriftprinzips. Capitos Meldung übertreibt, um einen feierlichen Beschluß der Wortverkündung handelte es sich nicht. Vgl. G. Bossert: Beiträge zur badisch-pfälzischen Reformationsgeschichte (Zeitschr. für die Geschichte des Oberrheins N. S. XVII 37 ff.). Vierordt: Geschichte der evangelischen Kirche in dem Großherzogtum Baden I (1847), S. 221 ff. Auf dem Landtage vom 26. September „legten die dort versammelten, der Pfalz verpflichteten Grafen und Herren dem Kurfürsten ans Herz, da der gemeine Mann so heftig nach*

Talibus praeiudiciis conventus Augustanus[6] occupabitur. Ad Ferdinandum hinc magnifici pectoris virum Christianum brevi mittent; agetur etiam quiddam de verbo. Aula multum ad cognitionem veritatis accedit. Tantum oramus, ut dominus ministrorum verbi dissidium abstineat, qua peste nihil video fore pernitiosius. Video tamen cogitationes quorundam ad contentionem spectare, quibus mentem precor meliorem. In Palatinatu sunt, qui subscribunt sententiae tuae, qui purissime sentiunt de cęna domini.

Vale.

Argen*torati* 28. Octobris anno 1525.

Volfgangus Fabritius Capito.

Bucerus et Hedio te plurimum salutant in domino. Amicissime te iubet valere Farellus[7], eximii iudicii vir atque observandissimus [!] Zvinglii, Miconium, Leonem Iud. Ac ecclesię toti nos nostramque commendes.

Huldericho Zvinglio, episcopo Tigurinorum,
amico et fratri charissimo.

---

dem Worte Gottes schreie, und da jede Obrigkeit verbunden sei, das göttliche Wort frei predigen zu lassen, so solle man hierin dem Volke willfahren, dagegen solche Prediger, die zum Ungehorsam gegen die Obrigkeit verleiten, streng bestrafen. Der Kurfürst nahm diese Erinnerung nicht ungütig auf und versprach, er werde nichts versäumen, was zum Frieden dienen könne" (Vierordt S. 236).

[6]) *Der auf Martini 1525 nach Augsburg ausgeschriebene Reichstag, der dann so schlecht besucht war, daß man ihn auf das nächste Jahr nach Speier vertagen mußte (Möller-Kawerau: Lehrbuch der Kirchengeschichte III³ (1907), S. 75).* — [7]) *s. Nr. 380, Anm. 1. Farel war im Frühjahr 1525 von Montbéliard nach Straßburg gekommen; Kirchhofer, Farel 1, 49.*

401.

[Zwingli an Johannes Oecolampad.]

(Zürich), 28. Oktober 1525.

Franci cuiusdam epistola ad quendam civem Basiliensem[1].

Diu nihil a nobis accepisti literarum, quod tam turbulenta ętas, quę omnia in suspitionem trahit, ut iuste nocuisse videatur, consultius esse monebat opportune premere, quę non posses ad amicum opportune renunciare, quam invitis avibus et te et amicum prodere. Huc enim ventum est, ut cum amico de veritate et innocentia commentatum esse fraudi vertatur. Sed accidit, quod me ad consuetam epistolam potuit cogere. Circumlata est per urbem nostram epistolae cuiusdam copia, quam Erasmo tribuebant, qui a Lutero et a pontifice Romano stant. Phrasis non abhorret, sed negat acerbitas, nisi aut Erasmi lingua non sit Erasmi, aut aliud alat in pectore homo, aliud lingua crepet, id quod parum libenter ex quibusdam audimus. Dissipantur simul rumores, non esse dubium de autore, sed neque de illis: cum quod ad Cunhardum Pellicanum sit ab illo

1 *hinter* Basiliensem *gestrichen* super eo quod Erasmi epistola — 4 *vor* premere *gestrichen* premenda — *vor* posses *gestrichen ein zweites* non — 11 *vor* aliud *gestrichen* proh [?] — 12 crepet] crepat.

Zürich, Stadtbibliothek: Msc. F. 37, fol. 193 f.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 427/432.

---

[1]) *Der Brief ist eine Antwort auf den Angriff, den Erasmus gegen Zwinglis und Oecolampads Abendmahlslehre unternommen hatte, und von dem in den letzten Briefen Oecolampads wiederholt die Rede war. Erasmus hatte, ohne seinen Namen zu nennen, eine handschriftliche Epistola in der Sache zirkulieren lassen und Oecolampad das Wichtigste daraus an Zwingli mitgeteilt, am 22. Oktober (Nr. 396). Zwingli ist der Schreiber der vorliegenden Antwort, wie trotz der Verhüllung des wahren Namens schon aus dem Autograph zu erkennen ist. Der Adressat, ebenfalls nur andeutungsweise erwähnt, ist kein anderer als Oecolampad; Beweis ist sein Brief vom 4. November (Nr. 404), worin er Zwingli für die dem Erasmus gewidmete Antwort dankt und sagt, er sende das Autograph, das ist eben diesen Brief vom 28. Oktober, gleichzeitig zurück.*

missa[2], tum quod apud senatum vestratem sit publice, cum de Oecolampadii libro consultandum esset[3], prælecta. Quę omnia me sic dubium et ἄπορον reddiderunt, ut tuam hac in re præstolaturus sim significationem, priusquam quicquam accipere statuerim. Quod enim epistola ista Erasmi sit, difficulter persuaderi possum, quod, quę hic adducuntur, non modo infirma argumenta, sed ne argumenta quidem esse videntur. Quid enim hoc valere debet: Stupeum est, quod adducis, dum non probas, qua parte sint stupea? nec tu adamantina profers, cum non rumpis, quę stupea sunt? Hoc vero quam ineptum sit, quis non videt, cum sic scribitur: Semel sustulit carnem (Christus scilicet), ne esset offendiculo; ubi hoc intenditur, quod semel tantum Christus carnem dixerit nihil prodesse, ideoque ex illo loco non posse defendi, quod, qum dixit *[Matth. 26. 26 und Parallelen]*: Hoc est corpus meum, debeat de corporea carne non locutus esse intelligi. Quasi vero aut hoc ipsum: „Hoc est corpus meum“ plus semel dixerit, aut, quod semel tantum dictum est ei, qui deus est, susque deque ferri possit. Semel tantum dixit *[Luc. 22. 26]*: Inter vos non sic erit; ergo licebit non modo ambire imperium, sed etiam imperando perdere? Semel tantum dixit *[2. Mos. 20. 15]*: Ne furtum facias; ergo licet furari sportula, victitare aut principum stipe? Quę de labiis dei procedunt, irrita fieri nequeunt. Cęlum enim et terram citius perire oportet, quam voculam aut apicem de verbis eius *[Matth. 24. 35]*. Sic ergo est argumentandum: Semel diserte dixit Christus *[Joh. 6. 63]*: Caro non prodest quicquam; igitur nusquam præbuit eam. Non enim dat deus, quę nihil prosunt. Qum vero circumstantiam istam non sunt admirati discipuli, sua autoritate vel reiicit vel contemnit. Quid hoc esse dicas? Præsertim cum paulo ante dixerit is, qui scripsit: Hactenus cum omnibus Christianis adoravi Christum pro me passum in eucharistia. Si enim apostoli Christum in eucharistia, ut iste, adoraverunt, nimirum admirati sunt, cuius tamen vestigium nullum videmus. Si vero admirati non sunt, si non adoraverunt, non de ea statuerunt, quod nos recepimus. Non est ergo leve: discipuli non sunt admirati; ergo eucharistiam non sic coluerunt, ut nos. Quis enim nostrum admiratione contentus est? adoramus etiam, id quod nomen ipsum

9 *vor* quam ineptum *gestrichen* Si [!] istud — 14 *vor* debeat *gestrichen* non — 15 aut *übergeschrieben* — 22 *vor* eius *gestrichen* dei.

[2]) *Pellikan hatte in einer Predigt die Abendmahlslehre Zwinglis und Oecolampads durch Stellen aus den Schriften des Erasmus beleuchtet, welche den geistigen Genuß betonen, und dadurch Erasmus zu seiner herben Abwehr veranlaßt. Bibl. Erasm. 1, p. 93 verzeichnet: Brief aan Coenraad Pelikaan, bevattende zyn gevoelen wegens het H. Avondmaal des Heeren. Amst., G. Tielenburg, s. d. 8°.* — [3]) *Vgl. Nr. 396.*

gratiarum actionis notat. Iam hoc: iubemur esse spirituales, quasi caro sic exhibita officiat spiritui, quam lentum sit ac tardum nullo negocio videtur. His enim verbis: caro non prodest quicquam *[Joh. 6. 63]*, nemo putat, nisi qui vel errat vel in viam reduci non vult, in genere carnalem intellectum damnari, sed eam opinionem, quam Iudęi de carne eius conceperant, nempe qua putabant, se ad carnem istam corpoream edendum cogi *[Joh. 6. 52]*. — Qum vero hic dicitur: Christum hoc toto sermone hoc agere, ut spirituales simus, iam ad argumenti summam spectatur, qua hoc porro intenditur, ut Christo fidamus; sed non sic accipiebant Iudęi, ut per carnem edere intelligerent Christo fidere, sed dentibus iam glaucoma carnis horrebant. Christus ergo hanc erroris occasionem sustulit, cum dixit *[Joh. 6. 63]*: caro non prodest quicquam. Hanc ergo vocem cum semel dederit, in perpetuum non est carnem suam corpoream daturus dentibus commoliendam [!]. Et quod hic quęritur, an caro sic exhibita officiat spiritui?, prodit, non esse Erasmi; is enim plane videt obstare spirituali intellectui, si te putes carnem hoc convivio edere; Iudęi enim, cum in hac essent opinione, non capiebant euangelii vim, quę hic deprędicatur. Non magis ergo ipsam capiunt, qui adhuc in eorum errore tenentur. Discipuli vero Simone advocato dicunt, se credere, hoc est fidere Christo: ipse enim sit filius dei vivi *[Joh. 6. 69]*. Adde, quod hęc caro, quam isti sic se carnaliter, sed invisibiliter edere adserunt, vel hac una ratione spirituali intellectui obstat, quod nec fides nec sensus huic opinioni unquam accedunt, etiamsi oris audacia aliud iactet, suadente nimirum hypocrisi; quę, ut fideli peritoque iudicio possit imponere, ipsa viderit. Modo, inquit, ineffabili. Id istis verbum Telamonii scutum est[4], huc omnes confugiunt; cum scriptura vincuntur, cum fide, cum sensu, iam in hęc adyta se recipiunt: Modo quodam ineffabili. At Christus lux est *[Joh. 8. 12]*, hęcque potissimarum incarnationis eius causarum una est, ut umbras hypocrisimque proderet ac aboleret. Qui ergo tam impenetrabiles denuo tenebras produxisset? Qui fieret, ut hypocrisim firmius quam unquam fulciret? Quę enim est maior hypocrisis, quam cum se omnes opinari quiddam simulant, quod porro nullus opinatur? Omnes voluimus videri credere Christi carnem hic edi; at nemo credidit. Prosequitur epistola: Caro est, sed nullis obnoxia sensibus. Quomodo ergo caro est? Dicis: quomodo ista, qua amictus Christus cęlos adiit? Sed in ea adsidet dexterę dei. Commentum nostrum

2 spiritui] *ursprünglich* spiritum; *vgl. Zeile 15, wo* spiritui *steht.* — 4 f. in genere *am Rande nachgetragen* — 6 ad *übergeschrieben* — 7 f. *vor* Christum *gestrichen ein nicht mehr lesbarer Buchstabe* — 10 edere] *ursprünglich* ederet.

[4]) *Der siebenhäutige Schild des Telamoniers Ajax. Vgl. Homer, Il. VII 222 f.*

hec [!] sunt; sic citra scripturam, fidem, sensum responsamus, cum contendere quidem volumus, sed citra veritatem. Iterum sequitur: Pignus est divinę erga nos charitatis, solatium expectationis. Ego pignus semper existimavi esse arrobonem [!] spiritus *[2. Cor. 1. 22, 5. 5]*, quo in pectora nostra demisso Christo dei filio fidimus. Hęc de nostro dicimus: Commemorationem adpellavit Christus, non pignus; ipse pignus est, quatenus mortem subiit, non quatenus dentibus in paterno solio per figmentum manditur. Rursus cum dicit: Solatium est expectationis: quęram, cuius solatium, oculorum an animi? Non oculorum: invisibiliter enim adserunt vorari, modo scilicet ineffabili. Animi ergo solatium esse reliquum sit; at quomodo potest animam caro, quacunque ratione voces, consolari? Spiritum esse oportet, quod animę possit insidere. Dicunt: hęc philosophica sunt, non theologica[5]; quasi vero ista a Delpho [!] sint, vel de propiciatorio e medio Cherubim allata: Pignus est divinę erga nos charitatis, solatium expectationis. Quid autem adtinet novum quendam commoliendę carnis modum fingere, quo dicamus, carnem spiritualiter edi, cum carne anima haud plus vesci possit, quam ovis? Atque ad hunc modum loqui nihil nos pudet: carnem spiritualiter edimus, non quod edere pro fidere iam accipiamus, sed carnem ipsam carneam, corpoream, sensibilem, spiritualiter et insensibiliter nos edere adserimus, cum tamen Roma*num* pont*ificem* Berengarium aliud confiteri coëgerit[6]. Post ista sequitur: Literę divinę pro nobis faciunt. Habemus: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur etc. Si hic tropum non admittimus, eadem opera Christum lapidem facimus; ipse enim lapis est, nec habemus, quo contentioso alicui satisfacere possimus, quod non sit lapis Christus, si hic tropum non recipimus. Tam enim a sensu ac fide abhorret Christi carnem edi, quam Christum esse lapidem. Si dicas: Christus sic locutus est, dicam ipse: Christus quoque sic locutus est: ego sum vitis *[Joh. 15. 5]*. Ioannes dixit esse agnum *[Joh. 1. 29]*. Ipse Christus iterum dixit Ioannem euangelistam filium esse matris suę *[Joh. 19. 26]*. Neque hoc ęgre evincunt, qui tropum admittunt, quod rei vocabulum accipi possit pro signo rei; manifeste enim ab eis stat scriptura. Circumcisio adpellatur pactum *[Act. 7. 8]*, quę modo signum est pacti.

2 sed *am Rande nachgetragen* — 6 Christus *am Rande nachgetragen* — 13 *vor* non *gestrichen* ista — 14 e medio *am Rande nachgetragen* — 21 *vor* edere *gestrichen* pro.

---

[5]) *Allgemein gehalten findet man diesen Vorwurf schon Nr. 384.* — [6]) *Berengar von Tours wurde wegen seiner Abendmahlslehre im Jahr 1050 durch eine römische Synode exkommuniziert und die Lehre nachher wiederholt verurteilt. Er unterwarf sich schließlich, wenigstens äußerlich.*

Agnus vocatur Paesa *[2. Mos. 12. 21]*, qui modo signum fuit Paesa etc., quemadmodum Oecolampadius vester et Zuinglius publicis monimentis probarunt. Sed et istud non est pretereundum [!], quod nemo sic arguit: verba ista sic possunt accipi, ergo sic accipiuntur; sed sic prodeunt isti, quatenus ego video. Caro corporea non prodest quicquam, ergo tropum esse oportet in his verbis: Hoc est corpus meum, sicut et aliis multis locis plana et adperta veritas aliquo in loco cogit eadem verba tropice intelligere. Probe enim colligitur: Christus apud Mattheum *[Matth. 21. 19ff., Marc. 11. 13ff.]* interdixit a virga, ergo apud Marcum tropus est, cum ille prodit indulsisse virgam; imo uterque locus fieri tropus citius potest, quam quod in altero loco nolimus recipere. Quid ergo portenti est, quę recte dicuntur et colliguntur, sic invertere idque deinde clam amiculis compertiri? Preterea [!] quod negat apud veteres inveniri, quod quisquam dicat ibi non esse corpus domini, audacter facit. Legat enim de Consecr*atione*, di. 2, ca. prima, et ibi: ut quid[7], et videbit, quid Augustinus loquatur. Veruntamen iis prętеritis, quid refert hoc argumento niti? cum quanto minus tales sermones apud veteres invenimus, tanto magis pateat, tam stultam opinionem ea ętate non esse vulgo receptam. Dicunt et alii: Utamur iis vocibus, quibus Christus est usus. Bene sane, dummodo apud eos loquaris, apud quos loquebatur Christus, et eo sermone, quo usus est Christus. Sic enim fiet, ut tam aurium quam sermonis idioma nihil aliud mentibus, quam tropum, ingerat. Nunc vero, qum tropico sermone uteris apud eos, qui tropum ignorant, vide, quam impudens et perfidus sis, si pravum sensum haurire permittas, qui ad tropum non penetrant? Hęc, inquam, omnia, quę iste aliquis inepte nimis effutit, inducunt, ut nulla ratione credam Erasmi esse hanc epistolam. Nunquam enim adeo acerbe in Pellicanum suum invehet. Adparet cuiusdam alterius esse, qui se sub aliena pelle latiturum esse speret.

5 prodeunt] *ursprünglich* prodiunt — 9 *vor* interdixit *und* 10 *vor* apud *gestrichen je ein unleserliches Wort* — 19 ea ętate *am Rande nachgetragen* — 25 *vor* sensum *gestrichen* intellectum — 26 *vor* quę *gestrichen ein nicht mehr leserliches Wort.*

---

[7]) *Corp. iur. can. ed. Friedberg, I, col. 1331. Es ist zu zitieren: Ut quid paras, c. 47 D. II. de cons. Die ganze Stelle: „Credere in Christum est manducare ipsum. Item Augustinus in libro de remedio penitenciae: Ut quid paras dentem et ventrem? Crede, et manducasti. Credere enim in eum, hoc est panem vivum manducare. Qui credit in eum, manducat eum".* — [8]) *Vgl. Nr. 396, Anm. 4.* — [9]) *Ludovicus Berus (Bär), s. Nr. 147, Anm. 3. Nachher Ursa genannt.* — [10]) *Claudius Cantiuncula, s. Nr. 160, Anm. 13. Bonifacius Amorbachius, s. Nr. 396, Anm. 4.* — [11]) *Zitat aus Cicero, Tusc. I 18, 41: Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Aus dem Griechischen, vgl. Aristoph. vesp. 1431:* Ἔρδοι τις, ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην. — [12]) *Stelle nicht zu finden.*

Quod autem huius epistolę lectio tantum valuisse fertur apud sęnatum, ut confestim Erasmus, Berus, Cantiuncula, Amorbachius censores sint libri Oecolampadii constituti[8], artis suspitione non caret. Erasmum enim excipio, cui Hebraicarum literarum vix mediocris cognitio contigit. Quid alii queso [!] in hoc campo facient? Alius[9] non modo sophista est, sed etiam sacrarum et humanarum literarum ferme rudis. Quomodo enim Ursa literas disceret? Alii duo iurisconsulti[10] sunt fortasse non adspernandi, verum quid illis cum schematismis sacrarum Hebraicarumque literarum? Quam quisque norit artem, hanc exerceat[11]. Promisit Fabius[12] tum artes in summum evehi posse, qum de ea [!] periti eius iudicent. Cogita mihi quęso e diverso, si Cantiuncula quiddam de feudis, aquęductibus, mancipi accipiendo aliquid scripsisset, et Oecolampadium sęnatus constituisset eius libri censorem: an non omnes in cachinnos haud aliter erumperetis, quam si cothurnis induta sus prodiret? Gratia deo, si vere habetis tot viros, qui de Oecolampadii scriptis censere possint; sed vereor nimis, quod in hoc argumento requiritur Oecolampadium rectius non solum urbis vestrę sed orbis doctos iudicaturum, quam ullius iudicium subiturum esse. Cur, quęso, ad ista nos arma convertimus? An excidit, quantum omnes, qui et eruditioni et pietati sudamus, laboraverimus, ne ullius scriptis vis fieret? ne in paucorum iudicio staret, quod sacrosanctum est? ut scripturis res gereretur, non autoritate? Orbis autem et conciliorum qur prętendimus consensum? An enim consensus esse dici debet, ubi non solum nemo consentit, sed ne sentit quidem? Quantum autem huius epistole [!] autor ecclesię iudicio, orbis conciliorumque consensui tribuat, inter prima videre licet. Cum enim sic tum de Pelecani[13] tum de sua sententia scribit: „Censebas enim profitendum in synaxi esse corpus domini; cęterum quomodo sit illic, deo, qui novit omnia, committendum esse. Ego vero hoc tuę sententię adiiciebam, mihi istuc videri simplicius, quod ita vitarentur varii difficultatum labyrinthi, si fas esset homini Christiano ab eo dissentire, quod conciliorum autoritas, quod omnium ecclesiarum ac gentium consensus tot iam sęculis comprobasset“. Hactenus ille. Vides, mi N., quid autor huius epistolę domi sentiat, quid foris loquatur? Vellet sic sentire, quod in synaxi esset corpus, sed quomodo istic esset deo committi? Cecidit ergo apud eum ista de transubstantiatione opinio; cecidit et ista de sensibilis carnis esu, quę Berengario est obtrusa. Quantum ergo putas apud hunc valere iudicium ecclesię, quem audis palam aliter sentire, sed cęlare, quod

9 Hebraicarumque *am Rande nachgetragen — vor* Quam *gestrichen* Hanc.

[12]) *Vgl. Anm. 14.*

per tyrannidem periculosum est profiteri. Qur igitur isti licet pro sua opinione sentire citra iudicium aut testimonium sacrarum literarum, quod ecclesia Ro*mana* non sentit, et Oecolampadio non licet tot scripturis freto sentire, quod veritas est? Unde enim tam ille fictus (ut arbitror) Pelecanus[14] quam fictus Erasmus sic audent pronunciare. Hoc nobis simplicissimum videtur, si profiteamur hic edi corpus, sed non ad hunc modum, quem tradunt pont*ifex* eccle*siae*, orbis consensus; an hoc sentimentum scriptura fretum est? At dicerent: propter ecclesiarum autoritatem non edicimus, quod sentimus. Discite ergo, hunc esse consensum orbis, qualis est vester consensus, propter ecclesiam et pont*ificem*. Hi si non obstarent, aliud sentiretis; ergo animus vester non est istic, ubi est ecclesie [!] sententia. Sic et omnium mortalium sensus dicere vobis videri debet: Si liceret per autoritatem pont*ificis*, eccle*siae*, conciliorum, per metum, nunquam crederem isthic edi carnem. Hic est iste vester consensus orbis, conciliorum etc. Quin aliud addam: ut ille iurat per Christum, se nunquam in hac fuisse opinione, ut non putaret hic esse corpus domini, ego quoque iurabo: nempe Christum mihi perpetuo irasci debere, si non hi, qui hanc de carne corporea spiritualiter edenda opinionem fingunt, id hac sola causa faciant, quod non credunt istic edi corpus, sed propter metum Iudęorum *[Joh. 19. 38]* confiteri non audent. Quid multa? Spiritualis omnia diiudicat *[1. Cor. 2. 15]*. Tu ergo, amice mi, omnia diligenter excute et, quid hac in comoedia verum sit, primo quoque tempore renuncia. Nos enim hic tenemur veri desiderio, non quod aliquid de sententia nostra simus immutaturi, si Erasmus cum Oecolampadio dissentiat hac in re, si sęnatum ad vim excitet, si eloquentię flumen universum in eum derivet, sed ne perpetuo adsuescamus omnium commenta pro veris accipere. Consentit in Oecolampadii Zuingliique sententiam orbis etiam eorum, qui reclamant, sed profiteri piget. Hoc vobis persuasum sit, qui Basileę Christum colitis, solos Zuinglium et Oecolampadium huius disputationis onus sustinere posse, si modo scripturis res agatur sique doctis, qui apud vos sunt, ullus est nasus.

Iam vale et da operam, ne sęnatus scripturę imperet, sed parcat.

Ex Chr*isto* 28. Oct*obris* M.DXXV.

13 dicere] *ursprünglich* diceret — 24 sit] *ursprünglich* sint — 26 *vor* cum *gestrichen* aut Luterus — 32 si . . . agatur *am Rande nachgetragen* — 34 *vor* parcat *gestrichen* ei.

[14]) *Die von Zwingli gebrauchte Namensform für Pellicanus. Vgl. S. 412. 27.*

402.

Ambrosius Blarer an Zwingli.

Konstanz, 4. November 1525.

Gratiam et pacem Christi.

Alias me tibi multis purgavero, ornatissime Zuingli; nam audio, de quibus me apud te accusent blatterones quidam, quos omnino melius et candidius de me sentire conveniebat[1]. Nunc unum hoc te etiam atque etiam oro, ut Henricum hunc Finitzium[2] mea caussa commendatum habeas. Vir est syncerus et bonus, primus pueritię meę formator non omnino pessimus, ut tum ferebant tempora, cuique hoc nomine plurimum debeo. Et cum habunde sibi magnam gratiam relatam putet, si per me tibi adcuratius commendetur, ingratus mihi vidębar, si hominis desyderio non facerem satis. Te igitur iterum atque iterum, quantum possum maxime, obsecro et obtestor, ut intelligat meam commendationem apud te nonnihil valuisse, et vel tenuis conditio sibi tuo beneficio obtingat. Hactenus satis feliciter laboravit in

St. Gallen, Stadtbibliothek: Litt. misc. XII. 187.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 433. Tr. Schieß: Briefwechsel der Brüder Ambrosius und Thomas Blaurer I (1908), S. 122f.

---

[1]) *Näheres über seine „calumniatores" schreibt Blarer am 5. Januar 1526 an Zwingli (Nr. 436).* — [2]) *Heinrich Finitz (Finenz) wird auch im folgenden Brief empfohlen. Vgl. auch Tr. Schieß: Briefwechsel der Brüder Ambrosius und Thomas Blaurer I (1908), S. 622 und G. Bossert in Blätter für württembergische Kirchengeschichte N. F. XIII (1909), S. 3. Er war 1533 Diakon in Weningen im Kanton Zürich (Egli, Aktensammlung Nr. 1988, S. 878) und versuchte anscheinend nach dem Tode des dortigen Pfarrers ungesetzlich die Pfarrei zu erwerben, was ihm aber mißlang. Doch nennt ihn Blarer am 7. Jan. 1535 Pfarrer in Weningen (Schieß a. a. O.). Er war vorher Pfarrer in Dornhan gewesen, hatte aber nach dem Bericht des Vogts von Dornstetten vom 9. November 1554 um des Evangeliums willen viel erlitten und während der Verbannung Herzog Ulrichs in der Schweiz in großer Armut gelebt; er wurde von Blarer wieder nach Dornhan berufen (Schieß a. a. O.), wo er bis zum Interim blieb (November 1548). Im Herbst 1549 kam er als Pfarrer nach Pfalzgrafenweiler, November 1554 nach Tumlingen.*

verbo; id quod apud vos aut vestros hoc faciet felicius, quo audebit liberius. Vicissim ipse nunquam deero officio, si quem tu mihi posthac in hunc modum commendaveris.

Vale, mi charissime frater.

Salutat te germanus frater meus Thomas[3]. Saluta Leonem[4] tuum nostris verbis et Hezerum, si istic est[5]. Cui cum hic visus sim nescio quas scripturę sententias parum dextre appositeque tractasse, miror, cur prius me traducere quam erroris admonere voluerit. Sed de hoc alias. Plura non possum, et tu nunc, scio, congressum adornas cum baptistis tuis[6], qui utinam tam nihil officerent euangelicis studiis garrulitate et pertinacia, quam nihil possunt scripturis et veritate. Christus per te etiam hac vice, ut hactenus, vincat. De rebus nostris certiorem te faciet Gregorius noster Manegoldus[7].

Ora pro nobis et nostra ecclesia, ut liberemur ab incredulis et perversis hominibus.

Ex Constantia 4. Novembris XXV.

Tuus Ambrosius Blaurerus.

Clarissimo Vdalrico Zuinglio, episcopo Tigurcensi vigilantissimo, fratri suo in Christo.

---

[3]) *s. Nr. 517.* — [4]) *sc. Iudae.* — [5]) *Vgl. den Brief Oecolampads vom gleichen Datum.* — [6]) *Gemeint ist die Täuferdisputation vom 6.—8. November 1525 in Zürich, über die Bullinger 1, 294 ff. ausführlich berichtet. Der Ausdruck Baptistae auch im zweitfolgenden Brief.* — [7]) *s. Nr. 477. Am 21. Oktober hatte Blarer vor dem Rat eine Disputation mit dem Dominikaner Antonius Pirata gehalten; er gab, mit Vorrede vom 22. November, einen „Wahrhaften Bericht" im Druck heraus (Weller Nr. 3326).*

403.

Johannes Wanner[1] *an Zwingli.*

(Konstanz, zirka 4. November 1525).

Gratiam et pacem a deo.

Nunquam audivi, charissime Hulderice, quod iis defuisses, qui ob Christi nomen persecutiones passi sunt; nec defueris Hainrico nostro[2], ubi rescieris, quae et ipse passus est propter euangelium. Non semel de uno loco in alium est persecutus, carceres expertus est, bonorum temporalium iacturam non parvam etc. Eam ob rem ipsum ob Christi et nostrum amorem suscipito, nec apud ingratum beneficia locabis etc. Sii [!] aliquis apud te Blaureris[3] fuisset obloquutus, quod temere tuam de eucharistia sententiam impugnarent, noli credere. Satis modeste hactenus de hac re locuti sunt, et si non probarunt, non tamen omnino inficiati sunt. Pendent adhuc. Nunquam de te male senserunt, ut ex literis Ambrosii melius intelliges[4].

Gratia dei tecum.

Datum . . .

Tuus Io*annes* Vannius.

Christianissimo Huldericho Tzwinglio, episcopo Tigurino, in Christo fratri suo.

5 *vor* carceres *gestrichen* est — 6 *vor* etc. *gestrichen* passus est — 8 *vor* quod *gestrichen* noli — 10 *vor* hactenus *gestrichen* de.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 277. Petschaftabdruck.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 446.

[1]) *Prediger in Konstanz; s. Nr. 209, Anm. 1.* — [2]) *sc. Finitzio, vgl. Nr. 402, Anm. 2.* — [3]) *sc. Ambrosio et Thomae fratribus.* — [4]) *Gemeint ist der vorige Brief, mit dem der vorliegende, undatierte, offenbar gleichzeitig geschrieben ist.*

404.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 4. November (1525).

Gratia a Christo, mi frater.

Post ablatos a bibliopolis per senatum libellos meos[1] nihil novi auditum. Mussatur, et secreti quippiam alitur. Rumorculus est me eiiciendum. At ille perpetuus. Gregem tenet trepidacio. Ego, spem in dominum habens, indignum arbitror a stiva respicere *[Luc. 9. 62]*; unde et in die omnium sanctorum, ut diem festum agerem cum sanctis viventibus, cenam dominicam aliquanto simplicius celebrare cepi[2]. Fieri potest adversarios iterum exulceratos. Unde autem non exasperantur, nisi forte infortuniis nostris? Fama est occasionem τῇ βουλῇ [!] ab Erasmi literis[3] et Carlstadii levicula revocatione[4] prębitam; nimirum vel inspecta fistula saltabunt fauni. Placuit ultramodum, quod responsum Erasmo; remitto αὐτόγραφον[5]. Sic oportet spiritus illos mendaces diiudicare. Hezerum[6] tibi commendo, ab Augustanis amicis non parum ob fidem dilectum, tametsi inde cedere coactum potentia et authoritate impanatum quam crucifixum Christum dili-

4 *hinter* perpetuus *gestrichen* est — 9 *vor* nisi *gestrichen* si non — 10 Carlstadii] Carl *(neue Zeile)* lstadii.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 62. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 432 f.

---

[1]) *Die Konfiskation von Oecolampads Schriften war die Folge der Gutachten, welche der Rat eingezogen, s. Nr. 396.* — [2]) *Oecolampad gab seine Liturgie im folgenden Jahr in den Druck. Näheres bei Herzog, Oecolampad 1, 340 ff. und K. G. Götz: Die Geschichte der Basler Liturgie seit der Reformation (Schweizerische theologische Zeitschrift XXV (1908), S. 114 ff.). Zwei Ausgaben zitiert Strickler, Literaturverzeichnis Nr. 275, 276.* — [3]) *s. Nr. 401.* — [4]) *Karlstadts „Erklärung" bezüglich seiner Abendmahlslehre war allerdings gewunden; einen Widerruf kann man sie nicht nennen, vgl. oben Nr. 400, Anm. 1. Dazu Barge, Karlstadt 2, 373 f.* — [5]) *Nr. 401.* — [6]) *Ludwig Hätzer; s. Nr. 383, Anm. 1.*

gentius prędicantium spirituique eius resistere non valentium; et iidem nunc scribunt ideo proscriptum, quod tibi ac Leoni[7] fecerit negocium et ex catabaptistarum numero sit, quum plane cognoscam illum pridem resipuisse vobisque addictissimum. Fortassis, ubi coram vobis se purgarit, licebit ei et Augustam facilius reverti. Nihil adhuc ex consuetudine eius displicuit. Librum „De eucharistia“ versum secum afferet. Tuo consilio in ea re utetur, num edendus vel supprimendus sit[8].

Sebastianus Maier hodie sistitur senatui, ignoraturque causa[9]. Prędsagit animus meus nescio quid sinistri. Omnem enim lapidem movent ἐχθροὶ et, quacunque possunt, nocent.

Tu hilari animo vive ac triumpha de baptistis novis[10].

Vale.

Quarto Novembris. Basileę.

Tuus Oecolampadius.

Huldrico Zwinglio, *p*ientissimo in verbo et *o*pere ministro Christi, Tigurinorum antistiti, fratri suo.

12 vive ac *übergeschrieben* — 16 *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen.*

---

[7]) *sc. Iudae.* — [8]) *Die Schrift erschien unter dem Titel: Vom nachtmal. Beweysung auß Euangelische schrifften, wer die seyen, so des Herren Nachtmals wort unrecht verstanden und außlegen . . . von Joh. Oecolampadius, verdeutscht durch Ludwig Hätzer, 48 Bl. in 4°.* — [9]) *s. Nr. 248, Anm. 1. Der Grund scheint auch heute noch unbekannt zu sein. Meyer hatte unlängst aus Schaffhausen weichen müssen. Vgl. Nr. 405, Anm. 1.* — [10]) *Vgl. Nr. 402, Anm. 6.*

405.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 11. November (1525).

Gratia et pax a Christo. Mi frater.

Nihil hac hebdomada innovatum est. Sebastiano Maier[1] quoque nihil accidit in iudicio, tametsi Satanas tentarit quippiam, ut hinc eiiceretur, quemadmodum Farellus[2]; adeo hospitum habemus rationem, veri Zodomitę *[1. Mos. 18. 4 f.]*!

Mitto revocationem Carlstadii[3]; sed ita palinodiam canere non fuerit revocare. Quin et tenuia argumenta, quibus nunc opportune utendum censet Martinus[4], contra ipsum veritati patrocinantur. Landtgravium Hessię ferunt scripsisse marchioni Badensi[5], constanti sit animo in re euangelica, et se euangelizantes tutaturum. Idem ferunt de Palatino[6]. At nos non ponemus carnem brachium nostrum *[Jerem. 17. 5]*. Hezerum[7] quidam ex Augustanis amicis fideliter mihi commendarunt. Dabo igitur operam, si quid illi fortasse ex pristinis moribus consuetudine nostra decedat. Bene enim quotidie exerceor, et res cum literis est, quo vivendi instituto vanitati facile renunciatur. Narravit mihi ineptias et insaniam catabaptistarum[8].

15 *vor* facile *gestrichen ein nicht mehr leserliches Wort.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 87. Aufgedrücktes Siegel noch erhalten. Auf dem Siegelstreifen stehen einige Buchstaben der Adresse.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 434.

---

[1]) *s. Nr. 404, Anm. 9.* — [2]) *s. Nr. 380, Anm. 1.* — [3]) *s. Nr. 404, Anm. 4.* [4]) *sc. Lutherus.* — [5]) *Markgraf Philipp von Baden. Über seine Reformbestrebungen s. oben Nr. 388, Anm. 12 und G. Bossert in Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins N. F. 17, 406 ff.* — [6]) *Ludwig V. von der Pfalz. Über seine schwankende Stellung vgl. Bossert a. a. O.* — [7]) *Ludwig Hätzer, vgl. Nr. 383, Anm. 1.* — [8]) *Hätzer war am Gespräch mit den Wiedertäufern am 6.—8. November in Zürich, vgl. Nr. 404, Anm. 10 und Nr. 402, Anm. 6.*

Gratię deo sunt, qui tibi astitit et pro sua misericordia non derelinquet.

Vale.

Basileę xj. Novembris.

Tuus Oecolampadius.

Huldrico Zwinglio, fidelissimo Christi servo, fratri suo.
Tigurum.

406.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 13. November (1525).

Gratia a Christo. Mi frater.

Ut nihil rerum nostrarum te fugiat: accersiti sunt heri a consule et tribuno plebani Albanensis ac Leonardinus[1], petitumque est ab eis, ut iuxta veterem consuetudinem sacrificent, ut ipsi vocant, missent, vel etiam a ministerio verbi desistant. Albanensi nihil erat in promptu, quod causaretur; paratus igitur cedere, quam impietatem admittere, ni plebs intercedat. At illius quantula fides! Leonardinus munitus literis conventionis suę indicavit se nihil intermittere, quod sui officii, et iam olim excepisse id molestię. Quid futurum sit, nescio. Miror, quare non et me vocarint. Fortassis in libello meo[2] offensuros se existimant, quo me commodius aggrediantur. Certe videmus Sathanam omnem movere lapidem. Eo die iterum[3] cenam adornaram dominicam, ut videns populus nostram simplicitatem et innocentiam nihil suspicaretur grave. Quandoquidem semper clamant papistę nos tollere omnia sacramenta, cogit necessitas, ut re ipsa indicemus, quod docentibus minus credunt. Urbano[4], ut monuisti, scribam diligenter de unctione, neque ille ęgre feret, etiamsi non obtemperaturus fortassis.

4 *vor* ut ipsi *gestrichen* vel — 10 *vor* vocarint *gestrichen* quantum a — 12 adornaram] *ursprünglich* adornavi.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 159. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 435 f.

[1]) *Leutpriester zu St. Alban war Petrus Frabenberger (s. Nr. 367, Anm. 2), zu St. Leonhard Marcus Bersius (s. Nr. 192, Anm. 1). Ähnlich war schon anfangs Februar 1525 Jakob Immeli, der Pfarrer bei St. Ulrich (Nr. 367, Anm. 3), vom Rat aufgefordert worden, ut vel prisco more sacrificaret, vel et a concione desisteret; vgl. Oecolampad an Farel 6. Februar (1525), bei Herminjard 1, Nr. 139.* — [2]) *De genuina etc.; s. Nr. 381, Anm. 1.* — [3]) *s. Nr. 404, Anm. 2.* — [4]) *sc. Regio; s. Nr. 62, Anm. 1. Ein Brief Zwinglis an Oecolampad in dieser Sache ist nicht erhalten.*

Retulit Ludovicus[5] quędam de testamento luculentius et copiosiore spiritu in disputatione[6] proposita. Fac, oro, per ocium, ut studiosis communicentur. Nequeunt enim singula referre auditores, prout dignitas rei postulat.

Salvos opto fratres omnes Leonem[7], Myconium, Ceporinum[8]. Et tu cum uxore letus esto, nec te moveant nostratium conatus! Nihil contra Christum poterunt. Is si plebem hic sibi delegit, eam suis pastoribus reget.

Basileę 13. Novembris.

Oecolampadius.

Huldrico Zwinglio, fratri *suo charissimo*.

2 *vor* disputatione *gestrichen* plebem — 11 *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen.*

---

[5]) *sc. Hätzer; s. Nr. 383, Anm. 1.* — [6]) *Zu Zürich am 6.—8. November, s. Nr. 405, Anm. 8.* — [7]) *sc. Iudae.* — [8]) *Vgl. Nr. 156, Anm. 3. Er starb schon im folgenden Monat.*

407.

Alexander Sytz[1] *an Zwingli.*

Straßburg, 14. November 1525.

Gratia tibi et pax a deo patre nostro et domino nostro Ihesu Cristo etc. *[Röm. 1. 7]*, dilecte frater, mi Udalrice.

Cum prompto ex Rutlingen ad te scripsi meam et mentem et statum[2]; qua autem et oratione, non possum non sperare ad manus tuas devenisse. Postea vero paucis diebus plebanus ex villagio Ober-

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 66. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 434 f.

[1]) *Alexander Sytz, geboren um 1470 in Marbach (Württemberg). Er studierte in Tübingen, wo er am 19. November 1488 immatrikuliert wurde, am 12. März 1490 zum Baccalaureus, am 20. August 1495 zum magister artium promovierte (H. Hermelink: Die Matrikeln der Universität Tübingen (1906), S. 73). Dann wandte er sich in Italien (Como [?], Padua, Rom) der Medizin zu und eröffnete in seiner Heimat die ärztliche Praxis. 1509 erschien in Pforzheim seine Schrift gegen die Syphilis: „Ein nutzlich regiment wider die bosen frantzosen". 1514 beteiligte sich Sytz an den gegen Herzog Ulrich von Württemberg gerichteten Bestrebungen des „armen Konrad"; er schrieb damals die gegen den Adel gerichtete Schrift „Der thurnier oder adeliche Musterung". Infolge dieser Unruhen verließ er Württemberg und wandte sich nach Baden, dann nach der Schweiz, wo er das Haupt zahlreicher württembergischer Flüchtlinge wurde. Als Badearzt in Baden (Aargau) erwarb er sich, zumal als Frauenarzt, großes Ansehen, hatte aber eine schwierige Position gegenüber dem die Tagsatzung anrufenden Herzog Ulrich von Württemberg. Literarisch veröffentlichte er 1516 eine Schrift über „Oberbaden im Ergöw . . .", einen Traktat über „die Art und Ursach des Traumes" und „de hominum vi et natura". Auf Verlangen Herzog Ulrichs wurde er, wahrscheinlich 1516, ausgewiesen; laut obigem Briefe ist er 1525 in Reutlingen und Straßburg gewesen. Dank Zwinglis Bemühungen kam er nach Zürich, rechtfertigte aber das Vertrauen nicht, und wurde wegen seines Lebenswandels ausgewiesen. 1529 ist er in Basel, geriet hier in Streitigkeiten religiöser und politischer Art, die sich bis 1535 hinziehen. Über sein späteres Leben ist nichts bekannt. Vgl. Gottlieb Linder: Dr. Alexander Sytz (Zeitschr. für allgemeine Geschichte, Kultur-Literatur und Kunstgeschichte, herausgegeben von v. Zwiedineck-Südenhorst 1886, S. 224 ff.).* — [2]) *Der Brief ist nicht erhalten.*

husen, semimiliari a Rutlingenn, vir quidem bone vite, optimus ecclesiastes, qui propter pericula presertim veris cristofforis nunc rure vivere timenda ad Rutlingen ad veros sui stipendii collatores sese dederat, nichilominus tamen frequentissime suam visitabat ecclesiam et fideliter pascebat gregem suam. Uno autem dierum et completo sermone dum in templo existens, proch dolor! capiebatur a regulo in Urach et qui post multa tormenta passus, nullius autem professionis reus, ductus est ad Stůtgartum et ad veram, ut aiunt, latronum speluncam suam exspiravit vitam, nunc in arbore pendens, secundus cum quodam prespitero altero eodem die similiter[3]. Quorum memor esse velit, cuius super omnia ineffabilis est misericordia. Hinc vero rumor increpuit, ne in Rutlingen ex confederatorum[4] faucibus tutus suam vitam ducere possit nec ego nec quisquam alter euangelisantium. Quid multis? Civitas erat merore et angustia obsessa, nec id infortunii ducebam exspectare, acquiescens concilio nostro salvatoris Mathe j.°. *[Matth. 10. 23]*. Ideo eripui me ad Argentinam, ubi ecclesiastica vita michi persumme placet. Sunt michi Wolffgangus Capito ceterique confratres michi amicissimi, quod michi omnium esset iucundissimum cohabitare eis, qui adeo strenue in nostro Cristo militant. Sed medicorum multitudo me plurimum molestat, qui et ipsi penuriam clamitant; quare minime victum et amictum acquirere possum. Qua autem inopia prius verser, ipse perspicue considerare possis ex ea spoliatione et iniuria, quam prius ex istis sacrilegis sim perpessus. Quare, dilecte mi frater et consolator optime pauperum, per tuam veritatem, pietatem et fidem te obsecro, etiam atque etiam exoro, memor esse mei velis coram tuis fratribus et primatibus promovendo, si congruo salario assumi possem in eorum phisicum, aut in Bern, aut Salator[5], quos audio medicos affectant [!], quibus nunc

7 et qui] *wohl verschrieben für* atque — 18 *vor* ceterique *gestrichen* ad — 27 salario] solario.

[3]) *s. Württembergische Kirchengeschichte (1893), S. 286 ff. Der schwäbische Bund schlug damals die Bauern unbarmherzig nieder und schaltete wie ein Reichsregiment. Zahlreiche Pfarrer, die teils am Bauernkriege beteiligt waren, teils reformatorisch gewirkt hatten, wurden hingerichtet. So ein Kaplan von Tübingen, der deutsch taufte und sich verehelicht hatte, ein Prediger in Urach, der Pfarrer von Unterhausen, der von Dietrich Spät (das ist der „regulus in Urach") mit Ruten gestrichen, nach Stuttgart geschleppt und mit einem anderen Pfarrer zwischen Stuttgart und Cannstatt gehängt wurde. Das oben im Texte stehende Oberhausen muß ein Irrtum sein; dort gab es keinen Pleban, vielmehr nur (seit 1496) einen Kaplan. Pfarrkirche, auch für Oberhausen, war Unterhausen. Vgl. Oberamtsbeschreibung von Reutlingen (1893), II 220.* — [4]) *Der Schwäbische Bund. Er hatte Reutlingen um Hilfe gegen die Bauern ersucht (Württemb. Kirchengeschichte 286).* — [5]) *Solothurn.*

carent. Et si quid de me boni polliceris, profecto non falleris; fidem optime conservabo. Nam in cura diligentissimus ero omnium, idque pro certo de me ipsa fama praedicat, non minus pauperrimis propter Cristum, quam nummosis propter nummos. Sed ceterum, quod et omnium diligentissime te exoro, ut presentem gerulum[6] nomine meo commendatum habere velis, si eum ad quandam famulaturam promovere possis, sicuti ab eo accepturus sies [!]. Nam ad unguem eum probavi, qualis integerrime sit fidei et omnium diligentissimus servus; nulla negligentia in eo. Insit paupertas eius cordi tuo. Quicquid in eum beneficii collaturus sies [!], haud aliter quam in me ipsum collatum putares velim. Sed petitioni mee acquiesces, sicuti optime possis, et spero indubitato, eum alterum tuum fore credas velim, quem peculiari iure tibi ascribere possis, cum omnium michi optatum esset tibi et gratificari et benefacere haud aliter quam alteri parti anime mee; et si quid impetraveris, certiorem me reddere velis ad Argentinam diligentissime te rogo.

Vale.

Die Martis post Martini anno 1525.

Alexander Sytz, doctor in Argentina.

Venerabili viro ac ecclesiasti optimo Huldrico Zwinglin in Zirch, fratri suo semper percolendo.

3 *vor* praedicat *gestrichen* me — 8 et *übergeschrieben* — 16 *vor* diligentissime *gestrichen* te.

[6]) *Weiter nicht bekannt. Vgl. Nr. 365, Anm. 1.*

408.

Wolfgang Capito an Zwingli.

(Straßburg), 14. November (1525).

Gratia tecum.

Tuas[1] accepi. De myropola[2] videbo. Witenbergenses nos misere traducunt tanquam blasphemos, hereticos, seditiosos, osores omnis humanitatis[3]. Belli homines huc profecerunt, ut errantes fratres, qui id impendio efflagitant, non dignentur admonere, sed passim literis odiosissimis proscindant. Rumor huc allatus est, Moguntinum[4] duxisse uxorem, quem esse vanum auguror. Verum gaudeo papistis esse, quod ringantur. Responsio ad Pomeranum[5] mirifice placet; sed in altero ternione mediam chartulam non misisti. Cura, ut bibliopola huc libros tuos in tempore mittat ad Wolfgangum Cephaleum[6]. Ego fide iubebo; nam praestaret, ut in tempore hic etiam legerentur.

Saluta Myconium et reliquos fratres.

14. Novembris anno[7]

Proximo[8] scribam; modo occupatissimo nihil vacat.

Capito.

Huldricho Zvinglio, episcopo Tigurino. — Zürich.

5 dignentur] dignanter — 6 proscindant] proscindunt — 11 *vor* etiam *gestrichen* ess.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 289. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 436.

[1]) *Der Brief Zwinglis ist nicht erhalten.* — [2]) *s. Nr. 409 im Anfang.* — [3]) *Fast wörtlich wiederholt im folgenden Brief Nr. 409, Anm. 4.* — [4]) *Der Kurfürst Erzbischof von Mainz.* — [5]) *s. Nr. 391, Anm. 3.* — [6]) *Wolfgang Köpfel, Buchdrucker in Straßburg, ein Verwandter Capitos, von diesem 1524 bei der Gründung seines Geschäfts gefördert; vgl. Köpfels eigne Erklärung hierüber bei Enders 4, 194, Anm. 3. Der Wunsch wegen der Bücher kehrt wieder in Nr. 409, Anm. 10.* — [7]) *Jahrzahl fehlt. Sie kann nicht zweifelhaft sein, s. Anm. 2 und 6.* — [8]) *s. Nr. 409.*

409.

Wolfgang Capito an Zwingli.

(Straßburg), 20. November 1525.

Gratia et pax a deo.

De filio praepositi[1] curavimus, necdum tamen quicquam certi responsum est per myropolas; nam primo cum duobus potioribus egimus. Uterque ministros modo habent. Nunc expecto responsum ab alio quopiam minoris quidem nominis, sed pii admodum, et hic noster Thomas[2] de subito abitionem suam nunciavit, ut prorsus excluderer ab agendo. Quod si res familiares praeposito satis suppetunt, paciscendum videretur pretium liberalius pro convictu videlicet, ut simul adesset medicis nostris, qui propediem ex stipendio reipublicae profitebuntur, modo dominus faveat nobis. Nam ad purum reparare collapsa nondum potuimus. Rustici rationes omnes perturbarunt, et comitum vicinorum tyrannis truculenta desevit, ut minus possint nostri, quam alioqui possent, atque omnis occasio obsistendi adversariis favet, qui modo omnia impediunt, praeter verbum.

Cupio scire eventum disputationis[3], tametsi victorem esse veritatem nihil dubito. Nobis praesidio fuit adversus istam pestem externa persecutio, qua deterriti homines in pace negotium et in bello ocium sectantes mussitant et latebras circumspectant, erupturi, nisi dominus per verbi usum assiduum aditum ipsis praesępiret, sicut

6 suam *übergeschrieben* — 13 favet *ursprünglich* favere — 17 qua] quae.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 203f. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 437/439.

[1]) *Vielleicht Felix Frei, Propst am Großmünster zu Zürich; s. Nr. 45, Anm. 3. Es handelte sich um eine Lehre des Sohnes bei einem Apotheker in Straßburg; vgl. Nr. 428, Anm. 5, Nr. 433, Anm. 4, Nr. 441, Anm. 4 und Nr. 444, Anm. 7.* — [2]) *Es ist wohl der Bote gemeint, der diesen Brief mitnahm, näher aber nicht bekannt ist.* — [3]) *Mit den Täufern zu Zürich am 6.—8. November, s. Nr. 406, Anm. 6.*

abunde praeseptum existimo. Nam advigilavimus diligentissime, et iam novit ecclesia tota inconvulsam veritatem. Non alligant vim salutis elemento aquę, quemadmodum anabaptistae illi assolent, sed eo inaugurari hominem atque in cętum recipi Christianorum, qui pro tempore sint victuri vitam penitentium et referentium acceptam deo per Christum sanctificationem suam. Pari esse iure baptismum, qua priscis circumcisio, quo signo tamen octavo die pueri Hebręorum in populum accensebantur. Pręterea munus apostolis praecipuum esse usum ac functionem verbi, eoque provectiori aetati observierunt, unde dominus illis praecipue praedicationem demandaret, postea baptismum. Qui enim fieret aliter apud rudes? Modo autem inchoata in multis fide cur nos pueros nostros non dignaremur consortio nostro, quos speramus domini esse, quia pueri, inquit, vestri sancti sunt *[1. Cor. 7. 14]*; quia sancti sunt pueri Christianis parentibus nati, ergo signo sancti populi cupide donamus. Hęc est nostrae ecclesię fides, neque est, qui a me vel tenuissimam suspicionem, ut ad crassum illorum errorem aliquatenus alluderem, audierit, utut quidam aut aliis temere de me tradunt aut sibi ipsi perperam persuadent. Intenti enim scopo Christianismi, qui vacaret de externis tantopere cogitare? Nos iustum scimus fide sua victurum *[Habac. 2. 4]*; illi argutuli, ut vim spiritus sibi occultam declarent, aquis pauculis ac tempori destinato alligant.

Witenbergenses[4], audio, nos hereticos, schismaticos, seditiosos, bonarum literarum osores pronunciant et talibus eulogiis literis suis passim dignantur, quorum effeminatum conatum rideo. Nam ociosis hominibus assentatorum turba, quibus stipati sunt, amentiam tantam conciliat. Sunt enim imbecilliores, quam ut impressiones adulatorum ferre possint, qui vix a longe minas hostium acceperint. Leve ducunt periculum fortunarum atque capitis nostri, quo nos cavendo per Christum occupatissimi sumus. Exoriatur aliquis futilis, qui nos deferat nomine impietatis! huic continuo creditur. Accedant multi boni, qui innocentiam, fidem et afflictiones nostras testentur, praeterea, si quid ad rem, amorem quoque bonarum, ut vocant, literarum! ii exibilantur magno cachinno, quasi, inquiunt, ab Argentina aliquid boni esse possit *[Joh. 1. 46]*. O neglectam charitatem! toties per Christum passum obtestati necdum meruimus, ut errantes moverent, et audent insimulare literis suis imperiosis hęreseos crimine omnium maximo.

12 *vor* in *gestrichen* est fides — 16 ut *übergeschrieben* — 17 aliquatenus alluderem *am Rande nachgetragen.*

[4]) *Ähnliche Klage schon Nr. 408, Anm. 3.*

Quoties oravi, per literas expostularent, obiurgarent, verberarent! nobis ab amicis vulnera fore gratiora, quam oleum adulatorum. Ubi hoc euangelii *[Matth. 18. 15]*: Si peccaverit frater, inter te et ipsum illum corrige etc.? agnoscis reliqua. Huc scripsit quidam iuvenis innocentissimus, qui modo Witenbergę agit, ad Iacobum Pludentinum[5], dolere se, quod is hic agat inter hereticos corruptissimos, qui sint autores seditionum, quamlibet dissimulent, osores bonarum literarum, cupientes Therentium explosum, et nescio quae Hebręa in locum substitutum [!] etc. Hoscine fratres agnoscamus, qui avent nostro pudore quam gloria domini se oblectare? Certe homines se produnt, si nihil aliud. His diebus Nurnbergenses huc scripserunt ad potiores[6] dolere ipsis civitatem tantam a concionatoribus in heresin de eucharistia illam infandam detrusam. Id quod cursui nostro moram aliquam nectit, ex integro impedire non poterit. Nos de eucharistia necdum pronunciavimus, et tamen ecclesię fere intelligunt veritatem. Sic fert nostra ratio, ut occupati meditanda Christi morte pro nobis obita obliviscamur interim, quid sit sub pane, deinde non esse articulum fidei, ut impanatum corpus credamus. Hoc recepto per se modo sic colligunt: Ergo non adest, si nihil hic prodest, neque ad rem est, ut adesse credamus. Sub Palatinatu[7] pii alioqui definierunt contra nos, quos velut medii amicis literis tentavimus placare. Quibus devictis, ut modo sumus illis contestati nos aut vivos aut mortuos fore victores, magna nostris partibus accessio facta est. Provocavimus ad colloquium, quod nobilitas sub Palatinatu ambit. Nam hodie literas de ea re suscepimus. Incumbemus summo studio, nactique colloquendi facultatem non video, cur non vinceremus in tam aperta ac bona

3 frater *übergeschrieben* — 4 quidam *am Rande nachgetragen* — 7 autores *übergeschrieben über gestrichenem* auditores — 12 *vor* dolere *gestrichen* ac [?] — 26 facultatem] cu *zur Verdeutlichung noch einmal übergeschrieben.*

---

5) *Jakob Bedrott, von Bludenz, hatte in Wien studiert, ein Studienfreund Vadians, mit dem er später auch schriftliche Verbindung pflegte, findet sich immatrikuliert zu Freiburg am 1. August 1521 als Iacobus Bedrotus Pludentinus, art. mag., ut asserit, presb. dioc. Curiensis (H. Mayer: Die Matrikel der Universität Freiburg I 1907, S. 253). Er las hier auch über Mathematik und Griechisch. Von hier ging er nach Straßburg und begann 1526 mit griechischen Vorlesungen. Er trat in die Ehe und war als Schriftsteller tätig, wurde vom Rat daselbst am 6. August 1529 als der erste protestantische Kanonikus in das Thomasstift aufgenommen. Man rühmte seinen Wandel, seine Berufstreue, seinen Eifer für Bildung und Evangelium. Er erklärte griechische Schriftsteller und gab alte Klassiker im Druck heraus. Im Jahr 1533 war er einer der beiden Bücherzensoren; Röhrich, Geschichte der Reformation im Elsaß 1, 262. 2, 10. 54. 82. Joh. Ficker: Handschriftenproben des XVI. Jahrhunderts Bd. II (1905), S. 79.*

causa. Noster Caselius[8], quem ad γραφοτυράννους τοιούτους abmandavimus causa referendę pacis, adhuc est in itinere. In horas expectatur. Totam ex nobis fabulam rescies. Responsionem tuam[9] probamus; verum praestaret, ut impressor per Basilienses recentes tuos libros huc in tempore mitteret[10]. Sero enim veniunt et postquam novitatis gratiam exuerint. Nosti huius seculi fastidium et alioqui turbam ac tedia libellorum inutilium, qui praeoccupant. Mi Zvingli, toto pectore ad studia pacis propendamus, quia necdum victus ac triumphatus est Antichristus et miseris quolibet tempore tormentum est conscientiarum dissidium episcoporum. Fac, ut modestiae laudem causae optimę adiungamus! nam ardentes carbones in illorum capita congeremus *[Röm. 12. 20]*; ipsorum illos pudebit tandem, nisi prorsus cum pietate et charitate etiam frontem exuerint. Libere scripturus sum ad istos, sed praeter talionem, utut me literis suis acerbissimis proscindunt.

Vale.

20. Novembris.

Farellus[11], Bucerus, Iacobus Stapulensis[12], Io*annes* Rufus[13], Vedastus[14] et quidam Symon[15], omnes Galli et contubernales

11 *vor* in *gestrichen* il — 13 *vor* nisi *gestrichen* q [?].

---

[6]) *In Nürnberg nahm der Rat früh und entschieden Partei für die Lehre Luthers; vgl. über die Verhältnisse daselbst F. Roth, Die Einführung der Reformation in Nürnberg S. 225 ff.* — [7]) *s. Nr. 413, Anm. 1, wo Capito ähnlich über den Anfang des Handels zwischen Oecolampad und seinen schwäbischen Landsleuten berichtet und der Zusammenhang erhellt. Wegen eines Gesprächs hatten die Straßburger an die Herren von Gemmingen geschrieben; doch zerschlug sich die Sache zunächst.* — [8]) *Gregor Kasel (Caselius, -ellius, Chas.-), einst Schüler der Wittenberger, von Gerbel an Luther bezeichnet als adolescens pietate et suavitate morum apud nos (in Straßburg) etiam piscatoribus notus (Enders 5, 298), lehrte in Straßburg Hebräisch (Vad. Br. 4, 42); er starb schon anfangs 1528 (Herminjard 2, 104). Die Straßburger Prediger, zunächst veranlaßt durch eine Schrift Bugenhagens (Nr. 379, Anm. 4), sandten ihn als Friedensvermittler im Abendmahlshandel nach Wittenberg und gaben ihm ein gemeinsames Schreiben an Luther mit (Enders 5, Nr. 987, S. 251), dem Capito ein solches von großem Umfang an Bugenhagen beifügte (datiert 8. Oktober, vgl. oben Nr. 400, Anm. 4). Die Mission, die erfolglos blieb, ist behandelt von Röhrich, Geschichte der Reformation im Elsaß 1, 303 ff.; Baum, Capito u. Butzer S. 330 ff.; Hering, Bugenhagen S. 43, vgl. 167; Köstlin-Kawerau, Luther[5] 2, 80 f.*

[9]) *Zwinglis an Bugenhagen; s. Nr. 391, Anm. 3, auch den vorigen Brief Capitos Nr. 408, Anm. 4.* — [10]) *Der gleiche Wunsch schon oben Nr. 408, Anm. 6.* — [11]) *Farel war im März 1525 von Montbéliard weggezogen (vgl. Nr. 352, Anm. 10) und hatte sich über Basel nach Straßburg gewandt, wo ihn Tossanus bereits am 3. Juni voraussetzt (Herminjard 1, Nr. 149). Er blieb dann annähernd fünfzehn Monate in Straßburg, bis Oktober 1526. Ihn und die anderen französischen Flüchtlinge (s. folgende Anmerkungen) führen Röhrich 1, 272 ff. und Baum S. 350 f. an.* — [12]) *Die Gefangen-*

ac hospites mei, te salutant. Deinde Bucerus nescio an vacet scribere, qui cras praelecturus est; nam alternis diebus ille novum, equidem vetus instrumentum praelegimus. Myconium et Leonem iubemus salvere plurimum. Accurate ut scribam, neque ingenium neque tempus fert. Tot diripimur occupationibus.

Vuolfgangus Fabritius Capito.

Iacobus Stapulensis se nominat Antonium Peregrinum et Rufus Tolninum; nam latere cupiunt et tamen pueris noti sunt. Eiecit eos e Gallia tyrannis theologorum.

Huldricho Zvinglio, episcopo Tigurinorum,
viro ac fratri in Christo charissimo. — Zurich.

---

schaft des Königs und die Abwesenheit seiner Schwester ermutigten in Frankreich zur Verfolgung der Evangelischen, worüber Herminjard 1, S. 401, Anm. 1 und 2 das Nähere angibt. Vgl. auch Leop. Delisle: Notice sur un registre des procès verbaux de la faculté de Paris 1503—1533 (1899). Insbesondere ist zu bemerken, daß die Inquisitoren am 28. August Le Fèvres Übersetzung des neuen Testaments verdammten, und daß das Parlament am 3. Oktober den Prozeß gegen mehrere der evangelischen Führer anhob, darunter Roussel und Le Fèvre. Der letztere scheint um Anfang Oktober in Straßburg angelangt zu sein. Er nannte sich hier nicht Iacobus Stapulensis, sondern Antonius Peregrinus, wie unten, sowie aus Briefen Capitos vom 27. Oktober 1525 an Oecolampad (Herminjard 1, S. 406, Anm. 1) und vom 28. Januar 1526 an Zwingli (Nr. 444) zu ersehen ist. Der Briefwechsel erwähnt mehrere Schriften Zwinglis, die Le Fèvre besaß (Herminjard 1, Nr. 98, wo Farel ein Gruß an Zwingli aufgetragen wird). — [13]) Johannes [!] Rufus (der unrichtige Vorname wohl daher, weil das Pseudonym Johannes Tolninus war, s. unten und den so unterzeichneten Brief bei Herminjard 1, Nr. 167) ist Gerardus Ruffus, gewöhnlich Gérard Roussel genannt, der Schatzmeister der Kirche Meaux, wo er noch am 25. September 1525 weilte. Er ist um 1480 zu Vaquerie bei Amiens geboren. Schüler und Freund Le Fèvres, publizierte er mit diesem seit 1502 Ausgaben mathematischer, philosophischer und mystisch-theologischer Werke. Doktor der Theologie geworden, lehrte er am Kollegium des Kardinal Le Moine und wurde Pfarrer von Busancy in der Diözese Rheims. Im Jahr 1521 berief ihn Bischof Briçonnet von Meaux und gab ihm die Pfarrei St. Saintin. Später wurde Roussel Prediger Margarethas von Navarra, welche die Straßburger Flüchtlinge 1526 zurückberief (vgl. die Angaben bei Herminjard 1, S. 409). In einem Briefe vom 2. April 1524 zählt Farel die ersten französischen Städte mit evangelischen Predigern auf, voran Meaux (urbs Meldensis), in qua communis praeceptor Geraldus ille Rufus magno et ardore et spiritu Christum detonat pene in dies; Herminjard 1, S. 205. Einen Brief von Zwingli an ihn und eine Antwort an Zwingli erwähnt Roussel selbst (beide verloren, Herminjard 1, Nr. 117). Weiterhin s. die Biographie von C. Schmidt, Straßburg 1845. — [14]) Johannes Vedastus, aus Lille, wird von Farel als ein „Prophet Gottes" aus Metz bezeichnet, der dort gefangen gesetzt, aber vom Volk befreit und vor dem Scheiterhaufen bewahrt wurde; Herminjard 1, S. 347, 371. — [15]) Simon von Tournay; vgl. Capito an Oecolampad vom 23. Januar 1526. Capito nennt hier als Gäste in seinem Hause: Farel, Faber Stapulensis, Simon von Dornach (Tournay), Vedastus und noch einen, der durchaus unbekannt bleiben will (Roussel); vgl. Baum S. 350.

410.

Theobald von Geroldseck[1] *an Zwingli.*

Sulz am Neckar, 22. November 1525.

Pax a deo patre et domino nostro Ihesu Chrysto.

Lieber meyſter Ůlrych, ich bin von üwerem ſchryben[2] gar woll erfroet [!] worden, ſo ir gſint ſind, und ſo ein gnedigen wyllen mir anzögen von minen herren von Zürch, das ſy mich für iren burger wend halten, diewyll ich ein conventmünch zů Einſydlen bin[3]. Ich lob auch got, das ſy ob dem gotzwort ſo erlich haltynd; verhoff, gott werde ſy beſteten in ſöllichem götlichem fürnemen. Ich hab meyſter Frantzen[4] geſchryben: wölte etwar uff min begeren und byt komen gon Sultz, ſo fynde man min brůder Gangolfen zů Sultz uff ſontag nach Andree *[3. Dezember]* und dieſelb wochen; darnach würt er verryten. Dorum ſind daran, daß etwer kome, ſofer es innen gelegen iſt, ſo wyll ich, ob got wyll, komen; man meg ſycher wandlen[5]. Es gybt doctor Stürtzel[6] für, mine herren

Die diakritischen Zeichen auf u *fehlen oft; sie finden sich in* Ůlrich, zů, brůder, würt, Stürtzel, thůnd, gůt, fründt, conventmünch *(in der Unterschrift, dagegen nicht in Zeile 5), irrig auch auf S. 437.* 4 drüs. — 8 *vor* fynde *gestrichen* so — 11 kome] *ursprünglich* komē.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Aus einem Bande, S. 228. Abdruck des Konventssiegels Einsiedeln erhalten.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 436f. (lateinische Übersetzung, ohne den deutschen Wortlaut).

---

[1]) *s. Nr. 247, Anm. 1.* — [2]) *Der Brief Zwinglis ist verloren.* — [3]) *Vgl. Nr. 388. Anm. 13. Die Äbte von Einsiedeln standen seit 1386 im Burgrecht mit Zürich. Auch Geroldseck als Pfleger wird wiederholt urkundlich vom Rat der Stadt als Bürger erwähnt, 1515, 1516, 1517; vgl. Biogr. S. 86, Anm. 3.* — [4]) *Franz Zink, s. Nr. 388, Anm. 11.* — [5]) *Die Gotteshausleute von Einsiedeln luden Geroldseck um diese Zeit ein, zurückzukehren; Biogr. S. 81f. Er war dazu bereit, als ein Schreiben aus Schwyz ihn anwies, fern zu bleiben. In diesen Zusammenhang wird gehören, was Geroldseck hier von einer Botschaft nach Sulz sagt.* — [6]) *Dr. Jakob Sturzel, vielgenannter kaiser-*

die Eydtgenoſſen wöllind gar kein tag me halten mit minen herren von Zürch in allen ſachen[7]. Das hab ich wyderredt, glaub es nyt; byt, ir wöllind mich berychten; den wo im alſo were, ſo nemend die herren fill böſes druf, wie ich üch, ob gott wyll, berychten wyll. Germanum meum Gangolfum, quem dicunt sevire in euangelium, iudicare libere non possum, cum sit frater; spero tamen plus pietatis in eo reperiri, quam de eo dicitur. Fac, ut possim venire, et ego ero paratus. Thünd meyſter Frantzen brieff uff. Hiemit ſind gott bevolhen. Grieſſend all unſer gůt fründt und danckend von minetwegen minem herren burgermeiſter Röſthen[8].

Datum zů Sultz, uff mytwoch vor Katharine *15xxv*.

Diepolt, herr zů Hochengeroltzegk und Sultz, conventmünch zů Einſydeln.

Cristiano viro Ůlrico Zwynglio, pastori in Zürch, fratri suo in Christo dilecto.

6 *vor* quam *gestrichen* q.

---

licher und österreichischer Bote an die Eidgenossen; s. Eidg. Abschiede und Strickler (Register). Erst kürzlich, am 3. November 1525, war er auf der Tagsatzung in Luzern gewesen; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 796. Nachrichten über seine Familie bietet Georg Buchwald, Konrad Stürtzel von Buchheim (1900), S. 152 ff.

[7]) *Schon auf einer Tagsatzung vom 20. April 1524 war davon die Rede, Zürich nötigenfalls von den Tagen auszuschließen und ihm keine Abschiede zu geben; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 413. Wirklich drohten die V Orte mit Freiburg am 16. Juli Zürich den Ausschluß an, wenn es bei dem „Mißglauben" verharre, so daß Zürich durch Botschaften bei den vermittelnden Orten entgegenwirken mußte, S. 457 ff. Von Kündigung der Bünde ist wieder die Rede auf dem Tag zu Luzern am 8. November 1524, S. 526. Ähnliches verlautet seit Abschaffung der Messe im Frühjahr 1525 auf mehreren Tagen bis im August, S. 662, 673, 691, 750, 763. Als man dann der Beschwörung der Bünde entgegenging, kam die Sache wieder zur Sprache; auf dem Anm. 6 erwähnten Luzerner Tag beschloß man u. a., die Orte sollen sich beraten, wer dem andern schwören wolle oder nicht, S. 797.* — [8]) *s. Nr. 388, Anm. 7.*

411.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 24. November (1525).

Gratiam et pacem a Christo.

Quę hic agantur, mi frater, narret Hetzerus[1]. Unum te latere nolim, quod ξυμπατριῶται mei libellum meum exceperunt parum amice, quandoquidem iam antea tuam sententiam profligatam sperarant et mea astipulatione qualicunque vident repullulare. Civiliter tamen, pro veteri consuetudine agentes, prius miserunt librum, quo nostra reiiciunt, ne inauditum condemnarent. Itaque respondi illis parce, amice et intrepide, etiam secus quam merentur. Curabo exemplar describi, ut et tibi communicem[2]. Videbis hostem nihil prętermittere ad sta-

9 *vor* hostem *gestrichen* qui.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 82. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 439.

[1]) *s. Nr. 383, Anm. 1.* — [2]) *Oecolampads Hauptschrift über das Abendmahl ist „De genuina verborum Domini . . . expositione" vom September 1525; s. Nr. 381, Anm. 1 und Nr. 384, Anm. 1. An sie schließt sich eine Polemik des Verfassers mit seinen eignen schwäbischen Landsleuten an, denen er den Druck zugeschrieben hatte. Diese waren durch Bugenhagens Abendmahlsschrift (s. Nr. 379, Anm. 4) in ihrer lutherischen Ansicht bestärkt worden (vgl. Nr. 391, Anm. 4). Vierzehn von ihnen traten am 21. Oktober zu Schwäbisch-Hall zusammen und unterschrieben eine Gegenschrift, die Johann Brenz von dort verfaßt hatte und „Schwäbisches Syngramma" nannte. Als bisherige Freunde und Verehrer Oecolampads sandten die Schwaben das Manuskript vor dem Druck an Oecolampad nach Basel. Er machte sich sofort an die Antwort, die nun laut obigem Brief in der Handschrift schon vorliegt und Zwingli zur Einsicht offeriert wird, im Druck aber erst anfangs 1526 erschien, mit dem Titel „Antisyngramma". Vgl. Herzog, Oecolampad 1, 335f. 2, 93, ebenso folgende Nummer, Anm. 1, weiterhin Jul. Hartmann: Johann Brenz, in den Vätern und Begründern der lutherischen Kirche VI (1862), 42ff. W. Köhler, Bibliographia Brentiana 1904, Weimarer Lutherausgabe Bd. XIX. S. 447ff.*

biliendum regnum suum. Nostri hic omnia suo more[3] agunt, et, nisi dominus plebeculae suae benefaceret, olim de ea actum foret. Non poterint diu tegere latens ulcus. Repente aliquando et intempestive dolorem suum levabunt. Fieri potest, ut in foveam incidant, quam aliis parant *[Ps. 7. 16]*[4]. Hetzerus cętera.

Vale cum domo tua et fratribus.

Basileę 24. Novembris[5].

*T*uus Oecolampadius.

*H*uldricho Zwinglio, Tigurinę ecclesiae speculatori,
suo charissimo fratri.

9 *H*uldricho] *H Ergänzung, da der Buchstabe infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprang.*

---

[3]) *Vgl. frühere Klagen Oecolampads, Nr. 352, Anm. 3 (und viele andere).* — [4]) *Vgl. das Sprichwort: Wer andern eine Grube gräbt, fällt selbst hinein. Siehe auch Otto S. 146.* — [5]) *Die Erwähnung Hätzers und der Polemik mit den Schwaben weist den Brief in das Jahr 1525. Im Original fehlt die Jahrzahl.*

412.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

(Basel), 26. November (1525).

Gratiam et pacem a domino. Mi frater!

Quid tibi in nostra ad fratres Suevos responsione displiceat, significes[1]. Mihi sane illi crassissime errare videntur, dum non solum signis, sed et verbis divinam tribuunt maiestatem. Fortassis non erit tibi tantum ocii, ut legas, quid utrinque scriptum. Suffurare tamen, quacunque poteris occasione. Prẹstat enim scire, quid obiiciant adversarii, qui non sunt contemnendi etiam minimi. In hoc certe ipsi impingunt non mediocriter, quod nos supra modum contemnunt. Cẹterum hic nihil novi. Suffraganeum magistratus non iuvabit, ut ministret verbo[2]. Proinde reliquos vigilantiores esse oportebit. Literẹ adiectẹ Christophoro[3] reddantur!, ex Argentorato venerunt et ante octo dies in alterius literis ad me tamen redierunt.

Vale cum uxore et fratribus.

Ludovicum Hetzerum[4] admone, ut oportet, libere. Quod si te neglexerit, fac sciam.

Vale iterum.

26. Novembris.

14 Hetzerum *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 133. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 440.

---

[1]) *s. Nr. 411, Anm. 2. Zwinglis Urteil folgt dann in Nr. 416.* — [2]) *Über den Weihbischof und Münsterprediger Telamonius Limpurger s. Nr. 319, Anm. 5. Er wurde um Anfang November 1526 der lutherischen Ketzerei angeklagt und als Prediger entlassen, ohne daß der Rat der Stadt sich seiner annahm. Das Domkapitel bestellte zum Nachfolger im Predigtamt Augustin Marius, Weihbischof von Freisingen. Dagegen behielt Limpurger das Amt eines Weihbischofs noch längere Zeit, wie die Herausgeber der Basler Chroniken zu Bd. 1, S. 402f. nachweisen. Vgl. unten Nr. 418, Anm. 5.* — [3]) *sc. Froschauero.* — [4]) *s. Nr. 411.*

Gulielmum quoque a Zel[5] charissimum, si adhuc tecum est, multum meo nomine saluta.

*T*uus Oecolampadius.

*Char*issimo Huldri*cho* Zwinglio, Ti*g*urinę ecclesię vigilantissimo episcopo, suo fratri.

4 *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen.*

[5]) *s. Nr. 415, Anm. 5 und Nr. 384, Anm. 11.*

413.

Wolfgang Capito an Zwingli.

(Straßburg), 26. November 1525.

Gratia tecum. Mi Zwingli!

Sub Palatinatu iuvenes aliquot satis alioqui pii per impanatum irritantur. Conspirant modo et libros abunde satis fortes scribunt, sicut ex Oecolampadio fortassis accepisti[1]. In Bucerum illorum χορυφαῖος amarulenter scripsit[2]. Equidem respondi[3] civiliter, sed maioribus nervis, quam nuper ad Pomeranum[4], quod illius invectiva magis quam alterius calere videbatur. Non reservavi exemplum; nam intra unam noctem celerrime confeceram. Invitavi eos ad colloquium, quod fortassis annuent[5]. Interea tamen causam nostram miris degravant odiis. Neque est locus aliquis idoneus conventui, quam in marchia Badensi, quos [!] omnes illi praeoccupant, non aliter atque solent infesti hostes, dum incursione munitam arcem obruunt potius, quam statis machinis. Nobis acriter erit invigilandum, et nos quoque, retenta charitate, nostris consulamus copiis. Ad bellum ingens natum

8 *vor* noctem *gestrichen* nost.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 170. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 440f.

---

[1]) *Capito selbst hatte schon am 20. November von der Sache geschrieben (Nr. 409, Anm. 7), Oecolampad schrieb am 24. (Nr. 411, Anm. 2) und 26. (Nr. 412, Anm. 1).* — [2]) *Gemeint ist: „Epistola Ioannis Brentii de verbis Domini: Hoc est Corpus meum, opinionem quorundam de Eucharistia refellens". Brief aus Schwäbisch-Hall vom 3. Oktober 1525 an Bucer. Vermutlich mit dem Syngramma durch Simpert Ruff in Augsburg 1526 gedruckt; W. Köhler, Bibliographia Brentiana Nr. 671, vgl. Nr. 305. Bucers Antwort erschien am 8. März 1526, vgl. unten Nr. 454, Anm. 2. Die Straßburger suchten von Anfang an im Handel zwischen Oecolampad und den Schwaben zu vermitteln, so Bucer durch einen Brief an Brenz, worauf dessen Schreiben vom 3. Oktober bereits die Antwort ist.* — [3]) *Vgl. Nr. 418, Anm. 2.* — [4]) *Am 8. Oktober; s. Nr. 409, Anm. 8.* — [5]) *Vgl. schon Nr. 409, Anm. 7.*

incendium assurgit, quod dominus pulchre, dum volet, vel quiescentibus nobis restinguet. Friburgum Brisgaudiae[6] hostem me sibi delegit. Cum alma universitate causam agam iudice vulgo, qui nunc illis sapientibus doctius atque certius pronunciat. Nam ineptum quendam libellum meum nuper combusserunt, si vera ad nos referuntur. Proximis occupatissimus de baptismo fidem nostram delineavi[7], quę tuae per omnia convenit. Elementa enim esse elementa permittimus, et illi vim domini servatoris stultissime alligant aquulis. Causam baptismi atque eucharistię satis tranquille adhuc agimus, nisi quod peregre impugnamur. Si quę olfecerimus de satrapis atque orbis predonibus, quam terram sint futura ęstate perdituri, ad te diligenter scribemus. Vicissim tu admoneas, etiamsi parum ad nos attineant. Autumant vulgo nostrę inprimis reipublicę impendere periculum[8], et divisis modo Helvetiis. Verum cor regis in manu domini *[Prov. 21. 1]*.

Vale.

26. Novembris anno 1525.

Myconium et Leonem Iud cum ecclesię tuae fidelibus ministris aliis iubeo in domino valere ac pergere gnaviter.

Vuolfgangus Fabritius Capito.

Huldericho Zwinglio, episcopo Tigurino, charissimo suo fratri.

Zürich.

6 delineavi] *ursprünglich* delineam [?].

---

[6]) *An Stadt und Universität Freiburg, die eine Schmähschrift gegen ihn öffentlich hatten anschlagen lassen, richtete Capito im Oktober 1525 die Bitte, eine gedruckte Schutzschrift ebenso anschlagen zu dürfen. Die Universität trat darauf nicht ein, und der Stadtrat, durch Zasius veranlaßt, ließ die Exemplare von Capitos Druck, deren er habhaft werden konnte, durch den Scharfrichter öffentlich verbrennen. Vierordt a. a. O. S. 274 f.* — [7]) *Davon scheint sonst nichts bekannt zu sein.* — [8]) *„Seit der Schlacht von Pavia mußte man täglich des Friedensschlusses zwischen Franz I. und dem Kaiser und der Ankunft des letzteren gewärtig sein; seit der Niederlage der Bauern wurde ein Zug der siegreichen Fürsten, besonders des Herzogs von Lothringen gegen die Stadt (Straßburg) als nicht unmöglich betrachtet" (A. Baum: Magistrat und Reformation in Straßburg [1887], S. 154 f.).*

414.

Berchtold Haller an Zwingli.

(Bern), 29. November 1525.

Gratia et pax a deo.

Opportunissime misisti, frater et praeceptor candidissime, libellum tuum contra pseudobaptistas[1], nimirum non minus pro nostra quam tua sollicitus ecclesia. Nam ad diem dominicum proximum Actorum caput 18. et 19. *[Act. 18. 8, 19. 1ff.]* cum prae manibus habeam, quid mihi tua interpretatione, quae plane tua non est, sed eius, qui per te omnia agit *[1. Cor. 12. 6]*, clarius accidere potuit? Utcunque et Thomas[2] et ego delati simus aput te, eo tamen insanię nunquam devenimus, ut puerorum baptismum negaremus. Collocuti sumus sępe de hac re, sed illius animi nunquam fuimus, ut katabaptismum affirmaremus. Seducit multos scripturarum plana allegatio Baltazari[3]. At ubi ex te imposturam et praeter eam testamenti rationem viderint, procul dubio aliter sentient. Sed ut te quietiorem reddam: senatus nostri decretum est, ut, quotquot rebaptisentur aut quippiam sua temeritate attentent — iam iam sententia lata est[4] — ut mox proscribantur. Laurentius Horritiner[5], Gallensis, e pseudobaptistis mire dicaculus filium habet

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 140. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 441 f.

---

[1]) *Zwinglis Schrift vom 5. November 1525: „Über Dr. Balthasars Taufbüchlein wahrhafte und gegründete Antwort" (vgl. Bd. IV, Nr. 67).* — [2]) *sc. Wittenbachius.* — [3]) *In der gegen Zwinglis Taufbüchlein (vom Mai) gerichteten Schrift „Von dem christlichen Tauf der Gläubigen", erschienen im Juli 1525. Die oben Anm. 1 angeführte Schrift Zwinglis war dann die Antwort darauf.* — [4]) *Sonst nicht bekannt. Stürler 1, 31 führt zum 13. Januar 1526 einen Ratsbeschluß wegen einer täuferischen Frau an mit dem Bemerken: „Erster, amtlich behandelter Fall der Wiedertäuferei im Berngebiet".* — [5]) *Laurenz Hochrütiner von St. Gallen war 1523 aus Zürich, wo er ebenfalls verbürgert war, wegen Beteiligung am Bilderfrevel ausgewiesen worden; vgl. Egli, Aktens. Nr. 442. Er zog nach St. Gallen und brachte anläßlich der Keßlerschen Bibelstunden das wiedertäuferische Wesen dort zuerst auf; vgl. Sabbata[2] S. 143, auch oben Nr. 321, Anm. 15.*

aput nos, qui aliquando, ut imprudenter ita et importune absque omni iudicio, aput complices et convivas de baptismo effutit, quem Thomas Wyttenbachius sic compescuit, ut ne os aperiret. Patrem illius expectamus; sed ubi primum Bernam venerit, exterminabitur. Paucissimi, immo nulli ferme sunt, quibus catabaptismus placeat. Confabulantur multi, obiiciunt ex Actis exempla, quibus non baptismi institutio, sed fructus verbi per apostolos praedicati indicatur; sed quod sint, quibus ex corde placeat, nullos scio. Fabiano[6] loquere, ut e scrupulo liberetur. Trempium[7] tuum admone, aput quem omnia potes, libello tuo. Pręterea, ubi Sebastianus Hoffmeyer aput vos fuerit[8], fac, ut et ille fratri suo aput nos ad ravim scribat! nam et is Gallensis illius consortio gaudet. Id tibi tandem, ut uno verbo animum meum habeas integrum, persuasum sit de me: quam diu domino placuerit gregi Bernatum me praeesse, nihil temere attentabo neque adseram, sed doctiorum exercitata dexteritate in scripturis utar. Oecolampadius me secundo admonuit, item et Bucerus, qui et tibi consentiunt, ne hanc contagionem proserpere sinam[9]. Quod si Thomę satisfactum nondum fuerit[10], ut tamen non credo, id efficiam, ut omnia ad te scribat. Cęterum quid de episcopo Hönstettensi actum sit[11], ex ore omnium audies. Miconium saluta

1 *vor* ut *gestrichen ein nicht mehr leserliches Wort* — 12 *vor* Gallensis *gestrichen ein nicht mehr leserliches Wort* — 18 Thomę] *ursprünglich* Thomas.

---

[6]) *sc. Windberger, Büchsenmacher von Bern; s. Nr. 248, Anm. 10.* — [7]) *Leonhard Tremp, Zwinglis Schwager in Bern; s. Nr. 461, Anm. 1.* — [8]) *Sebastian Hofmeister (!) siedelte nach seiner Verbannung aus Schaffhausen (vgl. Nr. 376, Anm. 3) nach Zürich über, woher er seit Anfang 1526 erwähnt wird.* — [9]) *Von diesen Ermahnungen ist eine Oecolampads an Haller vom 8. August 1525 erhalten und abgedruckt in den Epistolae 1536, fol. 78b.* — [10]) *Der Rat von Biel hatte Dr. Thomas Wittenbach am 31. August 1524 von der Pfründe gestoßen, weil er sich verehelichte. Wittenbach predigte aber auch nach seiner Entlassung weiter. Am 10. Dezember beklagt er sich bitterlich, daß er nach 18jährigem Dienst und trotzdem der Rat ihm bezeuge, daß er stets fromm und ehrlich gelebt, im Alter am Bettelstab gehen müsse. Endlich am 28. Mai 1525 ließ die Gemeinde dem Rat ihre reformatorischen Forderungen vorlegen, darunter als dritte: es solle der Doktor Gottes Wort der Gemeinde in der Kirche verkündigen an Sonntagen und andern Feiertagen. Aber der Rat erklärte, er könne Wittenbach nicht ferner aus dem Kirchengute besolden, am 25. Juli. Erst am 21. September 1526 sprach man Wittenbach ein kleines Leibgeding von 12 Gulden jährlich zu. Er starb dann noch im gleichen Jahr. Das Nähere bei Blösch, Geschichte der Stadt Biel 2, 82/100.* — [11]) *Georg Brunner, s. Nr. 293, Anm. 9. Er wurde verbannt und 1527 wieder eingelassen, vgl. Anshelm 5, 199: „Dahar noch diss jars vil gwaltigs ersůchen, strafen und vertriben gemiltret und vil gestrafter und vertribner wider begnadet und ingelassen wurden". Darunter befanden sich (laut Anm.) der Priester zu Brittnau Bendicht Tischmacher und Georg Brunner von Klein-Höchstetten.*

atque illi gratias age de fraterna admonitione. Filius suus[12] optime se habet, sed interim caveat pater, ne Marcolfo illi[13] quippiam commendet; nam literę interceptę sunt in quodam pago nobis vicino et ad senatum nostrum delatę. De tunica et pileo, num receperit, nondum constat. Mihi filius est et frater Felix ille Myconius; nihil de eo turbetur pater. Sat est. Tu me commendato utere atque omnia mecum age, quae domini verbum et ecclesias promovere possunt.

Vale.

Ocyssime ea hora, qua Claudius a Madiis[14] et literas et libellum obtulit.

29. Novembris anni MDXXV.

Bertoldus Hallerus, ex animo tuus
et discipulus et frater.

Omnia boni consule.

Libellum tuum nondum legi, cum iam primum in manus meas venerit. Sed mentem meam nunc habes de tota catabaptismi causa, ut potius emoriar, quam vel rebaptisem vel rebaptismo consentiam. Et nunc audio Trempium quoque libellum recepisse. Sed si per ocium liceat, scribas illi. Scribat et Sebastianus fratri suo. Interim salutabis nomine nostro Leonem[15], Casparem[16], Miconium, Nicolaum Fürstein[17], Hallerum[18] et omnes, et si quae digna scitu fuerint aut necessaria, cum Hallero nostro[19] communica. Postremo,

2 pater *übergeschrieben* — 4 *vor* num *gestrichen* nescio.

[12]) *Felix Myconius, s. Nr. 127, Anm. 1.* — [13]) *Näheres nicht zu ermitteln (Dr. Türler).* — [14]) *s. Nr. 424, Anm. 1.* — [15]) *sc. Iudae.* — [16]) *sc. Megandrum (Großmann), s. Nr. 380. Anm. 9 und Brief vom 30. Mai 1529.* — [17]) *Vgl. Nr. 385, Anm. 4.* — [18]) *Johannes Haller, der an der Disputation mit Hubmaier in Zürich teilnahm und in einem auf diese bezüglichen Briefe Binders an Vadian vom 20. Dezember 1525 (Vad. Br. 3, 128) als adiutor ecclesiae bezeichnet wird. Er versah vom Großmünster aus die Filiale Zollikon und wird 1528 anläßlich der ersten Synode vom 21. April als Prädikant von Zollikon aufgeführt (Egli, Aktens. Nr. 1391, S. 602). Pellican erwähnt ihn im Sommer 1526 als Gast an seiner Verlobung (Chron. 113) und nennt auch seine zwei Söhne (Johannes, der später in Augsburg und Bern wirkte, und Wolfgang, den späteren Stiftsverwalter in Zürich). Haller stammte von Wil im St. Gallischen, wirkte seit 1513 im Bernischen, besonders (seit 1520) in Amsoldingen, und war beliebt bei Schultheiß Jakob von Wattenwyl und einigen der Familie Mai. Wegen seiner angeblich schon 1521 erfolgten Verheiratung wurde er vertrieben und zog 1525 nach Zürich. Zollikon versah er bis 1528, von da an Bülach. Er fiel bei Kappel. Vgl. Nüesch und Bruppacher, Das alte Zollikon S. 507.* — [19]) *Ohne Zweifel ein Berner, wohl der Bote, der Berchtold Hallers Brief an Zwingli besorgte und mündliche Nachrichten von diesem nach Bern zurückbringen soll (Sulpitius Haller?). Dieser Bote wird die Berner Gesandten begleitet haben, welche Ende November in Zürich erschienen, s. Anm. 20.*

ubi consultum Tigurinis tuis videbitur oratores ad nos mittere[20], fac, ut mittatur vel unus eloquens, et mirum in modum conducet.

Huldricho Zuinglio, Tigurinorum episcopo doctissimo, cum primis observando.

---

[20]) *Zürich war Bern auf eine Botschaft vom Ende November 1525 in Sachen der religiösen Zwistigkeiten eine Antwort schuldig; diese ließ es dann durch eine Gesandtschaft (Diethelm Röist, M. Escher, Schultheiß Effinger und Heinrich Werdmüller) am 21. Dezember dort ausrichten; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 806, 813 ff. Wie Haller am Schlusse andeutet, durfte man bereits hoffen, daß in Bern die dem Evangelium gewogene Stimmung zum Durchbruch komme, was dann auch ein Halbjahr später, nach der Badener Disputation, deutlicher zutage trat.*

415.

Johannes Gebentinger[1] *an Zwingli.*

St. Gallen (um 30. November 1525).

Gratiam et pacem a deo patre et domino Ihesu Christo etc. Lieber und getrüwer maiſter Ülrich, ich pitt üch temütigklich, ob die büchli von dem nechſten[2] geſpräch von dem touff[3] getruckt werind, welt mir by zöuger[4] einß ſchicken; wil ich umb üch verdienen, wo ich ſo gůtt pin. Grůßend mir junckhern Wilhelmen[5] und ſagend imm, das die von Memmingen habend ainen predicanten, iſt von Sant Gallen, haiſt her Jörg[6], iſt vorhin pfarrer zů Rickenbach imm Turgöw geſin und

2 getrüwer] getruwer — üch] uch — temütigklich] temůgtigklich — 4 üch] uch.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Aus einem Bande, S. 452. Siegelspur.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 403 (in lateinischer Übersetzung, ohne den deutschen Wortlaut).

---

[1]) *Hans Gebentinger, Tuchscherer, war zugleich Lehrmeister der deutschen Schule zu St. Gallen, wahrscheinlich seit 1520. Ein überzeugter Anhänger des Evangeliums, genoß er das volle Vertrauen Vadians und besorgte wiederholt persönlich und brieflich dessen Verkehr mit Zwingli, auch noch 1534 mit Froschauer. Johannes Keßler erwähnt ihn ebenfalls als guten Bekannten. Das Nähere s. Zwingliana 2, 279 ff, wonach er wohl süddeutscher Herkunft war.* — [2]) *kürzlich, jüngst abgehaltenen* — [3]) *Da der Brief nach Anm. 6 nicht vor November 1525 geschrieben ist, wird hier das zweite große Täufergespräch vom 6.—8. November 1525 in Zürich gemeint sein, an der die Täufer der Herrschaft Grüningen besonders beteiligt waren. Büchlein von diesem Gespräch sind nicht bekannt; Gebentinger meint wohl das obrigkeitliche Mandat, das am 30. November nachher an die von Grüningen erging (abgedruckt bei Bullinger 1, 296/98) und das Ergebnis des Gesprächs kurz zusammenfaßt. Wir stellen deshalb den undatierten Brief Gebentingers ungefähr in diese Tage. Es ist wohl möglich, daß mit andern St. Gallern auch Gebentinger an der Disputation teilgenommen hatte.* — [4]) *durch den Zeiger des Briefes, den Boten* — [5]) *Wilhelm von Zell, s. Nr. 412, Anm. 5.* — [6]) *Georg Gügi ist zum Sommer 1522 kurz nach seinem Landsmanne Keßler immatrikuliert in Wittenberg als Georgius Güge de s. Gallo dioc. Constant. Er wurde*

vertriben, iſt vaſt[7] ſchlecht von kunſt ꝛc. Ich beſorg, er belib[8] nitt lang. Die von Memmingen ſtellend wider nach Simperto[9]; dann die gemeind wil ſchlechtlich die warheit und das gotzwort haben und handthaben ꝛc.

Valete.

Hans Gebentinger,
tüchſchärer zů Sant Gallen.

Demm frummen maiſter Ůlrichen Zwinglin,
ſinem beſundern lieben herren und brůder.

Pfarrer zu Klein-Rickenbach im Thurgau, aber 1524 vom Landvogt wegen des Glaubens vertrieben. Capito verschaffte ihm eine Stelle unweit Straßburg; hier erlebte er die Schrecken des Bauernkrieges und mußte weichen. Dann brachte Ambrosius Blarer den „gutherzigen“ Mann in Memmingen unter, von wo er noch 1528 die Berner Disputation besuchte. Im Jahr darauf ist er wieder in Rickenbach und tritt an der Frauenfelder Synode gegenüber Zwingli für die lutherische Abendmahlslehre auf. Über ihn s. Egli, Analecta reform. 1, 72 ff. In Memmingen hielt er seine erste Predigt vom 28. Oktober 1525, als Nachfolger des im Juli durch den schwäbischen Bund vertriebenen Simprecht Schenk; Dobel, Memmingen im Reformations-Zeitalter 1, 27, Anm. 41, auch 1, 25. Vgl. Anm. 9.

[7]) *sehr* — [8]) *bleibe* — [9]) *Simprecht Schenk, s. Brief vom 24. Februar 1529 und Anm. 6. Er war ein Freund Gebentingers; im Herbst 1524 schreibt er aus Meilen am Zürichsee an Vadian: „Laß dir meinen Johannes Tuchscherer empfohlen sein“; Vad. Br. 3, 90.*

416.

Zwingli an Johannes Oecolampad.

Zürich, 1. Dezember 1525.

Gratia et pax a domino.

Legi, doctissime Oecolampadi, librum Brentii tali iudicio, mihi crede, ut, nisi Ludovicus me refecisset Capitonis tuisque verbis, quod videlicet epistolam ad te dederit plane tum amicam tum Christianam, magno impetu fuerim hominem ducturus. Causa est, quod esse eloquens videtur, linguas mediocriter doctus; sic tamen pessime colligit, sic impudenter tumultuatur nec in loco, sic vim facit sacris literis, sic eam perfricta fronte cladem nobis obtrudit, ut, nisi, ut diximus, tua nos verba retinuissent, omnem de eo spem abiecissemus. Tua supra dimidiam partem legimus; confestim enim Ludovicus repetiit, ut ad te remitteret. Solida sunt tua, sed quę ille, nisi alius sit, quam oratio prodit, naso suspendet. Dispeream, si unquam quicquam mihi visum est fastuosius aut stultius. Bonus vir est Brentius, qui pręceptorem minus quam canis sacra veretur? qui nobis hypocrisim, seditionem et quid non intentat? qui, iuvenili audaciae ubi parum eloquentię iunxit, sic inconsulte prosilit et bona nomina calumniatur? Luteranus doctor est, qui hoc unum norunt quamvis scripturam ad quodvis torquere ac inciviliter tumultuari, tribunitiis clamoribus, non moderata eloquentia negocium agere. Liber si exeat a chalcographo aliquo, dabis operam, ut et tuus simul prodeat[1]. Ibi ego aut alius

Zofingen, Stadtbibliothek: Variae epistolae etc. (Sammlung Musculus) T. I. p. 16 (55). Siegelspur.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 443 f.

[1]) *Zwingli tritt hier zum erstenmal näher auf den Handel Oecolampads mit seinen Landsleuten in Schwaben ein. Dieser hatte am 24. November von deren Syngramma, das ihm handschriftlich zugegangen war, an Zwingli geschrieben, dabei aber auch schon von seiner Antwort (dem später gedruckten Antisyngramma), die er, um sie Zwingli mitzuteilen, kopieren lasse (Nr. 411, Anm. 2). Schon am 26. November*

apud nos respondebimus, ut dignum erit, nec tamen ita, ut tibi aliquid sit propter modestiam desiderandum, sed leviter atque ridicule perstringemus tyronem istum audacem, ut post cautius pugnare discat; lusum faciemus potius quam triumphum ex eo. Tu, ut adsoles, constans esto! nostri enim quoque constantes sunt; Bernatibus enim petentibus, ut vel in una aliqua ędicula missam patiamur[2], nulla parte cesserunt. Mittetur legatio a nostris ad Bernenses eodem modo, quo ipsi ad nos venerunt, quę cuncta, quibus hactenus presserunt quidam Helvetiorum urbem nostram, exponent, ut arbitror, petentque, ut publice tum paci tum doctrinę cęlesti consulere ordiamur. Christophorus[3] ad 4 tum diem Decembris, Germanis librum tuum[4] ut det, primum conatum molietur. Dabit ver proximum turbas immodicas,

---

schickte er die Kopie der Antwort, ohne Zweifel mit einer Kopie des Syngramma selbst, nach Zürich ab, mit der Bitte um Zwinglis Urteil (Nr. 412, Anm. 1). Im vorliegenden Brief erfüllt dieser den Wunsch des Freundes, indem er über beides sich äußert, namentlich über Brenz, als den Verfasser des Syngramma.

[2]) *Zum Verständnis muß hier auf gewisse Vorgänge seit Frühling 1525 zurückgegriffen werden. Die Abschaffung der Messe zu Zürich auf Ostern 1525 hatte der Stadt neuerdings eine Intervention der Eidgenossen zugezogen. Die sechs entschieden katholischen Orte erklärten, mit Zürich nicht mehr zu Tagen sitzen zu wollen; die sechs vermittelnden sandten eine Botschaft nach Zürich, um die Wiederaufrichtung des Sakraments und der Messe zu erbitten, gegen das Versprechen, alsdann bei den andern Orten das beste zu tun. Dieser am 18. September erschienenen Botschaft antworteten Räte und Bürger von Zürich, sie glauben gemäß göttlicher Schrift gehandelt zu haben und laden gemäß früherem Erbieten die Eidgenossen ein, ihre Gelehrten und der Schrift Verständigen nach Zürich zu senden, damit sie mit den zürcherischen Gelehrten zusammensitzen und mit der Schrift erkennen, wer recht habe oder nicht usw. (Eidg. Abschiede IV 1a, S. 777f.). Zu einer solchen Disputation kam es natürlich nicht, während die sechs streng altgläubigen Orte in die vermittelnden drangen, sich zu erklären, zu welcher Partei sie stehen wollen (Eidg. Abschiede IV 1a, S. 798). Ein Nachspiel dieses Handels folgte im Herbst. Wie früher gemeine Eidgenossen, so machte Bern für sich nochmals einen Versuch bei Zürich. Es schickte am 29. November eine Botschaft an dasselbe mit der Bitte, von dem neuen Glauben abzustehen; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 806. Zürich verschob die Antwort bis 21. Dezember, an welchem Tag dann seine Boten in Bern erschienen, um einen ausführlichen „Vortrag" in Sachen zu übergeben. In dieser Schrift heißt es litt. 6, die Berner haben durch die erwähnte Botschaft „zů Beschluß" die Zürcher „zum höchsten ermanet, daß wir in unser statt (Zürich) das sacrament und all tag nit mer dann ein meß halten wöllent, ungezwungen, wer darzů oder darvon gange etc.", worauf in litt. 13 Zürich erklärt, es habe das göttliche Wort und den wahren Einsatz des Nachtmals Jesu Christi anstatt der Messe „aus rechten, wahren Gründen im Namen des allmächtigen Gottes" angenommen, wobei es, ohne sich deswegen zu überheben, bleiben wolle; „dann ob wir schon nit mer weder ein meß alle tag in unser statt hielten, sind wir in sorgen, daß darus under den einmůtigen ein zwytracht uferstůnde"; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 815.* — [3]) *sc. Froschauer.* — [4]) *Oecolampads Antisyngramma; es erschien dann anfangs 1526.*

sed principibus, non urbibus, si modo cautę sint. Brachia ne remittas! nemo pro iustiore causa pugnavit unquam atque nos. Quid vero, quod adversarii sunt multi? Vincet, vincet omnes veritas, et adperientur cogitationes cordium *[Luc. 2. 35]*, prodetur hypocrisis, ubi ubi tandem fuerit hactenus abstrusa, surget invicta invictis omnibus veritas. Accedit opinioni nostrę mundus ferme, non malignus iste, sed is, qui in coelis quoque scriptus est *[Hebr. 12. 23]*.

Vale et perge! nihil est, quod non possimus per Christum *[Phil. 4. 13]*. Hoc exciderat: Istud unice specta, ut a tam fusa contentione Brentium avoces et intra cancellos pugnare compellas; caro non prodest quicquam etc. *[Joh. 6. 63]*. Hetzero idem commendavimus, ut ad te scribat.

Ex Tiguro kalendis Decembribus MDXXV tumultuarie.

Huldr*icus* Zu*inglius* tuus.

Ioanni Oecolampadio, Basilien*si* euangelistę,
fratri suo carissimo. — Bi [?] . . . sant . . .

16 *Schluß der Adresse zu lesen:* Bischof (B *ist sicher*) zů Sant Martin, *oder:* Basel *usw.*

417.

Johannes Rellicanus[1] *an Zwingli.*

Stein am Rhein, 4. Dezember 1525.

Salutem et conscientię pacem a domino nostro Iesu Christo. Quum discederem abs te, charissime Zuingli, in mandatis mihi dedisti, ut, si quando tibi scripturus essem, brevitati studerem, quod equidem facile in praesentia a me impetrabis: *πάνυ γὰρ λακωνικῶς γράψομαι.* Primum te scire velim me non admodum invitum Lithopoli agere, eo quod hic aptiorem locum privatis meis studiis habeam, quam Tiguri aliquandiu habuerim in vitrici[2] mei aedibus. Porro, etiamsi vix unus aut alter ex monachis, quos erudio, fructum sementi dignum faciat, complures tamen alios discipulos habeo, de quibus spem concepi fructum aliqua ex parte labori responsurum esse, inter quos puer quidam est, qui se monasticae vitae mancipaturus erat, ni dominus verbo suo nos denuo illustrasset, siquidem is bonae indolis et spei est, si, ut coepit, perseveraverit. Caeterum si maior mei usus Tiguri esse poterit, tui officii est curare, ut illuc remeem. Postremo, est hic sacerdos nomine Pelagius, ex Hegouuia una cum uxore et quatuor liberis pulsus, qui te nuper Tiguri convenit, quum literas a Luchsingero senatui Tigurino reddidit[3]. Is tametsi continue mani-

6 locum *übergeschrieben* — 8 ex *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 131. — Gut erhaltener Petschaftabdruck, halbes Mühlrad im Schild, darüber Johannes Müller Rellikon.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 442 f.

---

[1]) *s. Nr. 392, Anm. 1.* — [2]) *Weiter nicht bekannt.* — [3]) *Konrad Luchsinger war seit 5. Juli 1525 zürcherischer Verwalter des aufgehobenen Klosters St. Georg zu Stein a. Rh. Über ihn s. Nr. 395, Anm. 1. Ein Brief an den Rat zur Empfehlung des Flüchtigen findet sich nicht vor, so daß dessen voller Name ungewiß bleibt. An der Berner Disputation 1528 nahm teil Pelagius Schörlin, Pfarrer zu Veltheim; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 1263.*

bus laboret, nihilominus magna inopia premitur. Quapropter te summopere rogatum velim, ut ei de praedicandi officio, quantumvis vili, prospicias, ita ut et praedicando et manuum labore eo facilius sibi victum parare possit. Quod beneficii si in ipsum contuleris, non minus gratum mihi fuerit, quam si in me ipsum contulisses. Quod si de reliquis Stainensium rebus certior fieri cupis, ex Luchsingero interrogare licebit.

Vale ac Ceporinum[4] mea caussa plurimum salvere iube.

Stainię Tigurinorum die Lunę post Andrę [!] festum 1525.

Tuus Ioannes Rhellicanus.

Salutant te vicissim Leonhardus et Adrianus[5].

Huldricho Zuinglio suo, Tigurinę ecclesię antistiti primario.

8 Vale . . . caussa *unterstrichen.*

---

[4]) *Griechischlehrer in Zürich; s. Nr. 156, Anm. 3. Er starb kurz nach diesem Brief.* — [5]) *Leonhart und Adrian Wirth, die Söhne des 1524 zu Baden wegen des Glaubens hingerichteten Hans Wirth, Untervogt zu Stammheim, vgl. Nr. 223, Anm. 5, bezüglich Leonharts auch unten Brief vom 22. Dezember 1525 (Nr. 425). Leonhart wird in einem Brief Rellikans an Myconius vom 12. April 1531 als „olim Steinensium a libellis" bezeichnet (Simmlersche Sammlung).*

418.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 6. Dezember (1525).

Gratia Christi semper tecum. Mi frater!

Tuum de Brentio illo meo iudicium[1] heu! nimis verum mihi videtur. Fuit ille ante annos paucos omnium, quos vidi, mansuetissimus. Sed quę illum extimulet Erinnys, ignoro. Vereor Absoloni, ne capillos rethoricationis suę in damnum suum maximum nutriat *[2. Sam. 18. 10 ff.]*. Deus, precor, meliora det. Satis illum admonui, siquidem monita non spernit. Admonitus autem est et per fratres Argentinenses, maxime per Capitonem[2]. At circumfertur, ut audio, interim in marchionatu Brentii ad Bucerum arrogantior epistola[3] in nostrum librum, quam tamen nondum vidi. Solliciti sunt fratres Argentinenses, si in colloquium res deduci posset, et ego optarem. Valde enim obsistunt absentes, minus pręsentes. Porro, si omnino deploratus fuerit amicus et librum edi curaverit, sequens consilium tuum faxo, ut videat, quid sit iuveniliter in rebus tantis ludere. Mire animum meum recreavit civium tuorum constantia[4], qui tanta fide divina colunt neque prudentius agere possent. Quis enim contra, si pro nobis deus *[Röm. 8. 31]*? Qui si non esset pro his, qui in ipsum fidunt, pro quibus futurus tandem? Utinam Basilienses aliquando imitentur; sed admodum teneri sunt, ne quid aliud dicam. Suffraganeus noster alium successorem recepit pro suggestu, suffraganeum Frisingensem, ni fallor *λίχνον*. Succedet fortassis et in initiandi officio, (in quo nihil periculi)[5]. Ferunt autem et Tregerium[6]

5 capillos] *ursprünglich* capilli — 9 in] *ursprünglich* per — 15 *vor* Mire *gestrichen* uel — 21 f. Succedet . . . periculi *am Rande.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 13. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 444 f.

[1]) *s. Nr. 416, Anm. 1.* — [2]) *s. Nr. 413, Anm. 3.* — [3]) *s. Nr. 413, Anm. 2.* — [4]) *s. Nr. 416, Anm. 2.* — [5]) *s. Nr. 412, Anm. 2.* — [6]) *s. Nr. 350, Anm. 2.*

Augustinensem provincialem functurum hic concionandi munere. Ut video, timet sibi Satan. Expectamus, quid novi a comitiis[7] nostri legati allaturi sint. Minantur enim adversarii, qui tamen absque voluntate domini nihil poterint. In quo nostra spes esto.

Vale cum omnibus tibi in Christo dilectis.

Basileę 6to Decembris[8].

Ioannes Oecolampadius.

Fasciculus literarum ab Argentorato[9] non potuit antea transmitti.

Huldrico Zwinglio, Tigurinorum episcopo maxime idoneo, suo charissimo fratri.

2 *vor* comitiis *gestrichen* conventu — 5 Vale] *ursprünglich* Salue.

[7]) *Die Tagsatzung begann am folgenden Tag den 7. Dezember zu Luzern; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 809 ff.* — [8]) *Jahrzahl fehlt; 1525 ist zweifellos.* — [9]) *Zu dem Bündel Briefe gehörte wohl Nr. 413 (vgl. unten Nr. 423, Anm. 2).*

419.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 7. Dezember (1525).

Gratia et pax a Christo, charissime frater.

Accipe et alterum fasciculum[1], magis forte desideratum quam iucundum, certe non contemnendum, ne scilicet ignoremus, quid et quantum valeant adversarii, egregii illi spirituum pensiculatores. Bugenhagius in me scribit[2], redarguturus conscientiam meam, quod perperam veterum protulerim sententias. Strennue agunt et, ut leges, non permittunt extorqueri non esse articulum necessarium. De originali peccato non faciunt tecum, et hinc potissimum te aggredi molientur. Negocium, vereor, magis inde suborietur; proinde amice pro mea simplicitate monuerim, ne quid temere vel subito. Neque ego satis intelligo, quid natalicii peccati nomine non admittas: num omnes pueros ita puros velis, ut etiam regni introitu per gratiam Christi sint idonei, an puros quosdam asseras per subsequuturum dei donum. Proclivitatem sane peccandi, opinor, fateberis in omnibus propensiorem, quam antequam prior Adam peccarat. A Pelagianorum sententia libens, quantum per scripturam possum, recedo. Doleo, quod super eo argumento non uberius superiore anno coram[3] tecum egerim. Nam

13 quosdam] *ursprünglich* quidam.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 130. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 445 f.

[1]) *Vgl. Nachschrift zu Nr. 418.* — [2]) *Vgl. Nr. 444, Anm. 3. Es muß irgendwie ein Irrtum vorliegen; denn eine Schrift Bugenhagens speziell gegen Oecolampad ist nicht bekannt. Sollte die Schrift des Th. Billican „contra Zwinglion, Carlstadium et Oecolampadium“ (Enders, Luthers Briefwechsel 5, 310) gemeint sein? Oder die wahrscheinlich von Bugenhagen besorgte Übersetzung der Syngramma Suevicum? (Enders a. a. O. S. 322, Anm. 2). Dieses richtete sich ja gegen Oecolampad.* — [3]) *Vgl. Nr. 286, Anm. 2 und Nr. 352, Anm. 5.*

in itinere quędam in mentem venerant; at nihil ambigo, quin ubique per Christum dexterrimum sis acturus militem, ubiubi te organo usurus est. Sacerdotes Argentinenses in Capitonem et civitatem Argentinensem valvis templorum quędam inscripserunt, ut involvant bello[4]. Sed quę sint, ignoro. Quid non facit insaniens Satan?

Vale.

Septimo Decembris. Basileę[5].

Ioannes Oecolampadius.

Huldrico Zwinglio, Tigurinae ecclesię episcopo vigilantissimo, suo fratri.

2 dexterrimum] ext *zur Verdeutlichung noch einmal unter die Zeile gesetzt* — 5 insaniens] *ursprünglich* insanus.

---

[4]) *Den Anschlagzettel erwähnt Baum, Capito und Butzer S. 343f. (ohne Näheres, wohl nach dieser Stelle); A. Baum: Magistrat und Reformation in Straßburg (1887), S. 155 erwähnt „übertriebene Befürchtungen" („es hieß sogar, der Landgraf von Hessen werde mit sechs anderen Fürsten gegen die Stadt ziehen") und „Erbitterung der altgläubigen Priester, welche durch die Fortschritte des Kaisers ermutigt waren".* — [5]) *Jahrzahl fehlt. Sie kann nicht fraglich sein.*

419 a.

[Zwingli an Jakob Edlibach[1].]

(Zürich), 9. Dezember 1525.

Gratia et pax a domino.

Cum me nuper convenires, amicissime Iacobe, de causa eucharistiae collaturus, si quando vacaret, meique nescio quo urgeret abeundi necessitas, fiebat, ut nimirum neuter pro animi sui voluntate quae habebat proderet. Ego postea, ut nunquam non conciliandis amicitiis animum intendo, cuius rei te quoque testem asciscere non pigebit, postea, inquam, cepi mecum denuo reputare, quae tunc dixissem, statimque te adire et commodius ad omnia tua respondere, si quomodo fieret, ut eundem spiritum iactitantes idem sentiamus, sed traxerunt me occupationes alio. Perpenso deinde, quod saepe quidam congressi sumus coram et semper frustra, commodius esse duxi, ut hac vice literis iterum agamus, dum tu interea expendendo Oecolampadii libro[2] intentus es. Nihil enim veritate inter mortales antiquius duco, eam ubi aspexero. Sic gestio omnibus communicare, quod comici choreae sua gaudia.

Zürich, Stadtbibliothek: Mscr. F. 195. Kopie. Danach veröffentlicht von O. F. Fritzsche in: Zeitschrift für die historische Theologie 1843, Heft 3, S. 123, und danach bei Schuler und Schultheß, Supplement S. 49—51.

---

[1]) *M. Jakob Edlibach, Chorherr am Großmünster, resignierte am 10. November 1526 und wurde Kanonikus in Zofingen, begab sich dann nach Solothurn, wurde 1528 Chorherr zu Zurzach (Egli, Aktens. Nr. 889), 1532 Propst daselbst. Er hatte sich seit Ende 1526 um seine Pfründe nicht gekümmert und wurde wiederholt deswegen ermahnt, beziehungsweise gebüßt (a. a. O. Nr. 1055 und 1075). Er war geboren am 14. April 1482 und starb am 19. Januar 1546. Er beteiligte sich an der ersten (s. Bd. I, S. 542 f.) und zweiten (s. Bd. II, S. 711) Zürcher und an der Berner Disputation. Näheres über ihn s. bei Joh. Huber: Geschichte des Stifts Zurzach 1869, S. 89 ff. und A. D. B. V 647 ff. Über seine Beziehungen zu Zwingli unterrichtet der Brief. Vgl. auch Zwinglis „responsio brevis" Bd. V, Nr. 96.* — [2]) *„De genuina verborum domini . . . expositione". Vgl. Nr. 411, Anm. 2.*

Erant autem duo, quae tum maxime opponebas: unum quod aiebas, id erat: ubicunque in scripturâ ista vox „est“ accipienda sit pro „significat“, ibi semper sequi certas notas, quibus id apprehendi queat. At in istis verbis salvatoris: „hoc est corpus meum“ *[Matth. 26. 26 und Parallelen]* „est“ non posse accipi pro „significat“ vel figura; nihil enim sequi, quod ad hunc sensum inducat. Respondebamus temere ut puta continuo abeuntes, sic tamen, ut quae diceremus sic certo habeantur, nempe hunc sermonem: „hoc facite in meam commemorationem“ satis docere, quod „est“ significative accipiatur. Potuimus autem et aliam notam addere, quam nunc addimus, istam videlicet: „non bibam posthac de ista vitis generatione“ etc. *[Matth. 26. 29 und Parallelen]*. Denuo igitur, cum vitis generationem appellat, Christus satis patefecit, quod vinum fuerat, quod praebuerat. Cum ergo vinum dixerit esse sanguinem suum ad hunc modum: „hoc est sanguis meus“, negari non potest, quin „est“ pro significatione accipiatur, per symbolum „est“ sanguinis mei.

Alterum erat, quod dicebas: in isto sacramento non fieri memoriam corporis Christi, sed passionis; quod mihi argutum potius videtur quam solidum. Qua enim parte Christus passus est? Nonne corpore? Cum ergo mortem domini commemoramus, non aliam revocamus in memoriam quam eam, quam in corpore passus est. Divinitas enim nec pati nec mori potuit. Coniuncta sunt ergo corpus et passio sic, ut nonnunquam unum accipiatur pro altero, ut, cum Joh. 6. *[Joh. 6. 51]* dicit: „Panis, quem ego daturus sum, caro mea est pro mundi vita“. Certum enim est passione sive morte eius nos esse vivificatos. Cum autem pati et mori non potuerit quam secundum carnem, fit, ut caro isto loco pro morte sive passione accipiatur. Similiter: „Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur“, hic corpus accipitur pro memoria corporis, non quatenus corpus tantum est, sed quatenus corpus accipitur pro morte et passione, quam in corpore tradidit dominus etc. Paulus hunc sermonem: „Hoc facite in meam commemorationem“ sic explicat: „Quotiescunque manducabitis etc., mortem domini annunciabitis, donec veniat *[1. Cor. 11. 26]*. Cum ergo sic inquis: „corpore dominico agimus gratiarum actionem passionis“, nihil dicis. Non enim dixit Christus: Accipite et comedite corpus meum, ut isto gratiarum actionem referatis mihi, quod pro vobis mortem patior, sed: „Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur“ etc. Quamvis ista scrupolosa potius sint quam proficua; sed licet nimirum tibi argute obiicienti argute quoque occurrere.

Ipsum enim argumentum infirmum est, imo prorsus nihil potest, cum sit petitio principii. Cum enim dicis: „nos agimus gratias corpore dominico“, id assumis, de quo est controversia. Nos enim hic

maxime dissentimus, scientes, hoc non esse corpus domini, quo corpore domini gratias agimus. Nihil enim probat, qui quaestionem, de qua est digladiatio, per se ipsam probat. Ut si fiat quaestio, utrum Christus Matth. 16. *[Matth. 16. 19]*: „tibi dabo claves regni coelorum“ etc. isto loco Petro tribuerit claves et aliquis probet ibi traditas, quia Matth. 16. sic scriptum est: „tibi dabo“ etc., frustra insumeret operam. Cum igitur constabit corpore dominico gratias agi, cum iam probatum est panem istum esse corpus domini, quod cum fieri nequeat, frustra probabimus idem per se ipsum, quando nunc est evidentius, hunc esse sensum verborum domini: hoc est symbolum corporis mei pro vobis passi, hoc est symbolum sanguinis mei, qui pro vobis funditur; quasi perpetuo tales latebras quaeramus, in quibus tuti ab exploratore esse non possumus.

Hoc, mi Iacobe, coegit me hac in re fervor ad te dare, ut, si fieri possit, te iuvem, ne frustra te in re aperta maceres.

Mittamus, oro, contentionem et verum ipsum liquido intueamur, ne longum istum funem texamus, ex quo nihil quam amaritudo nascitur[3]. Tropum enim si admittimus, omnia nuda sunt et aperta; citra vero tropum omnia obscura, inexplicita, inenodabilia, imo incredibilia. Boni consule; bono enim animo ad te scripta sunt. Illuminet nos Christus. Amen.

9. die Decembris MDXXV.

Huldericus ex animo tuus m*anu* pro*pria*.

---

[3]) *Zu dieser Redensart, die auf das sogenannte Seilziehen zurückgeht, bringt Otto zahlreiche Parallelen aus den Kirchenvätern. Z. B. Tertullian de pudic. 2.: sed non decet ultra . . . funem contentiosum alterno ductu in diversa distendere. Oder Hieronymus ep. 62, 2: sic contentionum inter se . . . funem duxerint.*

420.

Zwingli an Ambrosius Blarer.

Zürich, 10. Dezember 1525.

Gratia et pax a domino.

Extorsit summa iniusticia hanc epistolam Gregorius Mangoaldus[1], doctissime Ambrosi, subinde obprobrans te nihil unquam literarum a nobis accepisse, ad quem tamen bis iam scripseris. Equidem non sum immemor ante annos aliquot gratissimam abs te accepisse cum copia quadam Fabrilis epistolę[2]. At quod nunquam ad te literas dederim, incertus sum; manet enim etiamnum in mente nostra spectrum epistolę cuiusdam ad te missę. Fieri tamen potest, ut invenerim, quę ad te daturus essem, materiamque contraxerim, nec tamen calamo exceperim, sicque spectrum adhuc hęreat, quod ad effectum aut in opus nunquam exiit. Utcunque res habeat, mi Ambrosi, si quando tenacius epistolas promo, vitio non vertendum ipse, haud dubie, pronunciabis, ubi tot occupationes ac turbas expenderis, quibus continuo adobruimur. Sed et hoc, quod stilum nostrum perpetua quędam verecundia tenet, ut haud temere adeat magna nomina; sunt enim, qui ambiri aliquid apud se arbitrentur, si ab indignis epistolis interpellentur. Deinde amicos soleo non temere facere. Quod si videam aliquos eadem esse fide prędito̊s, quam nos prędicamus, iam non laboramus in eorum amiciciam recipi. Certi enim sumus, nos istis esse gratos, qum videant nos citra fucum veritatis provinciam obire;

11 aut . . . exiit] *ursprünglich* nunquam aut in opus exiit, *dann über* nunquam *4, über* aut *1, über* in *2, über* opus *3 übergeschrieben.*

St. Gallen, Stadtbibliothek: Litt. misc. II. 247. Siegelspur.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 446 f. Tr. Schieß, Briefwechsel der Brüder Ambrosius und Thomas Blaurer I (1908). S. 126.

---

[1]) *Das Biographische s. zum Brief vom 11. Mai 1526 (Nr. 477).* — [2]) *Nr. 310. Anm. 2.*

satis est nobis superque arrabo spiritus *[2. Cor. 1. 22, 5. 5]*; eum ubi teneri videmus, iam obsignata sunt nobis omnia amicicię munimenta. Sic cum te videam ex fide Christi negocium agere, non dubito me in amicorum tuorum albo ęque esse, atque ipse in meo es. Vannius[3], communis amicus noster, tametsi aliquandiu nihil inter nos literarum dilatum est, locuples tamen testis erit, quoties tui memoriam apud se fecerim per epistolam. Subvisus es proxima epistola[4] quiddam agnoscere, quod satisfactione opus habeat. Desine, mi Ambrosi, quicquam apud nos vereri. Non is sum, apud quem tu purgari debeas, etiamsi liberrime quędam in nos eiaculasses. Neque rursus tam tenero sum animo (τῷ θεῷ χάρις), ut facile plagam accipiat. Quod utinam quędam magna nomina sic servavissent, quam nobis unice custodita sunt, haberet profecto, haberet Christi populus longe melius et Antichristi turbę deterius, quam habeant. Tu, mi Ambrosi, avocat enim nunc me secunda concio, isto die habenda, sic de Zuinglio persuasum habeas, ut nihil antiquius ducat bonorum amicorum thesauro, sicque abesse, ut amiciciam tuam aversetur aut declinet, ut se beatum audeat ducere, si creberrimis abs te obruatur scriptis. Agamus strennue [!] negocium dei et videbimus simul amiciciam crescere et firmari; si deinde aliqua in re dissentimus, civiliter atque intra amiciciam contendamus, non Wittembergice, ubi fastuosa sunt omnia, minacia, tyrannica. Commode ipsi inter nos infantium more, tenuibus remulcis, prelia committamus. Adplaudant alii factis suis magnis flatibus, nos ista floccifaciamus. Omnia boni consule, et me tuum ex animo firmiter fide. Servet te Christus ecclesię suę incolumem.

Ex Tiguro X. die Decembris MDXXV.

Salvos iube nostro nomine Thomam[5], communem fratrem, Vannium, Menlishoferum[6], omnes.

Huldricus Zuinglius tuus.

Ambrosio Blaurero, viro doctissimo piissimoque,
fratri suo carissimo.

4 *vor* albo *gestrichen ein zweites* albo.

---

[3]) *Johannes Wanner, Münsterprediger in Konstanz; s. Nr. 209, Anm. 1.* — [4]) *Nr. 402, Anm. 1.* — [5]) *sc. Blaurerum, den Bruder des Adressaten; über ihn s. Nr. 517, Anm. 1.* — [6]) *Johannes Mennlishofer, Arzt in Konstanz; vgl. Nr. 209, Anm. 7.*

421.

Aegidius a Porta[1] *an Zwingli.*

Como, 11. Dezember 1525.

Diu est, pater pientissime, quod in votis erat ad te scribere, nempe non alia de causa quam ea, de qua et in praesentiarum. Sed, ut verum fatear, veritus sum talis viri haud vulgaris ponderis vultum. At hanc ipsam pusilanimitatem in memetipso modo reprehendo, quandoquidem recolo Christum ipsum, dei filium, absque personarum delectu humillimos quosque suscipere ac fovere. Quod si ille facit omnium dominus, ut Psaltes[2] *[Ps. 34. 6]* docet, inquiens: illuminari et non confundi facies accedentium ad eum, qui fiet, ut ad eius ministrum accedere non audeam? Persequebatur et olim Paulus dei ecclesiam, et tamen inter eundum a domino percussus ac prostratus audit dominicum praeceptum de conveniendo Anania deque suscipiendo eius consilio, quibus ille auditis mox surgens explevit omnia *[Act. 9. 1–19]*. Esto, non sim ego per omnia futurus Paulus, quod nihilominus in manu dei est; sis tu mihi Ananias ac verbo dirige errantem in via salutis. Annus nunc agitur quartus supra decimum, quo zelo quidem, mea sententia, pio, sed non secundum scientiam subduxi memet a parentum patrocinio, cucullumque nigrum, quem Augustinianum ferunt, ex animo suscepi, ratus cum Pelagianis salutem operibus meis mihi posse parare, dedique operam, ut, si non fierem vel doctus vel pius, certe pro docto ac pio haberer, in tantumque egi, ut iam septennio

19 operam] opera.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 138. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 447f.

[1]) *Aegidius a Porta, Augustinermönch zu Como, ist nur aus zwei Briefen an Zwingli bekannt, dem vorliegendem und einem vom 15. Dezember 1526 (Nr. 558).* — [2]) *Der Vulgatatext lautet: Accedite ad eum et illuminamini: et facies vestrae non confundentur.*

fungar euangelizandi verbi dei munere, proh pudor! in quanta bonarum literarum ignorantia. Ego nihil, quod Christum saperet, sapiebam, nihil, quod fidei, omnia operibus tribuebam. In hiis confidere audacter ac strenue docebam; et quis recenseat venena, quę et ego in agro dominico seminavi *[Matth. 13. 24ff.]*? adeo, ut citra omne mendacium fateri possim, ecclesiam dei me esse persequtum *[Gal. 1. 13]*. Sed noluit bonus deus servum suum perire in perpetuum, prostravitque me penitus, neque amplius lumen oculorum meorum mecum est neque muta reliquit labia; quin potius ad ravim usque clamavi: domine, quid me vis facere? Tandem audivit cor meum egregiam illam vocem: ingredere ad Huldricum Zuinglium, et ipse te instruet, quid te oporteat facere. O praeclaram vocem! Sensit in hac voce anima mea pacem ineffabilem. Quęso, ne me putes ludere; tu enim, imo non tu, sed per te me eruet deus de laqueo venantium *[Ps. 91. 3]*. At quid dico ego me, quando spero fratres aliquot mecum adducere? Hęc eo dixerim, quo pares interea et loca et gentes, a quibus valeamus sanam doctrinam imbibere. Nobis et Greca et Ebraica lingua sunt omnino abstrusissimę, atque admodum parum de Latina habemus. Volumus tamen, si fieri poterit, et illas (primo tamen omnium Christum) adiscere [!]. Hunc nihilominus adventum nostrum ultra festum dominicę resurrectionis protrahemus, siquidem hac proxima quadragesima futura iuxta salutarem obedientiam verbum dei praedicabimus. Tu interim nostram huiuscemodi causam, utpote tuam, immo Christi, fideliter tracta. Cuius o si merear letum aliquod, priusquam hinc abeam, nuncium accipere, (abibo autem intra mensis unius terminum), quam magnificas gratias deo deberem! Tu si quid scripseris, operimento dirige ad Andream Montinum[3] compatriotam.

Nec plura.

Bene vale in domino.

Comi undecima Decembris M.D.XXV.

Frater Egidius a Porta, Comensis.

Egregio Christi militi Huldrico Zuinglio
tanquam patri suo colendissimo. — *Tiguri.*

15 At] Vt — 33 patri] *ursprünglich* patris — *Tiguri*] *Tigu Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen.*

---

[3]) *Andreas Montinus, vermutlich auch ein Augustiner, ist nicht weiter bekannt.*

422.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 19. Dezember 1525.

Gratia et pax a patre deo per Christum.

Bene se habet res, mi frater. Aliena culpa morbus commodum natos divexat, quos tamen sola spiritus *sancti* novitas curabit; curantur autem omnes ab illo afflati *[Joh. 20. 22]*. Arcana, quę perscrutari non est fas, deo relinquemus. Saxonum authoritas neutiquam terrebit; prebuerunt enim specimen et gustum sui spiritus. Argentinensibus fratribus, quę iubes[1], solito diligentius scribam. Eccii epistolam[2], quam remitto, nondum legeram, tametsi copia eius facta fuerit fere omnibus canonicis et validioribus inimicis, qua se oblectarent. Itaque hodie obvio consuli de ea re mentionem feci et obtuli me ad respondendum dominis. Nihil enim novum, nihil seditiosum, nihil bonis moribus adversarium docuimus. Facillimum hęreseos quempiam arguere. Me non detrectare dixi colloquium vel disputationem Eccii,

3 natos *übergeschrieben* — divexat] *ursprünglich* divexant — quos *ursprünglich* quem — 12 *vor* hęreseos *gestrichen* esse.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 2. Aufgedrücktes Siegel erhalten.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 448f.

---

[1]) *Es scheint hier auf einen Brief Zwinglis angespielt zu sein; er ist verloren.* — [2]) *„Dr. Johann von Eck“ hatte am 28. Oktober 1525 an Städte und Länder der Eidgenossen ein Schreiben gerichtet, das auf der Tagsatzung zu Luzern seit 7. Dezember zur Verhandlung kam, im Abschied aber nur in der Notiz erwähnt wird: „Jeder Bote weiß, was Dr. Eck uns geschrieben hat“. Vgl. Eidg. Aschiede IV 1a, S. 810, mit dem Abdruck des Briefes S. 811f. In dem letzteren verweist Eck darauf, daß Zwingli und Oècolampad („Hußschein zu Basel; es ist wohl ein hussischer schein“) in die erschreckliche Ketzerei gefallen seien, im Sakrament des Altars Leib und Blut Christi zu leugnen, ermahnt die Eidgenossen zur Handhabung des alten Glaubens und anerbietet sich neuerdings zu einer Disputation mit den genannten Gegnern vor den Eidgenossen, wie er das früher getan.*

imo neque eorum, quorum calces Eccius ut solvat indignus est *[Marc. 1. 7]*. Verum nollem temere, contra monita Christi, periclitari *[Matth. 10. 16]*. Mirabatur de te ille, quod superiore anno non disputaris cum Eccio, cupitque audire, quem nunc exhibiturus sis. Respondi, mihi bonam spem esse te minus timere, quam ego timeam; certiora enim nostra esse. Cęterum non ignoret, quid olim Constantię actum et quid Wormacię attentatum[3]. Dominus, qui nos vult esse simplices, idem iubet et prudentes *[Matth. 10. 16]*. Hęc cum illo. Quod si ad senatum vocatus fuero, eadem dicam. Sed non facile me vocabunt. Et quis est miser ille Eccius, ut castra dei Israel blasphemet *[1. Sam. 17. 45]*? Quem timeamus? Annon susceptor noster Immanuel est *[Jes. 8. 10]*? Quid faciet papista insanus? Si negaverit cum Lutheranis transsubstantiationem, iam ecclesiam suam negavit. Quod si illam sequetur, minimo certamine confundi poterit. Sed iungat se Lutheranis! Si verbo parere voluerint, confundentur non minus. Si noluerint, non poterimus cum tam immundis loqui. Bono igitur animo simus. Vivit dominus, qui loquutus est per prophetas nobisque os et sapientiam promisit *[Luc. 1. 70 ff., 21. 15]*; esto, nunc simus piscatoribus brutiores. Utinam cras adesset dies! Sed significabis quam primum, quid tui in hac causa decernent. Oportebit semel in faciem resistere pseudoprophetis *[Gal. 2. 11]*.

Vale et de fidei meae constantia bene spera.

Basileę anno domini 1525. Decembris 19.

Tuus Oecolampadius.

Hulrico Zwinglio, Tigurinę ecclesię pientissimo, oculo *vigilan*tissimoque pastori, fratri suo.

2 *vor* nollem *gestrichen* non — 3 anno *übergeschrieben* — 4 *vor* Eccio *gestrichen* illo — 6 ignoret] *ursprünglich* ignorat — 26 *vigilan*tissimoque] *vigilan Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen.*

---

[3]) *Anspielung auf Hussens Verbrennung in Konstanz und die Anschläge gegen Luther in Worms.*

423.

Zwingli an Wolfgang Capito.

Zürich, 20. Dezember 1525.

Gratiam et pacem optat a domino.

Misi ad abeuntem XVIIIvum Decembris literas[1], cum iam tuę[2] essent in urbe, sed ad me non pervenissent propter noctis importunitatem, cumque 19no acciperem, hesternę abierant. Qui eas adfert, vir bonus est; credere illi omnia debes. At istud volebam adiectum in superioribus: optaveram, ut mihi congressus cum aliquo vestrum daretur; id non debes sic accipere, quasi res aliqua gravis immineat, propter quam dignum ducam tantum laboris ac sumptuum insumi, sed hac sententia, ut, si fortasse fidus aliquis per occasionem a vobis ad nos concedat, literis eum notes, quo secure cum eo commentemur. Videntur enim nobis *αἱ* עירים *τῆς βασιλείας ῥωμαϊκῆς* paulo segnius multa agere, quam opportunitas admodum foelix suadeat; quę epistolę concredere, ut parum tutum est, sic pręsumptuosum in re tam ardua consilium audere, inconsultum etiam offerre. Dominus enim causę suę non deerit *[Ps. 74. 22]*, ubi nos ipsis adsumus simplicitate, non malicia. Res apud nos sunt tranquillę per domini bonitatem.

Vale.

Si brevi non dabitur dicta commentandi occasio cum amico,

15 nos ipsis adsumus] nos ipsis non adsumus — 18 commentandi *scheint aus* conueniendi *verbessert.*

Basel, Frey-Grynäische Bibliothek: Msc. I. 19 p. 91. Siegelspur.

Abdruck: Briefe aus der Reformationszeit, Basler Universitäts-Programm 1887, S. 19 (durch R. Stähelin).

---

[1]) *Der Brief Zwinglis ist verloren.* — [2]) *Der letzte erhaltene Brief Capitos datiert vom 26. November (Nr. 413). Der Zwingli am 19. Dezember zugekommene wird wohl späteren Datums gewesen und als verloren zu betrachten sein.*

epistolam iubebo isto fungi officio; aliqua fiet, ut tuto secundum Oecolampadium ad vos perveniat.

Salvi sint fratres omnes.

Tiguri MDXXV. 20. die Decembris.

Huldrichus Zuinglius.

Wolfgango Capitoni, apud Argentoratum euangelii Christi ministro.

1 aliqua] *möglicherweise* aliqui. *Das Manuskript ist am Rande zerfetzt.* — 4 *ist das Tagesdatum* 2° *geschrieben.*

424.

Claudius Mai[1] *an Zwingli.*

Bern, 21. Dezember 1525.

Min altzitt willig dienſt ꝛc.

Wißt, lieber her und gůtter fründ, üwer briff[2], ſo ir mir nun zwey mal gſchriben hand, hab ich verſtanden. Mins brůders[3] halb, der hatt genomen unſers ſtatſchribers Niclauß Schallers[4] ſeligen frouwen, und danck üch uff das höchſt der mů und arbeitt, ſo ir gehept hand; wo wir das all können verdienen, ſollend ir unß willig finden. Der andern hendel halb, hoff ich, werdt ſich alles wol ſchig*ken*; der anfang iſt gůt. So verſich *ich* mich, üwer herren, ſo hie geweſſen ſind, unſer lieben Eidgnoſſen, ſigen ouch wol abgefergett[5], als ſy üch ſagen werden, und haben gſächen[6] den willen, ſo man zů einer erlich*en* ſtatt von Zürich treitt[7], in hoffnung,

5 mů] nüe. — *Das Umlautzeichen fehlt in:* uwer, hochst, konnen, gsachen, Zurich, ratt, bestatt, gotlichen, mogend. *Unrichtig steht es in:* nün, Niclaüß, fröuwen.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Aus einem Bande, S. 222. Siegelspur. Abdruck: Sch. u. Sch. VII 452.

---

[1]) *Claudius Mai, von Bern, Sohn des Bartholomäus Mai, seit 1496 von Anshelm wiederholt als Ratsherr des großen Rates erwähnt. Seine Tochter Klara, Dominikanerin in der Insel zu Bern, wurde die Gemahlin des Propstes Niklaus von Wattenwyl, nachdem dieser am 1. Dezember 1525 seine geistlichen Würden und Pfründen niedergelegt hatte und ins Privatleben zurückgetreten war; Anshelm 5, 121.* — [2]) *Die beiden Briefe Zwinglis sind verloren.* — [3]) *Über die Familie Mai s. Nr. 369, Anm. 2. Wolfgang Mai, der Bruder des Claudius, mit diesem seit 1505 wiederholt Mitglied des großen Rats; Anshelm 2, 417. 4, 162f. 387. 5, 141.* — [4]) *Niklaus Schaller war Stadtschreiber von Bern 1492—1524. Anshelm bezeugt mehrfach seine Beliebtheit beim Volke und seine Sorgfalt für der Stadt Bücher und Briefe, die ihm als Chronisten zustatten kam. Ende 1524 „scheid von diser zit und richem gůt der trüw, fürsichtig statschriber N. Sch.“ (Nachfolger wurde 1525 Peter Giron von Freiburg); Anshelm 5, 141.* — [5]) *Vgl. Nr. 414, Anm. 20, Nr. 416, Anm. 2, und besonders Eidg. Abschiede IV 1a, S. 813ff.* — [6]) *gesehen* — [7]) *trägt.*

die früntſchafft werde ſich meren zwüſchen unß von tag ze tag. Üwer botten habend wol gſächen, weſ willens der merteil noch hie by unß ſind. Min herren rätt und burger habend unſern her Berchtold[8] uff frittag vergangen uff ein nüws beſtätt[9] zů bredigen. Man ſůcht fil rencken, in zů vertriben; aber ich hoff zů gott, wirde nütt beſchächen. Den keyſerſchen und lantvogt[10] iſt ir ding gemacht[11], alß üch min wirtt[12] ſagen wirtt; dem hab ich 's von mund gſagt. Wo ir mir witter ſchriben willend, ſo thůnd das by gwiſſer[13] botſchafft [!], und das mir die briff gewiß wirde. Darmitt verliche üch gott der her gſuntheitt, das ir ſinen götlichen willen mögend verbringen[14].

Geſchriben zů Bern, uff donſtag vor Wienachten 1525.

Üwer altzitt williger Claude Mey.

Meiſter Ůrich Zwingly, ſinem lieben und gůtten fründ zů Zürich.

2 *vor* habend *gestrichen* sind.

---

[8]) *Berchtold Haller.* — [9]) *bestätiget* — [10]) *Um diese Zeit ist von Beschwerden Zürichs die Rede, die es bei andern Orten wegen des Landvogts im Thurgau und Umtrieben etlicher Orte bei Ausländischen anbrachte; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 810, 814, 816.* — [11]) *vgl. die Redensart: „denen hat man's besorgt"* — [12]) *Hauswirt; Mai schickt also seinen Hauswirt mit dem Briefe nach Zürich.* — [13]) *sicherer, zuverlässiger* — [14]) *ausführen, vollbringen.*

425.

Johannes Rellicanus[1] *an Zwingli.*

Stein am Rhein, 22. Dezember 1525.

Salutem et conscientię pacem a domino nostro Iesu Christo. Percepi a Leonhardo Hospiniano[2], qui recens Tiguri fuit, Ceporinum[3] nostrum e vivis excessisse, Zuingli charissime, quod equidem mihi non potest non dolere, quum apud animum meum verso, quantam literarum iacturam fecerimus, qui tam docto homine privati sumus. Neque vero Ceporini manibus suam felicitatem invideo, quod ii iam eo bono fruantur, ad quos assequendum nos aspiramus. Imo Ceporini mors ob hoc mihi tantopere dolet, quod videam bonas literas ruinam minari, quum docti viri praematura morte passim decedant et nemo si*t*, qui vel literas amet aut colat, sed scelerata principum tyrannide opprimantur et furiosis vulgi tumultib*us* exibilentur. Quę res nihil aliud portendere mihi videtur, quam deum sceleribus nostris et ingratitud*ine* iratum esse, propterea quod in tanta euangelii claritate tenebras magis *amemus* quam lucem *[Joh. 3. 19]*, et quod partim linguarum dono abutamur, partim vero capitaliter od*io* *habe*amus. Hactenus de Ceporini obitu. Paucula nunc addam, quę a te mih*i* fieri cupiam. Retulit mihi idem Leonhardus se in Regii cuiusdam[4] aedibus te convenisse ibique inter caetera te ex literatis convivis, qui tum simul aderant, interrogasse, quemnam in Ceporini locum substituere velletis; tum illos respondisse Rhellicanum, idque tibi non admodum displicuisse, modo alius etiam, qui Hebraice

10, 13, 14, 15, 16, S. 469 1, 4 *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da das Manuskript zerfetzt ist.* — 20 substituere] subsistuere.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339, p. 139. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 449 f.

---

[1]) *s. Nr. 392, Anm. 1.* — [2]) *s. Nr. 417, Anm. 5.* — [3]) *s. ebendort Anm. 4.* — [4]) *Wohl Junker Rudolf Rey, Kammerer des Stifts Großmünster; s. Nr. 113, Anm. 9.*

doceat, substituatur. Quod sane haud invitus percepi. Nam praeterquam, quod parum vel nihil fructus apud monachos Steinenses sperandum est[5], effrenis eorundem abbas[6] omnem (ut dicitur), lapidem movet[7], quo in regnum suum restituatur sive per fas sive per nefas, eamque ob caussam nil nisi νυχθήμερος hic futurus essem. Quapropter etiamsi tuę humanitati non diffiderem, quin mei rationem habitura esset, volui tamen hac scheda tibi significare te mihi quam gratissimum facturum esse, si operam dederis, ut provintię Graece docendi praeficiar. Ubi enim hoc factum fuerit, latiorem exercendi ingenii campum et ansam quoque discendi Hebraice nanciscerer, siquidem non solum Graece docendi mihi animus est, verum etiam rhetorica et dialectica praecepta, et eorundem exempla in bonis scriptoribus Latinis enarrandis docturus essem, ita ut iuventus non tam linguas et bonas artes disceret, quam quo ordine quaeque tractanda essent.

Vale.

Leonem[8] et Megandrum[9] meo nomine multum salvere iube.

Stainię Tigurinorum postridie divi Thomę anno 1525.

Raptim ad lucernam.

Tuus Ioannes Rhellicanus.

Huldricho Zuinglio suo, Tigurinę ecclesię antitisti primario.

17 Tigurinorum] Tigurinurum.

---

[5]) *Vgl. Nr. 417.* — [6]) *David von Winkelsheim; vgl. Nr. 172, Anm. 10.* — [7]) *Vgl. die Redensart: Stein und Bein in Bewegung setzen.* — [8]) *sc. Iudae.* — [9]) *Kaspar Großmann, s. Nr. 414, Anm. 16.*

426.

Zwingli an Vadian.

(Zürich), 23. Dezember (1525).

Gratia et pax a domino.

Non ambigo, clarissime Vadiane, quin tua civilitate iam dudum feceris, quod ipse tam per occupationes quam tabellionum penuriam, ut faceres, non oravi, nempe ut sęnatui vestrati gratias uxoris nostrę nomine agas pro munere et splendido et commodo[1]. Balthazarem[2] apud nos in nervum esse coniectum iam olim haud dubito te audivisse, de quo Binderus[3] commodum scripsisse reliqua admonuit, pręter hoc,

St. Gallen, Stadtbibliothek: Litt. misc. II. 375. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 450f., Vad. Briefsammlung V, Nachtr. 4 (S. 665).

[1]) *Der Rat von St. Gallen hatte Zwinglis Frau eine Verehrung an Leinwand gemacht als ein Zeichen des Dankes für das von Zwingli der Stadt St. Gallen gewidmete Taufbüchlein. Dieses hatte dort günstige Wirkung ausgeübt; Keßler, Sabbata*[2]*, S. 151. Vgl. auch unten Nr. 442, Anm. 17.* — [2]) *sc. Hubmaier. Er war nach dem Falle von Waldshut am 6. Dezember nach dem zürcherischen Amt Grüningen, damals der Hauptsitz der zürcherischen Täuferei, gegangen. Dann wurde er in Zürich verhaftet und in freier Haft gefangen gehalten. Der Landvogt von Grüningen wünschte, daß er ihm nochmals zugeschickt werde, um in der Kirche zu Gossau, als in der größten Gemeinde, den Widerruf zu leisten. Österreich verlangte die Auslieferung des Doktors; Zürich wies aber das Begehren ab, weil er in Zürich straffällig geworden und die Auslieferung „ungehört und vor nie gebrucht" sei. Man ließ hierauf die Gelehrten mit dem Gefangenen disputieren; worauf dieser widerrief, endgültig am 6. April 1526, zuerst in der Stadt, dann in Gossau. Auf seinen Wunsch wurde er vor Österreichischer Nachstellung in der Weise geschützt, daß man ihm den Aufenthalt in Zürich gewährte, bis sich nach etlichen Wochen eine günstige Gelegenheit zum sicheren Wegzug biete. Vgl. Bullinger 1, 303ff. und Egli, Zürcher Wiedertäufer S. 49, 51ff., 55f. Bezügliche Akten liegen erst seit Januar 1526 vor, vgl. namentlich Egli, Aktens. Nr. 911 und 940 (hier ein Widerruf, s. Anm. 4). Vgl. Anm. 3.* — [3]) *Georg Binder, Schulmeister am Stift, hatte bereits am 20. Dezember ausführlich über die Verhandlungen mit Hubmaier am Tag vorher an Vadian berichtet; der Brief ist gedruckt Vad. Br. 3, 127ff. Darin verweist er bereits auf weiteres, was Zwingli mitteilen werde (alia ex Zwinglii literis fortasse magis intelliges). Auf Binders Er-*

quod ipsum adhuc latuit. Hesterno crepusculo, quod fuit 22. Decembris hora quarta, per praeconem accersor in prętorium. Ibi convenerant, qui ad hoc per sęnatum constituti fuerunt; prodit Balthazar et apertis clarisque verbis recantat errorem[4] de catabaptismo, de non habendo Christianis magistratu; excusat se, nunquam in eodem fuisse errore plane testans. Eodem modo de communitate et sanctitate, qua isti se iactant incontaminatos esse. Res ad magnum sęnatum diacosiorum est reiecta, qui nunc ista hora habetur 23. Decembris ante meridiem.

Scripsit quidam[5] apud Budam (habet enim Ofen in frontispicio libellus) pro nobis adversus Pomeranum; qui mihi libellus hoc articulo redditus est ex Augusta per Hätzerum[6], qui nunc apud nos est. Urb*anus* Rhegius fluctuat, quę res mihi satis magno testimonio est veritatem de eucharistia Augustanis quoque probari; ut enim nobis videtur viro ingenium esse, chameleonta non nihil refert. Obstant Luterani, et Luterus ipse nobis comminatur haud civilius, quam agricolis rusticis fecit[7]. Habemus, Argento*ratenses*, Basil*ienses* et nos, eius fundamenta. Dii boni, quantum frigus, quanta in sua authoritate spes! Sed bene habet: sic debent mutari ac se in omnia vertere, qui veritatem aut explodunt aut declinant. Victoria in manibus est, ut ut sęviant pont*ifex*, Eccii, Fabri, Lutheri, Gugen-

---

innerung hin trug dann Zwingli das Ergänzende im vorliegenden Briefe nach, über die Vorgänge am 22. und 23. Dezember.

[4]) *Die einzelnen Punkte des Widerrufs, wie sie Zwingli hier aufführt, entsprechen dem von Hubmaier abgefaßten undatierten Autograph, das in Eglis Aktens. als Nr. 940 abgedruckt und mit Fragezeichen zum März 1526 eingereiht ist. Es ist dieses also vom 22. Dezember 1525 zu datieren (es wäre denn, daß Hubmaier, der nicht nur einmal widerrufen mußte, erst bei späterer Gelegenheit verhalten worden wäre, das früher nur mündlich Bekannte in Schrift abzufassen; das ist kaum anzunehmen).* — [5]) *Zwingli erwähnt hier die Schrift: „Antwurt dem Hochgelerten Doctor Joan. Pugenhag uß Pomern, Hirt zu Wittenberg, uff die Missive, so er an den Hochgelerten Doctor Hesso, Leerer zu Preßlaw geschickt, das Sacrament betreffende. Durch Cunrat Ryßen zu Ofen gemacht". Sie erschien wiederholt deutsch, zweimal in Augsburg, einmal in Straßburg und in Zürich. Man vermutete von katholischer Seite am Ende des 16. Jahrhunderts unter dem Verfassernamen Ryß ein Pseudonym für Zwingli selbst. G. Finsler hat aber nachgewiesen, daß dies falsch ist; nach alter reformierter Tradition, die begründet zu sein scheint, war der Augsburger Michael Cellarius der Verfasser; Zwingliana 1, 28 ff. Auch Zapf, Augsburgs Buchdruckergeschichte 2, 204 nennt diesen als den wahren Verfasser. Die Annahme, Zwingli meine mit seinen Worten: „habet Ofen in frontispicio libellus" eine Zeichnung auf dem Titel, scheint verfehlt; er erklärt nur den Ortnamen „Buda" durch den deutschen „Ofen", den er auf dem Titel las. Die deutschen Ausgaben bieten kein Bild, und lateinische, die man deswegen vermutete, sind nicht nachweisbar.* — [6]) *Ludwig Hätzer, vgl. Nr. 383, Anm. 1.* — [7]) *Ein Wink, wie Zwingli über Luthers Schrift wider die Bauern dachte.*

gagii [!]. Comitia Augustana[8] mire eluduntur cęsaris Ferdinandique artibus; nulli ferme principum principaliorum aderunt; etiam episcopi, Colo*niensis*, Trevir*ensis*, Magunt*inensis*, non aderunt. Ego arbitror vix tandem his redditam esse narem, ut monarchiam cęsaris olfacere incipiant.

Bernam missa est *senatus diacosiorum* legatio[9]. Quid responsi auferant, expectamus. Videmus nostra tempestate, quantum possint studia, quę iam Helvetiorum omnem occasionem impediunt; da enim eorum concordiam! et non modo per discessionem, aut si mavis desertionem, cęsaris vis imminuetur, sed et Gallus e vinculis[10] educetur; tantum est in Germania cę*saris* fastidium. Verumtamen sic est in fatis. Consilio cuiusdam[11], quem tibi paulo post nominabo, factum est, ut Bernam sit legatum, efflagitantibus non nullis, qui istic deum timent. Res magni momenti erit, si recte volent consulere. Hęc ultima tecum. Tu interea bene spera etc.

Sabbato ut supra.

Huldricus Zuinglius.

Commendo tibi hanc Hermanni filiam[12], ut eam patri commendes. Honeste sane apud nos lana telaque victum parat, duriter victum quęritans; sed sunt, scio, omnium hac tempestate copię in angustum contractę. Quantum licet ac fieri potest, ne desis, oro.

An hernn doctor Joachim von Watt zů *Sant* Gallen, finem in ſunders günſtigen herren und fründt. — *Sant Gallen.*

---

[8]) *Der Reichstag zu Augsburg, ausgeschrieben auf Martini 1525. Er war so schlecht besucht, daß man ihn auf das nächste Jahr nach Speyer vertagen mußte.* — [9]) *Vgl. Nr. 424, Anm. 5.* — [10]) *Franz I. von Frankreich.* — [11]) *Nicht zu ermitteln.* — [12]) *Also die Überbringerin des Briefes. Sie ist nicht weiter bekannt. Es ist sehr wahrscheinlich der Dekan Hermann Miles in St. Gallen gemeint, vgl. Miles, Chronik (St. Galler Mitteil. 28), Nachwort, S. 365 (93). Seine Gattin Wiborad Finli hatte ihm schon drei Töchter geboren, ehe er sie 1527 „zu kilchen" führte „nach miner heren satzung und lut götlicher geschrift".*

427.

Zwingli an Konrad Pellikan[1].

(Zürich, vom 26. Dezember 1525).

[Auszug Pellikans:] „Eiusdem anni 1526ti initio, in die sancti Stephani, epistolam accepi a sanctę memorię viro incomparabili Huldricho Zwinglio, qui nomine senatus Tigurini et deputatorum[2]

3 Tigurini *am Rande nachgetragen.*

Zürich, Stadtbibliothek: Chronicon C(onradi) P(ellicani) R(ubeacensis) ad filium et nepotes 1544, Msc. A. 138, fol. 89.

Abdruck: Das Chronikon des Konrad Pellikan, herausgegeben von Bernhard Riggenbach (1877), p. 105 f.

---

[1]) *Konrad Pellikan, eigentlich Kürsner, von Rufach im Elsaß (1478/1556). Er wurde nach kurzen Studien in Heidelberg 1493 Barfüßer in seiner Heimat, 1496 aber nach Tübingen versetzt, wo er mit bewundernswerter Geduld das noch fast unbekannte Hebräisch erlernte und schon 1501, zuerst von allen Christen, eine Anleitung zum Erlernen des Hebräischen schrieb, die 1504 zum erstenmal in Straßburg gedruckt wurde. Im Jahr 1501 wurde er wieder nach Rufach versetzt, 1502 nach Basel, wo er bei dem bekehrten Juden Matthäus Adrianus im Hebräischen sehr viel gewann, 1508 wieder nach Rufach, 1511 als Guardian nach Pforzheim, 1517 nach Rufach und 1519 nach Basel. Als Ordensmann sah er u. a. auch Rom und Paris. Früh reformatorisch gestimmt und fleißig für die Druckerpresse arbeitend, wurde er mit Oecolampad vom Basler Rat 1523 zum Professor der Theologie ernannt, blieb aber immer noch im Kloster und trug die Kutte, bis ihn Zwingli als Nachfolger des Ende 1525 verstorbenen Ceporin als Professor für das Hebräische nach Zürich zog. Hier wirkte er, mit Zwingli und Bullinger vertraut, bis an sein Ende im Jahr 1556 mit großem Fleiß, auch in literarischer Arbeit. Er war allgemein beliebt und angesehen in den weitesten Kreisen der Gelehrten, dies besonders wegen seiner Kenntnis der nachbiblischen jüdischen Literatur. Vgl. Riggenbach, Pellikans Chronicon, auch Strack in P. R. E.*[3] *XV 108 ff.* — [2]) *Als Verordnete zur Schule werden 1525 und 1526 genannt: M. Ulrich Zwingli und Herr Heinrich Schwarzmurer von Propst und Kapitel zum Großmünster, M. Rudolf Thumysen und Ulrich Trinkler von kleinen und großen Räten; vgl. Egli, Aktens. Nr. 735b (S. 903) und 955. Diesem ersten Briefe Zwinglis an Pellikan in Sachen der Berufung folgte bald ein zweiter, unten Nr. 439.*

scribebat, obiisse eximię eruditionis virum Iacobum Ceporinum[3], qui Hebrea praelegerat in ordinaria tunc instituta lectione et biblica, suadebatque et orabat enixissime, ut intuitu veritatis et ecclesie Tygurine necessitatis non difficultarer mutare condicionem meam in longe sacratiorem et tutiorem, quam antea fuisset; sciret quidam se rem a me maximam petere, sed quam conscientie meę et deo et domino nostro Ihesu Christo et eius ecclesię me scirem debere. Orabat, ne abnuerem eam, quam a deo, eo ipso, vocationem agnoscerem ad nihil aliud, quam ad verissimum dei cultum, ad verbi divini tractationem et ad gratie mihi collatę reddendum pro viribus fructum, quo ipsi carere non facile possent"[4].

---

[3]) *s. Nr. 156, Anm. 3. Er wird am 20. Dezember 1525 als verstorben erwähnt; Vad. Br. 3, 129.* — [4]) *Pellikan fährt hierauf im Chronicon fort: Ego vocationem istam stupidus considerans et me imparem sciens et cogitans iamque assequutus vocationem prælegendi in universitate Basiliensi, cui sine querela saltem satisfeceram iam triennio, respondi per litteras (folgt ein kurzer Auszug aus der unter Nr. 429 abgedruckten Antwort, worauf es heißt): Ostendi epistolam et vocationem amicissimis meis amicis et dominis, consuli Iacobo et reliquis multis, optans scire, quid facto opus iudicarent mihi et honorificum foret, et quid mihi subinde scribendum Tigurinis, si me vocare persisterent. Suaserunt amici mei omnes, ut non detrectarem vocationem istam, quando adhuc tardius proficiebat Basileae reformationis institutum et ego inter fratres tutior esse diu nequirem, sed periclitarer in dies inter fratres falsos et dissidentes. Et statim secundis literis Zwinglius ardentius vocat et instat etc. (s. unten Nr. 439). Aus Nr. 429 und 430 ist ersichtlich, daß Oecolampad ersucht worden war, auf Pellikan einzuwirken; vielleicht hatte er das obige Schreiben an diesen selbst zu vermitteln, vgl. Nr. 429, Anm. 1 und Nr. 430, Anm. 2. Zum Datum des Briefes siehe eine Vermutung Zwinglis, unten Nr. 439, Anm. 12.*

428.

Wolfgang Capito an Zwingli.

Straßburg, 27. Dezember 1525.

Gratia Christi tecum, fortissime heros.

Plurimum solatii litere tuae[1] attulere nobis de tua ecclesia sollicitis, qui timebamus nescio quid humanius casurum in pectora infirmiora ob lapsum Waltzhutanorum[2]. Vicinię enim malum nos vehementius attingere solet. Verum tantum abest, ut aliquid vobis discesserit, ut et nostram pariter ignaviam istinc subfulcias. O charissime Zvingli! quam semper trepidavi de Baltasare[3], quoties arctissimis amicis de homine dubitanter locutus sum, quoties dubitavi de animo gloriosuli! siquidem notus est ab annis multis magis, quam ulli bono probatus. Nunc primum, quia concutitur adversis, in spem venio, hominem vere dei esse, qui per praesentes afflictiones apparatur, expolitur, absolvitur; modo furiosam rebaptisandi pervicatiam et impotentem, qua vehementer laborat, philautiam deponat. Det dominus, ut in gloriam suam omnia! De Waltzhutanis in spe sum, in locum eiectum verbum dominus restituet, quia coherescere quorundam pectoribus nihil dubito auditum Christum, qui ociose non latitabit *[Matth. 10. 26]*; erumpet olim cum cautiore fidutia. Illa modo via dissidium excluditur, quod ex tuis literis agnosco peius extitisse praesenti clade. Gratia deo! nostram ecclesiam eius generis tragoedia necdum tangit. Verum aliquid monstri quidam alunt, quod nuper effudissent, ni metus externę persecutionis prohiberet. Eos facere nostros quotidianis officiis conamur. Quod ad constantiam nos hortaris, habeo gratiam. Cohortatione tali opus est, non omnibus, fateor, infirmis tamen maxime conducunt, imo et firmi gaudent audire alibi similia dedisse pectora dominum. Vanissimos hic terrores spargunt,

3 timebamus *übergeschrieben* — 6 istinc *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 171. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 452/54.

---

[1]) *Der Brief ist verloren.* — [2]) *Am 6. Dezember 1525.* — [3]) *sc. Hubmaier, vgl. Nr. 353, Anm. 1.*

quasi nostra fides formidabilis esset eximie Satanę. Scimus nasci domi nostrae omnes hos rumores; et sunt tamen, qui nostrae reipu*blicae* malevolunt; sed incutere mala hoc tempore an satis commode poterint, necdum scio. Adeo habent, quo per hanc ętatem exercendi videntur. Novi et plebis mobilitatem; sed anchora nobis Christus est, eoque intrepide pergimus. Waltshutana defectio ne pilum quidem nos turbat, imo sentio grandescere fidem in multis. Enscheimenses[4] pergunt pios trucidare, et Elvetii nostri tantis pestibus favent. Dominus eos dissipet ac perdat!

Cum pharmacopola[5] conveni, qui plane probus ac integer est. Sedecim aureos pro victu poposcit. Neque alibi uspiam minus dari solitum asseverabat. Hominem verum putamus, et ei ministro non esse opus scimus. Eoque suscepi ad te scribendum; tuum erit respondere, an bono viro hęc conditio probetur, nec ne. Nam quod pharmocopola de fideiussione petierit, per me agetur. Fidem dabo pro iuvene commendato per te perquam libenter. Fere exciderat: ad biennium locandus erit; nam ait, minori tempore nihil commode fieri posse.

Qualis vir sit Ioannes Burkardi, ex iniecta schedula[6] facile cognosces, tametsi *ἀπόῤῥητα* monasticę vitae nihil attigerunt illi, qui

---

[4]) *Die österreichische Regierung zu Ensisheim.* — [5]) *s. Nr. 409, Anm. 1.* — [6]) *Die schedula ist nicht erhalten. „Dr. Johann Burchard" wurde 1515 auf dem Generalkapitel der Dominikaner zu Rom dem Straßburger Konvent zugewiesen, wo er den Spitznamen „Doktor Jesus" erhielt, aber 1516 oder anfangs 1517 weichen mußte. Er wurde verschiedener Vergehen beschuldigt, besonders des Diebstahls, so in einem Brief der virorum obsc. 1517, was Capito und Zwingli hier und unten im Briefe vom 24. März 1528 bestimmter wiederholen. Als Dominikaner in Mainz predigte er Ende November 1520 gegen Luther bei der Verbrennung von dessen Schriften, ebenso in Worms am 29. Mai 1521. Aleander empfahl ihn nach Rom, wo er die Rückkehr in das Straßburger Kloster betrieb, doch ohne Erfolg. Am 26. April 1525 wird „Dr. Johann Burkardi" (Johann Burkhard, Hans Burkart), Predigerordens, seines Predigtamts auf Burg zu Basel vom Rat „stillgestellt", weil er den Stadtschreiber Schaller geschmäht und nachdem er vor Austrag des Handels aus der Stadt geschieden; umsonst ließ er sich durch die eidgenössische Tagsatzung, der er sich als ein Opfer des Glaubens zufolge der Anfechtungen durch die „evangelischen Brüder, als sie sich nennen" darstellte, zur Wiederaufnahme empfehlen (Staatsarchiv Basel, Schwarzes Buch, Ratsb. A. 6, fol. 8, Kirchenakten A. 1, fol. 21, 22). Er erhielt die Predigerstelle in Bremgarten, polemisierte hier 1525 als „Theobald Perdutianus" gegen Heinrich Bullinger wegen der Messe, beteiligte sich 1526 an der Badener Disputation, geriet in langwierige ökonomische Schwierigkeiten und wurde auf Beschwerde Berns, dessen Religionsmandat er ein Bubenwerk gescholten, mit Absetzung bedroht 1528. Um diese Zeit wurde ihm der Straßburger Diebstahl wieder vorgerückt, was zu einem Prozeß führte. In diesem äußerte Burchard, alle, die ihn dessen beschuldigen, von Zwingli angefangen, seien ketzerische Bösewichte. Zürich verlangte darauf, daß Burchard gefangen gesetzt werde; jetzt floh er eilig aus Bremgarten. Als Generalvikar der oberdeutschen Kongregation des Predigerordens spielte Burchard eine Rolle am Augsburger Reichstag 1530. Das Speyrer Domkapitel bestellte ihn 1531 als Stadtpfarrer zu*

hęc suggesserunt. Prȩcipuum, quod per Martinum Herlin[7] probari potest, furtum est frumenti et aurei cruciati. Nam civi, qui adhuc vivit, mira fraude imposuerat et in aliqua summa frumenti defraudaverat; totum, quod abstulerat, reddidit, coactus manu illius. Neque ei tutum esset hic agere, nisi permutata veste. Raperent eum sui adversarii in ius.

Bucerus anno superiore causa parandi victus Pomeranum vertendum receperat. Tedia multa devoravit. Vertit. Excusus est liber Basileę[8]. Quam studium hominis Wittenberga probatura sit, experiemur brevi. Certe quedam meliora reddidit, et nunc in hoc est idem, ut exquisitiora colligat. Verum, mi Zvingli, oro plurimum, quam fieri potest, frigidiss*ime* agas, si quid agendum adversus *γραφοτυράννους τοιούτους*. Modestia et causa nitamur, sicut ipsi autoritate et opinione eruditionis.

De Baltasare, quem tecum captum aiunt a magistratu liberali detineri custodia[9], speramus felicem exitum. Iustitia et charitas in talibus iudicibus locum habent neque deserent indefensam causam veritatis. Et omnino consultum arbitror, ut nihil, quod severitatis etiam iustę suspicionem habeat, cum eo tentetur. Gloriosuli illi norint clementiam Christianiss*imi* magistratus. Gravatus hęc multis scribo tamen. Tu boni consule.

Argent*orati* 6. Kal*endas* Ianu*arii* anno 1526.

Vuolfgangus Fabritius Capito.

Observandissimo fratri ac maiori suo Huldericho Zvinglio, episcopo Tigurinorum etc. — Zürich.

25 Zürich] *üri Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen.*

Eßlingen, wo er aber dem Rate weichen mußte. Er lebte noch 1536 zu Freiburg im Breisgau. Vgl. N. Paulus, Die deutschen Dominikaner usw., in: Erläuterungen und Ergänzungen zu Janßens Geschichte des deutschen Volkes 4, 325/30. G. Bossert, Badisch-Pfälzische Reformationsgeschichte in: Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins N. F. XIX 605 ff. Eidg. Abschiede; Strickler; Argovia VI. Alfr. Stern, Dr. Jesus (Zwingliana 2, 355 f.).

[7]) *Ratsherr in Straßburg, s. Nr. 356, Anm. 16.* — [8]) *Psalter wol verteutscht auß der heyligen sprach. Verklerung des Psalters, fast klar und nutzlich, Durch Johann Bugenhag auß Pomern, Von dem Latein inn Teutsch, an vil orten durch jn selbs gebessert usw. Basel, Adam Petri, im Januar 1526. In der Vorrede bezeichnet sich Bucer als Übersetzer. Drei deutsche und einen holländischen Druck beschreibt die (Festschrift) zur 400jährigen Geburtsfeier Martin Bucers (Straßburg 1891), S. 108 f. Bugenhagen hatte Bucer ein Exemplar seines Werkes geschenkt und ihm erlaubt, es frei zu bearbeiten; vgl. Hering, Bugenhagen S. 43. Es folgte später ein leidiger Handel daraus; s. Nr. 503, Anm. 3.* — [9]) *Über Hubmaiers Gefangenschaft in Zürich vgl. Nr. 426, Anm. 2. Die freie Haft, deren Bullinger gedenkt, wird hier bestätigt.*

429.

Konrad Pellikan an Zwingli.

Basel, 28. Dezember 1525.

Sapienciam ac fortitudinem in Christo domino.

Aperuit mihi Oecolampadius noster[1], amicissime mi Zuuingli, mysterium instituti tui de me subordinando loco pie defuncti Coeporini, optimi et eruditissimi viri. Cuius functioni si parem me iudicas, tuo id periculo feceris. Ego certe, ut nescio, quid exigendum sit a me, ita non integrum habeo, quid prestare possim. Sum enim homo impeditioris tam lingue quam ingenii, ut nihil magni ausim de me cuiquam polliceri. Verum oro, ut de ea re scribas lacius[2], ut sciam, quid petatur a me, et si id certo. Quanquam autem iam dudum viderim subsistere me in hoc vivendi genere diucius non posse — minuitur enim indies numerus fratrum Christianorum in cenobio meo, et multi ferventer instigant, quibus obsistere nequeo, ut vestem mutem — expectavi tamen domini vocationem, qua in opus suum exposcar alicubi, nulla habita ratione emolumenti, sed tantum utiliter collaborandi in propagando euangelio et proximis serviendi pro gratia conferenda vel collata. Fuit mihi hactenus satis quieta conditio et oportunitas magni et utilis laboris preter prelectionem publicam; sed subsunt causę non sperande diuturnitatis in opere meo. Sed et suspicor eciam senatum nostrum non gravatim me dimissurum, si renunciem

Zürich, Stadtbibliothek: Msc. F. 47, fol. 3. — Der Brief zeigt Verschickungsschnitte und Siegelspur, und unter der Adresse von Pellikans Hand den späteren Zusatz: Responsalis ad vocationem.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 454 f.

[1]) *Der Brief ist die Antwort auf den Zwinglis, welchen Pellikan am 26. Dezember erhalten hatte, s. oben Nr. 427 und unten Anm. 4. Daneben hatte Zwingli zugleich Oecolampad ersucht, mit Pellikan Rücksprache zu nehmen (vgl. Nr. 430, Anm. 2), woran nun letzterer anknüpft; Oecolampad wird ihm Zwinglis Brief vermittelt haben.* — [2]) *Das hat dann Zwingli getan, erst am 12. Januar 1526, s. Nr. 439. Zu dem folgenden „et si id certo" vgl. Nr. 431, Zeile 9 f.*

ei professionem meam[3]. Instant armato consilio, ut non spernam conditionem, de qua subindicas[4], eciam amicissimi mei. Et ego Tygurinorum fidem et probitatem magnificam maximifacio, quibus servire pium sit et comodum. Denique dei voluntate rem agi non dubito, cuius dispensationi et gracię me totum tradidi, nulla alia ratione vitam instituere cupiens, quam ut illi probandam sperem. Iuxta carnem quidem ac sanguinem difficile abstrahor a genere vivendi, cui per triginta tres annos assuevi, nunc agens xlvij annum aetatis[5]; sed si per dei voluntatem ecclesia Tygurina me vocabit ad opus domini, cui cum eiusdem gratia quoquomodo sufficere potero, non video, qua ratione tergiversari possim. Itaque, mi Zuuingli, oro de hac re scribas mihi, et scito me votis tuis cupide obsequuturum, si in gloriam dei putaveris me posse quippiam. Basileam quidem satis adamavi et amo; sed domini vocationi obsistere non debeo, cum id per conscientiam libere queam. Quantum attinet ad status mei desercionem, quem iam dudum pape renunciavi et *Χριστο* vivere concupivi, nunc primum, spiritu quodam cerciore afflatus, ut diucius non differam, *h*uiusmodi vocatione permotus; multis eciam aliis in exemplum ut fratribus detur. Nescio tamen, si quid tentari possit ante angariam praesentem finiendam, — — tamen domini senatores obsequium meum exigere volent, quibus hactenus *n*on invitus servivi.

Salutat te impendio concionator noster[6], quem nosti, *tui* amantissimus, qui et ipse mallet servire alicubi dominis Tygurinis, quam hoc vivendi genere inter tam cunctabundos frustra clamare et vivere.

Vale, vir optime et eruditissime, in *Χριστο*.

Ex Basilea die Innocentum 1525.

Tuus ex animo semper Conradus Pellicanus.

Fideli servo dei et ecclesię Tygurinę Huldricho Zuuinglio, amico charissimo.

1 armato] *soll wohl heißen* privato — 16 Χριστο] Χρ̄ο — 18, 21, 22 *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da das Manuskript zerfetzt ist.* — 21 *vor* obsequium *gestrichen* tū — 25 Χριστο] X̄.

---

[3]) *Pellikan war 1523 mit Oecolampad vom Rat zu Basel zum Professor an der Universität berufen worden, vgl. Nr. 301, Anm. 1.* — [4]) *Im Brief Nr. 427.* — [5]) *Pellikan ist geboren 1478, in den Barfüßerorden getreten anfangs 1493; Chronicon p. 3 (vgl. 5), 10.* — [6]) *Johannes Lüthart, genannt Sündli, s. Nr. 453.*

430.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 29. Dezember (1525).

Gratiam et pacem a Christo. Mi frater!

Escheri nostri[1] colloquium mihi non contigit; abierat enim, anteaquam illum advenisse cognoscerem. Cum Pellicano egi diligenter, ut cognosces ex eius literis[2]; mallem eum hic manere, sed excucullatum. Imprudentia diaconi[3] fętere fecit castra nostra. Innocentem adhuc arbitror, quamvis coniectus sit in vincula. Valde autem oculati sunt adversarii nostri, suas interim trabes nescientes *[Matth. 7. 3f.]*. Cęterum in causa Ecciana[4] probatur mihi consilium tuum. Ego nondum annui me alio loco, quam hic, redditurum rationem. Hic paratus sum. Senatus me nondum vocare dignatus, et amicis videtur inconsultum, si ipse audiri petam. Respondebo autem, si vocarint, ut scripsisti. Si epistolam tuam censes publicandam[5], sat fuerit meo nomine monuisse opportune lectorem, me officio in tempore non defuturum. Expecto, quid Wittenburgenses parturiant, quos certum aiunt

14 parturiant] *ursprünglich* parturiunt.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 60. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 455.

[1]) *Ein Zürcher, vielleicht der Ratsherr Konrad Escher, der aus dem „Gyrenrupfen" bekannt ist? Anhaltspunkte fehlen.* — [2]) *s. Nr. 429. Zwingli wird an Oecolampad gleichzeitig wie an Pellikan (s. Nr. 427) geschrieben haben, damit er bei diesem seinen Einfluß geltend mache. Der Brief Zwinglis an ihn ist verloren.* — [3]) *Um diese Zeit verließ Bonifacius Wolfhart (vgl. Nr. 320, Anm. 1), unzufrieden mit Basel, die Stadt und zog nach Straßburg (Herzog, Oecolampad 1, 353). Ob sich die Andeutung Oecolampads im Briefe auf diesen seinen Helfer bezieht, und was an der Sache war, weiß man nicht. Bald wurde Wolfharts Nachfolger Hieronymus Bothanus von Maßmünster.* — [4]) *Die Angelegenheit der (Badener) Disputation, vgl. Nr. 422, Anm. 2. Bald nachher, am 12. Januar 1526, erbot sich Oecolampad dem Rate doch zu einer Disputation; s. Nr. 438, Anm. 2.* — [5]) *Das Schreiben Zwinglis ist nicht erhalten.*

contra nos scribere, et tunc opportune etiam a me perstringetur Eccius, qui non serio, sed dolo congredi cupit. Precabimur dominum, ut suo negocio assit.

Vale et Hetzerum[6] saluta cum ceteris fratribus.

Basileę 29. Decembris[7].

Ioannes Oecolampadius.

. . . imo viro Hulrico *Zwinglio*, Tigurinę ecclesię fidelissimo doctori, suo fratri.

7 *Lücke und Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen.*

---

[6]) *Ludwig Hätzer, s. Nr. 426, Anm. 6 und Nr. 431, Anm. 1.* — [7]) *Jahrzahl fehlt. Nach dem Inhalt des Briefes muß sie 1525 sein.*

431.

Ludwig Hätzer[1] *an Zwingli.*

(Basel), 30. Dezember 1525.

Gratiam et pacem a deo per Christum.

Tuo nomine, observandissime Zuingli, loquutus hodie sum Chunrado Pellicano[2], quam potui officiosissime. Narravi commoditates aedium, item desiderium omnium bonorum virorum, qui apud vos multi sunt, interim etiam aptam occasionem, qua a superstitioso cucullo liberetur. Videbatur plane risu suo adsentire, et mire ei hanc ipsam vocationem arridere, licet etiam semel aut iterum (ut decet) ingemuit, timens, ne non sufficere possit. Quum vero doctius [!] non prȩvideri possit, se id lubens operis subire spopondit, si modo certum sit, aiebat[3]. Ego tuo nomine promisi, tibique a senatu collocatam esse potestatem doctum quempiam eligendi, quem certo, ut meum iudicium fert, doctissimum habes. Ego foeliciter Basilęam veni[4], nisi quod ter imbellis ille equulus mecum sese humi prostrarit. Oh quam levavit optimus maximus deus, ne fregerim crus aut aliud membrum! Certe non mirum, etiamsi corpusculum meum infirmum alias prorsus periisset. Ioanni Oecolampadio fideliter omnia commissa retuli. Fert magnam senatus infidelitatem. Solus laborat, solus est.

5 *vor* a *gestrichen* ab — 10 *vor* collocatam *gestrichen* lo — 12 doctissimum] doctissmum — 14 *vor* fregerim *gestrichen* led.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 129. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 455 f.

---

[1]) *s. Nr. 383, Anm. 1.* — [2]) *In Sachen der Berufung nach Zürich, s. Nr. 429. Der Brief ist also aus Basel geschrieben.* — [3]) *Mit diesen Zügen ist Pellikans freundliches, demütiges und vorsichtiges Wesen trefflich geschildert. Zu „si modo certum sit" vgl. oben Nr. 429, Zeile 9.* — [4]) *Hätzer war laut Nr. 426, Anm. 6 bei Zwingli in Zürich und kam nun in dessen Auftrag nach Basel. Zwingli hatte ihn an Pellikan abgesandt, ehe er dessen Brief vom 28. Dezember erhalten haben konnte. Daher Pellikans Vorsicht (si modo certum sit).*

Quid multis? Dignus, ut in pistrina pro multis molat. Deus vero semel vultum suum ostendet *[Ps. 13. 2.4 u. ö.]*. Vilhelmo a Cella[5] dic me adhuc mandatorum suorum recentem habere memoriam; faciam quam diligentissime.

Vale.

Penultima Decembris 1525.

Ludovicus Hätzerus.

*Ex*imio viro dei Huldrycho *Zuing*lio,
praeceptori et fratri *suo* observandissimo — *Zürich*.

1 pistrina] pristrima — 7, 8 *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen.*

[5]) *Wilhelm von Zell, der Vertraute Zwinglis, s. Nr. 412, Anm. 5.*

432.

N. an Zwingli.

1526 . . .

Erwirdiger herr!

Äwer ſchriben hand wir verſtanden, das wir gern und für gůt von üch uffnemend und habend, ſind ouch des willens, ze handlen, nach dem ir und unnſſere heren unß gentzlich vertrüwend und mit der hilf und gnad gotes unſern heren unnachteilig und unß unferwiſſenlich[1] ſin wirt. Welind alß[2] im beſten verſtan. Darmit ſyend got alltzit bevolen.

Datum Fritags vor der allten Selnower kilwy[3] an[0] im xxvj jar.

D r

An meister Vlrich Zwingli.

Zürich: E. I. 3. 2. Aus einem Bande, S. 282. Siegelspur. Ungedruckt.

---

[1]) *was keinen Verweis, Vorwurf verdient* — [2]) *alles* — [3]) *Im Selnau vor der Stadt Zürich stand bis zur Reformation ein Frauenkloster Zisterzienserordens. Es war 1526 bereits aufgehoben. Die „alte Selnauer Kirchweih" ist nicht mehr zu ermitteln. Das Billet ist auch sonst nicht aufzuklären (auch nicht mit Egli, Aktens. Nr. 1067 vom Jahr 1526). Wir reihen es zum Anfang des Jahres ein. Was die Unterschrift* D r *bedeutet, ist unklar. Etwa: Diethelm Röist, den Zürcher Bürgermeister?*

433.

Schultheiß und Räte zu Winterthur an Zwingli.

Winterthur (1526 ff.?)

Wolgelerter, erſamer, wiſer, inſonders günſtiger her, ouch lieber und güter fründ. Üch ſigen unſer früntlich wilig dienſt alzit zevor.

Lieber her, unß zöugt an ein krancke perſon, weliche unſere burgerin iſt und armen lüten vill gůtz durch ir almůſen mitteilt und thůtt, wie das ſy der tagen iren brunen[1] zů Zürich by dem dockter von Iſbruck, nüwlich gan Zürich komen, gehept, der sälbig irn[2] all ir kranckheit, wetagen[3], ouch gſtalt, form und altar[4] eigenlich anzeigt und ſich darby loſen[5] mercken, iren mit der hilff gotz wider zů geſuntheit, ſo er ſy by im zů Zürich het, welte verhelffen. Daruff er alher zů iren ze komen umb ein güte belönung (dan es da woll verhanden) angeſůcht iſt, welichs er abgeſchlagen, und ſige aber hinüber ze faren kranckheit halb nit woll in irem vermögen ꝛc. Nun ſige ſy under ſölichem bericht, wie das ir an gedachtem dockter vil vermögen, und unß deßhalb gen üch umb fürpit (darmit er ir alher um ſinen güten lon, ſy zů beſechen, verlangen möcht)[6] ir ze gäben ernſtlich angerůfft. Nun diewill wir unſer burger, und inſonders uß dem geheiß got und ſchuldiger pflicht die armen, diewill ſy

1 günstiger] gunstiger — 2 Üch] Uch — 3 zöugt] zögt — 4 durch] dürch — 5 brunen] brünen — 7 ouch] oüch — 8 gesuntheit] gesüntheit — 9 Daruff] Darüff — umb] er umb — 10 dan . . . vorhanden *am Rande* — 12, 15 Nun] Nün — 15 *vor* und *gestrichen* ze fürderen geneigt.

Winterthur. Stadtarchiv: Kopiebuch der Missiven usw. II fol. 24 (nach Dr. K. Hauser gleichzeitiger Entwurf des Stadtschreibers Gebhart Hegner).

Abdruck: Sch. u. Sch. Suppl. 47 f.

[1]) *Harn* — [2]) *ihr* — [3]) *leibliche Schmerzen* — [4]) *Alter* — [5]) *lassen* — [6]) *Satz in Klammer*] = damit sie ihn hieher . . . bekommen könnte. *Zur Ausdrucksweise s. Idiot. III 1331.*

denen ir almůſen richlichen mitteillt, ze fürderen gantz geneigt, hierum ſo iſt an üch unſer inſonder früntlich pit, mit gedachtem dockter ze reden und verhelffen, das er alher komen, und üch hierinn unſerm gůten vertruwen nach, ſo wir zů üch hand, bewiſen, darmit gemelte perſon ſpüren mög unſer fürpit gen uich[7] genoßen haben. Das wöllen wir umb üch, wo es ſich iemer[8] begibt, geneigts willens verdienen und zů danckparer widergältnus unvergäßen haben.

Datum[9].

Schultheis und rät
zů Winterthur.

Dem wolgelerten, erſamen, wiſen meiſter Ůlrich Zwingly, predickant Zürich, unſerm günſtigen heren, ouch lieben und gůtem fründ.

1 fürderen] furderen — hierum] hierüm — 2 früntlich] frundtlich — 2, 3, 4, 5 üch] uch — 12 günstigen] gunstigen.

[7]) *euch* — [8]) *jemals, je, irgend einmal* — [9]) *Weiteres ist über die Angelegenheit nicht bekannt. Auch sonst fehlen bestimmte Anhaltspunkte, das mangelnde Datum zu ergänzen, zumal die Einträge im Missivenbuch nicht nach der Zeitfolge geordnet sind; doch spricht laut gefälliger Mitteilung von Dr. Hauser die Vergleichung mit andern Schriftstücken des Schreibers dafür, daß der Eintrag nicht vor 1526—28 entstanden ist. Der Brief mag also am Anfang dieser Zeitspanne stehen.*

434.

Zwingli an Wolfgang Capito.

Zürich, 1. Januar 1526.

Gratia et pax a domino.

Nunciatum est mihi, doctissime Capito, ista ipsa hora, qua hęc scribo, viatorem urbis vestrę a nobis proxima luce ad vos soluturum esse, qui et dicat Argentorati rumorem fuisse, Zuinglium esse relegatum aut fuga elapsum[1]. Ipse hominem non vidi; cum autem optavisse dicerent, ut literas nostras comites haberet, en mitto. Tiguri sum, spiro, imo vocifero tubę instar *[Jes. 58. 1]*, ut pontificia Rhomę castra vocem nostram non modo exaudiant, verum etiam sic metuant, ut adperto Marte congredi nolint, sed cuniculis insidiisque rem agant. Petunt me Tiguri, petunt apud Helvetios; at paulo plus auferent, quam dominus permiserit.

Balthazar Waltzhůtanus[2] hic in cotem incidit, homo non modo impius et indoctus, sed etiam vanus. Summam tene. Tigurum cum venit, veritus est sęnatus, ne quam daret turbam; iussit custodiri. Cum autem olim animi petulantia atque stulticia quędam in sęnatum nostrum Waldshůti, cuius hic medius fidius servator fuit, donec stolidus homo omnia disiunxit et perdidit, effudis*set*, constitutum est, ut cum illo amice congrediamur de baptismo infantium *et* catabaptistarum, id quod ipse anxie, primum e carcere, deinde e custodia, petiit. Congressi hominem reddidimus magis mutum quam piscem[3]. Ibi altera die palinodiam canit coram certis sęnatoribus ad hoc constitutis; quę palinodia ubi ad

17, 18 *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da das Manuskript zerfetzt ist.* — 18 baptismo] baptisimo.

Neuchâtel, Bibliothèque des pasteurs.
Abdruck: Rud. Stähelin, Briefe aus der Reformationszeit. Basel 1887, S. 20.

[1]) *Weiter nicht bekanntes Gerücht.* — [2]) *Über Hubmaiers Schicksal in Zürich s. schon oben Nr. 426, Anm. 2 und Nr. 428, Anm. 9.* — [3]) *Vgl. Erasmus, Adagiorum chil. I, cent. V, prov. 29; s. auch Horaz, Carminum lib. IV, Ode III 19 f.*

διακοσίους relata fuit, statim [?] pactum [?] est, ut pro publica *concione* [?] . . . . . prȩcineret. Orsus itaque in urbe, ... *chiro*graphi, quem manu sua senatui dederat, ... ineptiis, quas prȩmisit. Ultimo negat se opinione cessur*um*, *invo*cat Helvetiorum tribunal, quod apud nos capitale est, adse*rit* metu extortum esse sibi chirographum, quod falsissimum erat. Sȩna*tus* etiam sic noluit illi vim fieri, ut, cum cȩsar sive Ferdinand*us* bis hominem petierit sibi dari, negaverit. Nec enim captus fuit, ut pȩn*as* daret audacię baptismi, sed ne clam latens (ut putabat) turbam aliquam daret. Ibi sȩnatum exasperavit; aderant enim incorruptissimi sȩnatores, qui in limpidissima et liberrima revocatione adfuerant, quique hominem cȩsaris crudelitati negaverant, nostra succenturiante opera. Postera die in carcerem retruditur, torquetur. Constat homo dȩmonis ludibrio factum esse, ut non candide, quemadmodum promiserat, revocaverit, imo negat se aliter sentire, quam per nos doctus sit, execratur catabaptistarum errorem ac pertinaciam, idque ter extentus adseverat, queritur miseriam atque iram dei, que sibi hac in re male propicia fuerit. Vide ludibrium. Nihil est iis hominibus audacius, mendacius, impurius (non enim dicere possum, quę in Abtzell[3] designarunt), impudentius. Cras aut postridie causa eius promovebit.

Myropolarum noli Burckhardique oblivisci[4]. Constantes estote; constantia vincet. Velocissime.

Tiguri, k*alend*is Ianuarii M.D.XXVI.

Salvi sint fratres.

Huldr*ichus* Zuinglius.

Dem hochgelerten herren doctor Wolfgangen Capito zů Straſſburg, ſinem günſtigen herren.

1, 2, 3, 5, 6, 7, 9 *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da das Manuskript zerfetzt ist.* — 2, 3 *zwei Lücken von je etwa fünf Wörtern* — 4 *vor* senatui *gestrichen* scripserat — *nach* dederat *Lücke von etwa zwei Wörtern* — 20 *vor* designarunt *ein nicht mehr leserliches Wort gestrichen* — 22 Myropolarum] polarum *zur Verdeutlichung noch einmal an den Rand gesetzt, da im Text drei Silben durch einen Tintenklecks undeutlich geworden waren.*

[3]) *Zwingli wird hier die skandalösen Vorgänge in den Kreisen der Täufer im Auge haben, wovon ihm Johannes Heß aus Appenzell durch einen Boten berichtete, und wonach er sich bald bei Vadian weiter erkundigte, vgl. Nr. 442, Anm. 5. Über die schwärmerische Ausartung der Täuferei in St. Gallen und ihre Ausbreitung namentlich auf der umliegenden Landschaft und im Gebiet von Appenzell vgl. Egli, St. Galler Täufer S. 44ff. Hauptquelle ist Keßlers Sabbata, wo S. 152ff. der neuen Ausgabe die „geistliche und fleischliche Vermessenheit" mit den schlimmen sittlichen Folgen dargestellt ist. In Appenzell mußte die Obrigkeit einschreiten, S. 157.* — [4]) *Vgl. Nr. 428, Anm. 5 und 6.*

435.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

(Basel), 1. Januar 1526.

Gratia et pax a domino. Charissime frater!

Nudiustertius scripsi, quis sit Pellicani animus, et quod meum in re Ecciana consilium[1]; sed quia fortasse tabellio ille diutius in itinere moratur, volui et per hunc breviter significare. Persuasus est Pellicanus, et tuis literis accersitus propediem ad vos advolabit. Scribe igitur ei vel paucis. Quod si hanc conditionem detrectabit, non video, quomodo unquam a superstitiosa illa secta liberetur[2]. Hodie illi et Hezerus tuo nomine loquitur[3]. Ignoro autem, quid illi responderit. Sed habebitis hominem eumque non penitendum ac tractabilem, quem invitus hic amitto. Sed malo eum agere bona conscientia isthic, quam hic superstitionis patronum. Cęterum Eccianas literas nisi a te habuissem, nondum per senatum fuissent communicatę. Neque amicis consultum videtur, ut scribam non vocatus a senatu. Ingratum enim quibusdam quicquid scripsero, tametsi nec hoc ignoro, si tacuero, quod imputaturi sunt pusillanimitati meę, quę tamen, deo laus, nulla est. Hoc unum me premit, quod fidis hic destituor consiliariis et molem negocii fere solus porto. Prospiciendum mihi in exasperantissima illa domo. Verum dominus rem moderabitur. Tu perge et nugacissimi Eccii dolos sapienter detege. Non habet enim Antichristus impudentius aliud mancipium.

6 Scribe . . . paucis *am Rande* — detrectabit] *ursprünglich* detrectabitur — 13 *vor* scribam *gestrichen* illos se — 15 *vor* nulla *gestrichen* est — 17 *vor* in *gestrichen* foret.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 5. Aufgedrücktes Siegel noch erhalten. Abdruck: Sch. u. Sch. VII 459.

[1]) *s. Nr. 430, Anm. 4.* — [2]) *Pellikan trug noch immer das Ordenskleid der Franziskaner.* — [3]) *Vgl. Nr. 431, Anm. 2.*

Simon[4] ille, qui literas reddit, permisit hic puerum suum sacro lavacro tingi, tametsi principio catabaptistis multum tribuerit. At quę dominus pridem ignovit, nos neutiquam refricabimus, ut et dominus nobis nostra debita condonet *[Matth. 6. 12]*.

Vale cum uxore tua felicissime.

Primo die anni 1526.

Tuus Ioannes Oecolampadius.

Saluta et Wilhelmum Zellium[5].

Huldrico Zwinglio, omni virtutum genere claro maximeque christiana literatura praestanti, suo charissimo.

8 Saluta . . . Zellium *am Rande nachgetragen.*

[4]) *sc. Stumpf; s. Nr. 89, Anm. 1.* — [5]) *s. Nr. 431, Anm. 5.*

436.

Ambrosius Blarer an Zwingli.

(Konstanz), 5. Januar 1526.

Gratia et pax Christi tecum.

Non tam iniquus sum publicis studiis, ornatissime Zuingli, ut ea velim privatis meis commodis quicquam remorari. Scio te totum hoc, quod vivis, fratribus vivere ac proinde etiam mihi, qui, quicquid ulli usquam fit Christiano, mihi factum lubenter puto. Gratum tamen fuit Mangoldi nostri officium, quo candidam illam et vere amicam epistolam tuam ad me[1] impetravit. Sciebat nimirum se nullo alio nomine magis me posse demereri (si tamen hoc quicquam sua refert), quam si eiusmodi mihi argumenta tui erga me animi afferret, qui, qualis aliquandiu iam fuisset, non satis coniiciebam, praesertim in tam pertinaci silentio. Non quin diffiderem synceritati tuae, sed mendaciorum licentia me movebat, simul et improbissimi quidam calumniatores, qui etiam optime facta pessime interpretantur. Sunt, qui immodicam in me modestiam, sunt qui caelibatum, sunt denique, qui, cum nihil aliud possunt, cucullum tenacius adhęrentem reprehendant atque in hunc me pietatis nonnihil collocare putent. Quod ultimum te quoque, istorum calumniis adductum, suspicari audiebam, tametsi egre crederem adeo te praepostere agere, ut conscientiam meam ex veste, non vestem ex conscientia, cuius non una solum

11 quin] *man erwartet* quod.

St. Gallen, Stadtbibliothek: Litt. misc. II. 250. — Kopie im Thesaurus Hott. (Msc. F. 43, p. 152) der Stadtbibliothek Zürich, aber ohne den Schluß nach Zeile 51 ecclesia, *so daß für die defekten Stellen des Schlusses nichts zu entnehmen ist. Auch im Abdruck bei Hottinger, hist. eccl. 6. 447 ff. fehlt der Schluß des Briefes.*

Abdrucke Sch. u. Sch. VII 459—461. Tr. Schieß, Briefwechsel der Brüder Ambrosius und Thomas Blaurer I (1908), S. 127 ff.

[1]) *Nr. 420, Anm. 1.*

ratione testata libertas esset, metiri velles. Nunc vero, post acceptam epistolam tuam, omnia vana fuisse *[Pred. 1. 2]* non obscure video, ut iam nulla mea apud te opus sit purgatione, quam propterea nuper meditabar, non propter quicquam liberius in te dictum. Nam isthuc hactenus nemo ex me audivit nec audiet unquam, nisi forte, quod absit, secus quam hucusque docueris Christum. Dissentimus a te, ingenue fateor, in eucharistiae dogmate[2]. Quid tum? cum interim de usu modis omnibus inter nos conveniat. Nihil hic durius pronunciamus, quod quidam impie faciunt, praesertim cum nihil sit aut minimum periculi, agnoscas hic tropum, aut non agnoscas. Etsi labefactando papistico regno vestra sententia longe sit efficacior, in quam ipsi etiam ultro discedemus, ubi spiritu suo certiores nos fecerit Christus, sine cuius ἀποκαλύψει nunquam hic fuero securus. Ut enim multa me movent ad admittendum hic tropum, alioqui toties obvium in scripturis, ita nihil permovet cogitque, ne non audeam dissentire. Proinde eucharistia recordandae mort*is* obitae pro nobis argumentum est, in quem solum usum nos utim*ur*, nihil solliciti, quid pani includatur, quandoquidem verba nobis, non pani, dicta novimus sicque tranquillam reddimus ecclesiam nostram. Quod si etiam facerent isti quidam, qui vincendi studio magis quam veritatis amore hic tantopere depugnant, minus iam turbarum, plus pacis haberemus. Mira et acerbissima parturiunt nonnulli, quae magno nuper animi dolore vidimus. Digladiationes sunt κατ' ἐπιβολὴν τραγικαί, ut risura sit posteritas, si qua futura est, nostri sęculi rixandi amorem, quod ob concordiae signum tantas discordias concitamus. Excuditur nunc Augustae nescio quae determinatio declamatorum Sueviae et Rheni adversus Oecolampadium[3] meum, virum, semel et vere dicam, optimum et eruditissimum, qui titulus multos, etiam vobis consentientes, multos nihil repugnantes una involvet, ut demirer temerarium hominum *consi*lium. Faxit Christus, ut in se tandem pacem habeamus. Vannius[4] permittente

14 movent] *möglicherweise ist auch* monent *zu lesen* — 16, 17, S. 493 4, 5, 6, 7, 9, 10, 11, 13, 14, 16, 17, 18, 21, 22 *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da das Manuskript zerfetzt ist.* — 29 *consi*lium *am Rande, im Texte gestrichen* iudicium.

[2]) *Zum erstenmal hören wir hier von der abweichenden Anschauung bezüglich des Abendmahls, die doch nie zu ernsteren Gegensätzen zwischen Zwingli und den beiden Blarern geführt hat; vgl. Egli, Analecta reform. 1, 71. 74.* — [3]) *Syngramma clarissimorum qui Halae Suevorum conuenerunt virorum super verbis Coenae Dominicae, et pium et eruditum, ad Iohannem Oecolampadium, Basiliensem Ecclesiasten M.D.XXVI. Druck von Simprecht Ruff in Augsburg (am Schluß mit dem Datum der Abfassung 21. Oktober MDXXV). Vgl. W. Köhler, Bibliogr. Brentiana Nr. 13 (S. 3f.). Über den Handel der Schwaben mit Oecolampad s. Nr. 409ff., besonders Nr. 411, Anm. 2.* — [4]) *Johannes Wanner, s. Nr. 209, Anm. 1.*

nostro senatu Memingenum profectus est, euangelizaturus illis tantisper, dum proprius contingat apostolus; nec enim patiemur hunc prorsus a nobis divelli. Zuiccius[5] nunc locum illius implet, quanquam vix potuit adduci. Tu ora pro nobis et nostra ec*clesia*, quae satis pergit gnaviter commota ab anabapt*istis* turbatoribus, nec ad ulla iam mundi elementa *[Gal. 4. 3] salutem alligat*, sic vero valet charitate, ut omnes agnoscat frat*res, qui* de Christo christianice sentiunt, nec ob leveis caussas inique sentit aut loquitur, de vobis in primis, apud quos praeter *alios* euangelii successus, quem Christus in dies magis ma*gisque* fortunet.

Vale mi charissime frater, quem sic amo ut vix *alium [?]*. Salutat te germanus frater meus Thomas[6].

Salu*ta* Leonem[7], Ceporinum[8], praeterea reliquos verbi commy*stas*.

V. Ianuarii XXVI.

Plura nunc per occupat*iones non possum*. Epistolam, quam hic vides, redde, obsecro, nobili *pioque* viro Wilhelmo a Zell[9], cui abs te plurimum cupio comm*endari*.

A*mbrosius* Blaurerus tuus.

Constans apud nos fama est te nuper manibus ac pedibus obstitisse, cum *senatus* vester ad Helvetiorum petitionem nebulonem istum absolvendum duceret, *qui* æstate tua caussa in vincula coniectus erat[10]; id quod etiam non pridem unus quidam primae apud vos autoritatis valde quam pertinaciter affirmabat. Fac sciam negocii veritatem.

Clarissimo Udalrico Zuinglio, Tiguricensium episcopo, domino ac fratri suo in Christo.

11 vix *alium*] *Schieß a. a. O. ergänzt:* ut ne quenquam magis — 20—25 *am Rande.*

---

[5]) *Johannes Zwick, s. Nr. 251, Anm. 1.* — [6]) *s. Nr. 517, Anm. 1.* — [7]) *sc. Iudae.* — [8]) *Blarer wußte noch nicht, daß Ceporin gestorben sei, s. Nr. 156, Anm. 5 und Nr. 427, Anm. 3.* — [9]) *s. Nr. 412, Anm. 5.* — [10]) *Bezieht sich vielleicht auf Felix Aberli, der am 28. August 1525 an dem nächtlichen Unfug vor Zwinglis Haus teilgenommen und dann gefangen gesetzt worden war; vgl. Nr. 386, Anm. 15. Auf Berns Fürsprache freigelassen, ließ sich Aberli in Lenzburg nieder; Bullinger I 292.*

437.

Konrad Pellikan an Zwingli.

(Basel, anfangs 1526).

Gratiam ac fortitudinem in Christo ad preliandum bella domini *[1. Sam. 18. 17]*, quibus te dominus ducem constituit non ignobilem, charissime mi frater in Christo.

Subito mihi innotuit ad te nuncius reversurus ac fidelis, per quem renunciare potes, quę credis placere domino[1]. Cuius ego vocationem magnanimiter expecto, certus me non relinquendum a sua gratia, quam a puero semper sensi, si non vobiscum, ubi magna copia est doctorum virorum, ut mea opera non indigeatis, saltim alibi. Non dubito esse, qui ambiant munus huiusmodi. Ego non ambio, certus mihi non nulla deesse, ut satisfacere mihi de omnibus nequeam, quę Hebreus sermo difficilia continet, eo tamen fortassis doctior aliis, quod de me non tantum praesumo, quantum alii, licet arbitrer ex Germanis non superesse, qui studiosior fuerit harum rerum, qui tamen usque hodie preceptorem in multis desiderare cogar, quem non sim facile inventurus.

13 studiosior] studiosor.

Zürich. Stadtbibliothek: Msc. F. 47, p. 4. Siegelspur. Die Handschrift ist die Pellikans. Voraus geht sein Brief an Zwingli vom 28. Dezember 1525. Der ganze Band enthält Pellikans Briefwechsel.

Abdruck: Zwingliana 1899, S. 111.

[1]) *Pellikan hatte am 28. Dezember an Zwingli im allgemeinen seine Geneigtheit erklärt, dem Ruf nach Zürich zu folgen, aber noch weitere Auskunft gewünscht (Nr. 429, Anm. 1). Zwingli sandte wohl Hätzer als Boten nach Basel (s. Nr. 431, Anm. 4); aber er selbst, dessen Bescheid allein genügen konnte, antwortete erst am 12. Januar 1526 (Nr. 439, Anm. 1). Pellikan wird durch das lange Warten unruhig geworden und zuletzt zu dem Entschluß gekommen sein, durch einen eignen Boten bei Zwingli anzufragen. Derselbe brachte dann Zwinglis Bescheid vom 12. Januar. Aus dieser Sachlage erklärt sich der etwas resignierte Ton dieses Briefes, der, die Richtigkeit unserer Annahme vorausgesetzt, etwa am 10. Januar 1526 geschrieben wäre.*

Utcunque sit, tu, oro, prudenter agas et cogita, quid agendum. Nihil est, quod non Christi domini causa subiturus sim, eo adiutore. Hactenus eciam soli mihi profeci, nunquam putans me publice prelecturum; nunc autem domini voluntatem cernens, necesse est me novis studiis navare operam, id quod et temporis lapsu et diligencia suppeditabitur. In utramvis sortem operior, quid iubeat dominus, et te, eius servum, sustinebo, donec bonum, quod videbis, significabis. Terret me iudicium dei super *dominum* Baltasarum[2], quem Satanam euangelio factum indoleo. Suffecissent ex papistis mille alii.

Gratiam tibi conferat Christus, ut cum illo lucreris multos *[1. Cor. 9. 19 ff.]*, et prevaleat in te Christus, in gloriam suam[3] . . .

Fidelissimo Christi servo et episcopo Tygurino
Huldricho Zuuinglio, charissimo fratri.

2 *vor* eo *gestrichen* opus — 5 *vor* suppeditabitur *gestrichen* non.

---

[2]) *sc. Hubmaier; er lag in Zürich seit Dezember gefangen; s. Nr. 426, Anm. 2.* — [3]) *Der Schluß der Zeile, wohl Ort, Datum und Unterschrift, ist weggeschnitten.*

438.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel. 12. Januar (1526).

Gratia et pax a Christo. Mi Zwingli!

Si vales, bene; nos valemus et solitis favoribus excipimur. Nonnihil sane tuo nomine solliciti sumus, ut valeas. Fama enim fert, te languere adeo, ut et a concionibus abstinere cogaris. Quod si ita est, consolationem et tibi et nobis a domino precamur. Fac igitur, ut quamprimum nos hac sollicitudine liberes, si bene habes. Scribes prȩterea et Pellicano[1], si illum Ceporino subrogatum vis. Nihil enim moratur, quam ut literis tuis vocetur.

Hodie obtuli libellum supplicem[2] senatui. Exemplar misissem, si descriptum foret. Grato animo si hic disputetur vernaculoque sermone, iudice verbo dei, convocatis et aliunde viris doctis, in harenam me descensurum[3] recepi. Eccianos dolos aliqua ex parte patefeci. Fortassis perferetur Lucernam. Nondum senatus a me responsum petiit; proinde etiam non vocatus per epistolam compareo.

Missus est huc libellus Billicani cum epistola Urbani Regii[4]. Verum in eo nihil tractant solidi. Libellus meus non est; alioqui advolasset Tigurum. Uno argumento contra Tertullianum et nos

3 *vor* sane *gestrichen ein undeutliches* sane — 8 *vor* literis *gestrichen* a.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 79. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 461 f.

[1]) *Dieselbe Mahnung schon in Nr. 435. Zwinglis Brief s. folgende Nr. 439.* — [2]) *Vgl. Nr. 422, Anm. 2, Nr. 430, Anm. 4 und Nr. 435, Anm. 1. Die Bittschrift an den Rat, in der Oecolampad sich zur Disputation anerbietet, seine Vorschläge macht und Bedingungen stellt, ist im Staatsarchiv Basel erhalten. Näheres bei Herzog, Oecolampad 1, 356 f.* — [3]) *in harenam descendere pro eo quod est certamen inire s. Erasmus, adagia, chil. I, cent. IX, prov. 83.* — [4]) *Zu diesen Schriften vgl. Näheres bei Zwinglis Gegenschriften (Ad Theobaldi Billicani et Urbani Rhegii epistolas responsio) vom 1. März 1526, in Bd. IV, Nr. 77.*

gloriatur, nempe: si dicamus corpus esse figuram corporis, cogemur etiam dicere figuram sanguinis pro nobis traditam, idque multis verbis frustra contendit. Nam si de imagine Maximiliani dicam: Hic est Maximilianus, qui genuit Philippum, quid urgebit intelligi, quod figura genuerit Philippum? Vellem tamen apparari similes tropos a scriptura[4]. Nam illum ex Exodo *[2. Mos. 32. 4]*: Hi sunt dii, qui eduxerunt te ex Aegypto, vellicant. Frustra quoque exercent se in diluendo, quod agnus sit victima transitus *[2. Mos. 12. 27]*. Ferunt praeterea Suevos meos suas nugas cum magno plausu extrudere Augustę[5], quibus necesse fuerit respondere. Ignoro nunc, an aliquid libro dempserint vel adiecerint; alioqui pręveniri illos curaremus. Misi literas Augustam, ut certior reddar. Fortassis amici ad te primum mittent. Agemus communibus consiliis, quandoquidem ita nos deus iunxit. Multis diebus ab Argentinen*sibus* nihil literarum accepi. Insuper, quis Curiensis disputationis[6] exitus, fac sciamus; nam tardius alioqui resciemus. Hezerus se tibi commendat[7]. Et hunc qui literas reddit, consolare et consilio adiuva.

Vale et brevi ad nos scribe.

Basileę 12. Ianuarii[8].

T*uus* Oecolampadius.

Suevi mei post responsionem iterum apud nobilem quendam convenere et, ut amicus quidam indicavit, insigniter contempserunt; id quod tu nimium verax vates prędicebas. Age nunc, triumphant adversario

1 dicamus] *ursprünglich* dicimus — 2 *vor* verbis *gestrichen* argumen — 3 est *übergeschrieben* — 6 *vor* ex Exodo *gestrichen* 9 — 11 pręveniri] *ursprünglich* pręuenira — 12 literas *übergeschrieben über gestrichenem* nuncium — 23 *vor* adversario *gestrichen* ho.

---

[4]) *Eine Sammlung solcher Beispiele hat Megander gegeben und wohl zu Handen Zwinglis eingereicht.* — [5]) *s. Nr. 436, Anm. 3.* — [6]) *Auf dem Bundestag zu Chur vor Weihnachten 1525 verlangten der Abt von St. Lucius und der Dekan samt Kapitel zu Chur, daß die evangelischen Prediger, voran Comander zu St. Martin daselbst, als Ketzer „abgestellt" würden. Comander berief sich auf den schon früher vom Bundestag erlassenen Befehl, daß allein das Wort Gottes gepredigt werden solle, und anerbot sich zu einer Disputation mit den Gegnern. Diese wurde von den Bundesherren auf Sonntag bezw. Montag nach Dreikönigen 1526 nach Ilanz angesetzt; Comander reichte 18 gedruckte Thesen ein, in welchen er seine und seiner Genossen Lehre zusammenfaßte. Das Gespräch nahm dann zu Ilanz den Anfang, wurde aber bald abgebrochen, so daß Comander protestierte, weil man ihn nicht habe zur Verantwortung kommen lassen. Akten des Gesprächs von Sebastian Hofmeister; Weller Nr. 3816. Ausführlich berichtet Bullinger I 314—323.* — [7]) *Hätzer war wohl seit Ende 1525 in Basel geblieben, vgl. Nr. 431, Anm. 4.* — [8]) *Die fehlende Jahrzahl ist leicht zu ergänzen, s. die Anmerkungen.*

nec viso nec victo. Certum est prȩcocia gaudia in mȩrorem desinere, ni deus veritatem homines propter peccata sua ignorare velit.

Fertur et Melanchthon quȩdam concepisse in materia *εὐχαριστίας*[9]. Si vacabit legere, uberem *μαστίγων* proventum futurȩ dabunt nundinȩ. Pari facilitate veritas multos et paucos vincet. Scimus, cui credimus *[2. Tim. 1. 12]*.

Vale.

Salvus sit et Wilhelmus noster a Zell[10] cum domo tua et fratribus.

*H*ulrico Zwinglio, ecclesię *Ti*gurinę fidelissimo curatori, *s*uo in Christo charissimo fratri.

10, 11 *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen.*

[9]) *Das Gerücht war offenbar falsch. Melanchthon schreibt im Sommer (?) 1526 an Thomas Blaurer (Briefwechsel der Brüder Ambrosius und Thomas Blaurer, herausgegeben von T. Schieß I (1908), S. 136):* περὶ εὐχαριστίας *non libuit scribere. Anderseits hatte Melanchthon Ende Januar 1525 an Oecolampad über das Abendmahl geschrieben (a. a. O. 119); es ist möglich, daß Oecolampad daraus erschloß, Melanchthon wolle sich über das Abendmahl äußern. Das Gutachten Melanchthons über Karlstadts Abendmahlslehre vom 9. Oktober 1525 (Corp. Ref. I 760) ist doch schwerlich gemeint? Mit der Sammlung der patristischen Stellen über das Abendmahl hatte Melanchthon schon 1525 begonnen (Herrlinger, Die Theologie Melanchthons 1879, S. 128), gab sie aber erst 1530 heraus.* — [10]) *s. Nr. 431, Anm. 5.*

439.

Zwingli an Konrad Pellikan.

Zürich, 12. Januar 1526.

Charissime Pelecane[1]!

Dici non potest, quantum hilaritatis hauserim ex tuis literis, quibus sentio te ad nostram petitionem non nihil propendere. Satis est te tanto tempore in carcere humanarum tenebrarum delituisse, tametsi non ignorem, ubi ubi sis, ibi lux sit. Scis enim, cui credidisti *[2. Tim. 1. 12]*, alacriter aliquando lux est contuenda tibi. Quamdiu enim pectus sibi quidem probe constat, hypocriseos autem vestitus aliud mentitur, ipsi nobis nimirum sumus conscii, quo animo conscientiam audiamus adcusantem et defendentem *[Röm. 2. 15]*. Tu igitur, optatissime homo, nequeo enim calamo et per epistolam prosequi, quam tu nobis omnibus unus in votis sis — quamquam urbs ista, quę te deperit, tibi sit moribusque tuis commodatura, velis ac remis ad nos propera[2]. Quid enim tibi multa pollicear, qui te experiri omnia non tuo, sed meo periculo cupio? Per dominum loquor, cuius et causa loquor, nihil aetati tuę, nihil studiis, nihil humanitati evenire accommodatius posse quam Tigurum. Conditio vero hęc est: leges quottidie Hebraice certum aliquem modum — Exodum nunc ordimur nec praeterea quicquam tibi oneris imminebit[3]. Annuus proventus meo ęqualis est, sexaginta aut septua-

11 *vor* quę *gestrichen* quā.

Autograph nicht erhalten.

Abschrift Pellikans in seinem Chronicon; Zürich, Stadtbibliothek: Msc. A. 138, p. 89f. Am Rand mehrere von Pellikan zugesetzte Stichworte, das erste: Epistola 2ª Zwinglii ad me.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 462f.

---

[1]) *Antwort auf Pellikans Brief vom 28. Dezember 1525 (Nr. 429). Die Schreibung Pelecanus ist Zwingli eigentümlich, vgl. Nr. 401, Anm. 13 und 14.* — [2]) *Vgl. Plautus, Asin. 157: remigio veloque quantum potis es festina et fuge (Otto S. 297).* — [3]) *Pellikan war also berufen als „Leser" oder Professor für Hebräisch an den*

ginta florenorum, aut fortasse octoginta[3], domus elegans atque opportunissima; Oecolampadius et Hätzerus viderunt eam[4]. Per omnem vitam nemo te expunget, nisi tanta utaris petulancia, ut ferre nemo debeat. Iocor. Nulla enim egritudo, morbus nullus, nihil penitus malorum tibi poterit accidere, quod hanc condicionem infirmet. Vacationes tres sunt, quae plus quam mensem, si iungas, longe sunt: ferię, dominica dies et aliquot alii, ut putem quartam anni partem vacationi patere. Rem domesticam si ipse curare statueris, praesto est domus, ut diximus; sin minus, apud alios eris, donec tibi res tuę commodent. Atque ego ipse tibi meas aedes patefatio[5]. Ingredere, exi, ut lubet; omnia in tua erunt potestate. Cuculle ridentur apud nos, sed si perpetuo utare, prorsus autem nihil, si adferas, ut ponas. Cucullato autem tibi veniendum est ad nos propter instantem tumultum tyrannorumque improbitatem, non apud nos, sed apud alios sevientem[6]. Scio tibi non magna esse promittenda, qui mediocribus pro maximis uti didicisti, sed me totum tibi promitto cum bonis et doctis omnibus. Senatus vester si quid abitione gravabitur, indica, qua ratione senatus noster debeat epistolam ad vestrum temperare, atque operam dabimus, ut per eius petitionem tibi permittatur, quod alioqui negaretur. Orant te Leo[7], Myconius, Ioannes Iacobus Ammianus[8], Rudolphus

18 *vor* ad *gestrichen* v.

---

lectiones publicae oder der sogenannten Prophezei. Als er in Zürich ankam, stand man bei Exod. 15; vgl. Chronicon p. 110.

[3]) *Über die Besoldungsverhältnisse geben die Akten des Zürcher Staatsarchivs unter anderem folgende Anhaltspunkte: Am 4. April 1526, also bald nach obigem Brief, erkannte der Rat von Zürich grundsätzlich, die Pfarrer und Leutpriester sollen „nicht schnöde und ringe Kompetenz und Nahrung haben, damit für und für wolgesittete und gelehrte Leute erzogen werden" usw.; immerhin soll bei der Festsetzung „mit Unterschied" je nach den Gemeinden verfahren werden. Ende des Jahres wird dann in einem Einzelfall entschieden, wenn der Priester 70 „Stuck" (Einheiten, aus denen sich das Einkommen zusamensetzte: Gulden, Mütt, Kernen, Saum Wein) einziehe, so soll das Gesuch um mehr Besoldung abgewiesen werden; andernfalls soll ihm „geholfen" werden. Später nahm man 80 „schwerer Stuck" als Pfarrbesoldung an; soviel wird 1531 dem Pfarrer von Dürnten zugesprochen mit dem Zusatz: „wie auch ander ehrlich Pfarrer versehen sind"; vgl. Egli, Aktens. Nr. 950, 1111, 1762. Man ersieht hieraus, wie bescheiden Zwinglis Besoldung war, sie entsprach ungefähr derjenigen eines Landpfarrers.* — [4]) *Es war das früher von Zwingli bewohnte Haus „zur Sul", vgl. Nr. 261, Anm. 5. Oecolampad hatte bei seinem Besuch in Zürich (vgl. Nr. 352, Anm. 5) Zwingli noch darin getroffen.* — [5]) *Pellikan wohnte die ersten Tage nach seiner Ankunft in Zürich wirklich bei Zwingli; Chronicon p. 110.* — [6]) *Ob es Zwingli hier ganz Ernst ist?* — [7]) *sc. Iudae.* — [8]) *Ammann, vgl. Nr. 91, Anm. 1. Er trat nachher mit Collin die Professur für das Griechische an, gleichzeitig mit dem Amtsantritt Pellikans für Hebräisch. Die drei waren die Nachfolger des einen, unter der Überlast zusammengebrochenen Ceporin, der beide Sprachen gelehrt hatte.*

Collinus[9], Megander[10], omnes. Ne te ulla ratione retineri paciaris. Non ignoramus, quid chalcographi[11] tentaturi sint; verum tu lucrones istos nihil moraberis.

Vale.

Tiguri 12 Ianuarii[12] M.D.XXVI., id est quo te dominus vocat[13].

Huldrichus Zwinglius, totus tuus.

1 Ne *übergeschrieben über gestrichenem* v[?] — 5 *vor* Ianuarii *gestrichen* Kal.

[9]) *s. Nr. 150, Anm. 1.* — [10]) *s. Nr. 380, Anm. 9 und Brief vom 30. Mai 1529.* — [11]) *Pellikan hatte in Basel viel für die Buchdrucker gearbeitet; vgl. Chronicon p. 76, 78f., 105.* — [12]) *Ursprünglich schrieb Pellikan: 12 Kal. Ianuarii; dann strich er Kal. Die Verschreibung rührte vielleicht davon her, daß Pellikan beim Kopieren an den früheren, ersten Brief Zwinglis dachte, den er am 26. Dezember erhalten hatte, und der allerdings 12. Kal. Ian. 1526 = 21. Dezember 1525 geschrieben worden sein könnte, gleich nach Ceporins Tod (der spätestens am 20. Dezember erfolgt war).* — [13]) *Anspielung auf Pellikans letzten Brief Nr. 437, wo derselbe die göttliche Berufung so stark betont hatte.*

440.

Konrad Pellikan an Zwingli.

(Basel. Mitte Januar 1526).

[Auszug Pellikans:] „Ad eam epistolam[1] statim respondi[2]: sperare me dimittendum a senatu, sed propediem tentandum. Placeat functionis ratio et officium; de reliquo nulla mihi cura, sed deo, qui me sit directurus. Non sexaginta florenos petiturus; modo in tali ecclesia mihi et cum talibus viris vivere liceat; eciam de sedecim posse me vivere".

4 *vor* modo *gestrichen* sed.

Zürich, Stadtbibliothek: Chronicon Pellicani. Msc. A. 138, fol. 91.
Abdruck: B. Riggenbach, Die Chronik des Konrad Pellikan, pag. 109.

---

[1]) *Nr. 439 vom 12. Januar.* — [2]) *Vorliegende, nur noch in dieser summarischen Zusammenfassung Pellikans in seinem Chronicon erhaltene Zusage nach Zürich war am 17. schon bei Zwingli eingelaufen, wie dessen Meldung an Vadian zeigt, Nr 442, Anm. 12. Sie ist also etwa am 15. geschrieben.*

441.

Wolfgang Capito an Zwingli.

(Straßburg), 15. Januar 1526.

Gratia tecum, charissime in domino frater ac praeceptor.

Literę tuae[1] varie me affecerunt. Gaudeo impostorem ac mancipium glorię captum[2], sed inconstantem hominis mentem vehementer abominor. Expendit argutulus Christianissimum senatum nihil temere, nihil pro merito, sed placidissime acturum omnia, qua modestia Christiana abutitur. Coniicere nequeo, quorsum sit evasura causa eius. Dimissus calumniabitur ac de illata vi magnos triumphos excantabit et oneri erit retentus. Verum solatur nos prudentia integerrimi senatus et spiritus domini, quo es praeditus, mi Zuingli. Exitum tragoedię tantae ad nos commode perscribas. Senatus noster hodie firmior est quam hactenus. Scholas nondum habemus; speramus brevi aliquam mediocritatem[3]. Ne missae redirent, loco primissarum, ut dicunt, Christianum agimus conventum in quartum modo mensem, idque in singulis parochiis quotidie. Adest frequentia populi: primo verbum auditur; postea fit spacium orandi in silentio, ut quisque iuxta suum spiritum dominum precetur. Experimur voluntatem domini hoc fuisse; nam cedit perquam feliciter. Formatur ecclesia Christianis affectibus, quae pridem nescio quid impietatis spirabat.

Cum apothecario[4] transegi, ut per biennium iuvenis, quem commendas, apud ipsum ageret — minori enim tempore nemo facile in-

16 domini *übergeschrieben* — 19 *vor* iuvenis *gestrichen* sedecim aureos o [?].

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 274. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 463 f.

[1]) *Nr. 434. Anm. 1.* — [2]) *Gemeint ist Hubmaier, wie Nr. 434, Anm. 2 zeigt.* — [3]) *Vgl. Nr. 446, Anm. 4. Die Anfänge der Schulen stellt Röhrich, Geschichte der Reformation im Elsaß 1. 251 ff. dar. Vgl. auch Joh. Ficker: Die Anfänge der akademischen Studien in Straßburg. 1912.* — [4]) *s. Nr. 434, Anm. 4 und Nr. 409, Anm. 1.*

stituendum admittit — et in victum unius anni sedecim numeraremus aureos. Me obtuli fideiussorem; nam hoc poscebat. Vir est Christianus et rei medicę non vulgariter peritus, si amicis credendum; nam mihi cum eo nihil intercessit consuetudinis; at bonum esse virum nihil prorsus dubito, quare iuvenem quantotius mittas.

Farellus[5] te plurimum salutat, qui est fortissimo pectore et hostis dei impanati, a quo summam papisticę abominationis pendere putat.

Conventum novum principes indixerunt Spiris agendum ad Kalendas Maias[6]. Interim spero ocium. Inanes minę futuri belli circumferuntur, quas magistratus noster non contemnit, sed nec timet magnopere. Domini voluntas fiat.

Hartmudius de Kronberg[7] hic est, exul ob Christum, amplis*simis* exclusus possessionibus, cui dominus constantiam ac longanimitatem donet, qua ei inprimis opus esse videtur. Is te salutat per nos. Ecclesiam nostram domino commendetis.

Vale in domino.

15. Ianuarii anno 1526.

Vuolfgangus Capito.

Charissimo suo Huldricho Zuinglio, episcopo Tigurinorum, fratri in Christo — Zurich.

8 principes *übergeschrieben über gestrichenem* ad Spiram.

---

[5]) *Wilhelm Farel, s. Nr. 380, Anm. 1 und Nr. 400, Anm. 7.* — [6]) *Der erste Speirer Reichstag begann am 25. Juni und dauerte bis 27. August 1526.* — [7]) *Über ihn s. Nr. 252, Anm. 6, wonach er Zwingli wahrscheinlich persönlich kennen gelernt hatte. Schon 21. Januar 1523 hatte er an die Straßburger ein zum Evangelium ermunterndes Sendschreiben erlassen; Röhrich a. a. O. 1, 139f.*

442.

Zwingli an Vadian.

(Zürich), 17. Januar 1526.

Gratia et pax a domino.

Plena sunt omnium ora, Vadianum consulem esse Sanctogallensium factum[1], pręter quę certiorem testem non habeo, quibus tamen fidem habeo, sive quod gnaviter credimus, quę optamus, sive quod frequenter aliquid veri subest in tam vehementibus rumoribus. Ego id foelicissimum augurium ampliandorum euangelii finium esse mihi persuasi, atque o beatas urbes foelicesque respublicas, quę ex hoc erudito sed procelloso sęculo saltem hoc auferant, ut tales sibi viros pręficiant, qui cum summa eruditione ac eloquentia summam pietatem prudentiamque coniugaverint!; tunc enim eis licebit beatum ocium ducere[2]. Tu, mi Vadiane, opus non habes, ut te vel inditis calcaribus extimulem vel tractis habenis supinem, cum quod ipse eo loci me non esse arbitror atque mensurę, ut tibi pręcepta dare vel sciam vel debeam, tum quod ingenerata longoque usu durata dexteritas, sicut spero, ventura omnia, ętatem, consilia, casus, eventus, conatus moderabitur, ut sempiternę Sanctogallensium glorię plurimum apud posteros sit allaturum, Vadianum isthic fuisse olim consulem. Cupio de Iacobo Ceraunelateo[3] deque Abtzellanis rebus scire. Fuit

12 *vor* cum *gestrichen* siue quod me — 13 me *übergeschrieben.*

Bremen, Stadtbibliothek: Manuskript a. 8, pag. 10. Autograph. — Ebendort in in Msc. b. 30, Kopie aus der Zeit Goldasts.

Abdruck: Birlinger, Alemannia 1, 58. Arbenz, Vadians Briefsammlung IV, S. 3 (Nr. 441).

---

[1]) *Vadians Wahl zum Bürgermeister für 1526 war durch die ganze Gemeinde der Stadt am 28. Dezember vorher erfolgt; Miles, Chronik S. 310; vgl. Keßler, Sabbata*[2] *S. 208 (566). Im Ratsbuch wird er zum Jahr 1526 als Bürgermeister erwähnt.* — [2]) *Auch Keßler, Sabbata*[2] *S. 106 (vgl. 551) preist im Hinblick auf Vadian, wie anderseits im Gedanken an Orte mit tyrannischen Regimenten, das Glück, wenn eine Stadt, wie St. Gallen, eine dem Evangelium gewogene Obrigkeit habe.* — [3]) *Jakob Schurtanner, Pfarrer zu Teufen, Bahnbrecher der Reformation im Appenzellerland, dem Zwingli seine Schrift „Der Hirt" (abgedruckt Bd. III, S. 1 ff.) gewidmet hatte, s. Nr. 321, Anm. 20. Er wurde durch die Täufer vom Amt verdrängt und starb 1526.*

enim quidam apud me Io*annis* Hessi[4] nuncius, qui istud ore mihi nunciavit: catabaptistas comunes coepisse uxores habere[5], hoc est, ut nonnulli alterutr*o*rum uxores inierint, palam videntibus maritis ferentibusque uxoribus. Ego pro publica concione scelus non nominavi, sed fieri ab istis Abtzellę dixi absurda, flagitiosa istaque gente indignissima. Ibi nebulo iste, qui pelles facit quique superiore anno euangelistę sibi nomen apud nos sumpsit[6], clam apud catabaptistas verbis meis fidem detrahit. Si ergo per ocium licet, brevibus modo rem nuncia. Simile quiddam non minus cupimus scire de matrona quadam honesta et gravi hactenus, quę apud vos narratur sese nudam in publicum eiecisse ac manu cunno illisa copiam sui omnibus fecisse, sacris quibusdam verbis, scilicet: ego corpori carnique mortua sum et vivo in spiritu; proinde me cuique licet, ut libet, uti. Venit et alius rumor: quinque apud Abtzellam Vulcano dicatos esse, quod Venere sint in mares abusi[7]. Videmus, quid sit vinci. Malunt arrogantissimi homines a dęmone videri vel ludi vel agitari, quam gloriam deo veritatique dare. Putant nos non esse maiore constantia, quam ut his prę̄stigiis reddamur attoniti herbamque prębeamus[8]. Nos Germanice nunc de eucharistia scribimus[9], quę speramus reipublicę Christianę profutura, maxime Germanis. Faxit deus, ut omnia ad illius gloriam ac pacem publicam momenti plurimum ferant. Respondimus et ad insidias Eccii complicumque suorum[10]. Defendunt me adversus Pomeranum duo quidam docti hercle[11], quamvis alterum vellem esse cautiorem, Germanice uterque. Venit his diebus libellus quidam Billicani Rhegiique epistolarum duarum[12]. Dii boni, ut gentis huius vanitatem prę se ferunt! Rebar cordatiorem esse Rhegium. Pelecanus, cui iam primas in Hebraicis literis dant, noster erit propediem[13]

6 *vor* superiore *gestrichen* apud uos — 11 *vor* cunno *gestrichen ein nicht mehr leserliches Wort* — 12 quibusdam] dam *übergeschrieben.*

---

[4]) *Johannes Heß, Kaplan zu Appenzell, evangelischer Gesinnung, s. Nr. 337, Anm. 6.* — [5]) *Auf diese sittlichen Ausartungen der Täuferei hat offenbar Zwingli schon Nr. 434, Anm. 3 angespielt.* — [6]) *Der Mann, der „Pelze macht", ist wohl Antoni Kürsiner, eigentlich Roggenacher, von Schwyz, seit Ende 1524 Bürger von Zürich und seit 1525 Täufer, als solcher auch in St. Gallen tätig. Vgl. den Artikel in Zwingliana 1, 139 f.* — [7]) *Von den Chronisten nicht berichtet.* — [8]) *herbam praeferre, dare, porrigere = sich besiegt erklären* — [9]) *Mit Datum vom 23. Februar 1526 erschien Zwinglis Schrift: „Ein klare Underrichtung vom Nachtmal Christi". Vgl. Bd. IV, Nr. 75.* — [10]) *Die Schrift vom 15. Januar 1526: „Ein Abgeschrift oder Copy des Gleitbriefs usw." an Johannes Eck usw. Vgl. Bd. IV, Nr. 73.* — [11]) *Vgl. Gerbel an Bugenhagen um diese Zeit: Respondit epistolae tuae Zwinglius; adiecit alius quispiam libellum refertum conviciis. Vogt, Bugenhagens Briefwechsel S. 60.* — [12]) *s. Nr. 438, Anm. 3.* — [13]) *Er traf am 25. Februar 1525 in Zürich ein.*

succedetque Iacobo Ceporino, qui periclitatum abiit ad superos, an sic se omnia habeant, ut mortales definiunt. Ioannes Iacobus Ammianus et Rudolphus Collinus Grecę lectionis provincię inautorati sunt, uno ambo stipendio contenti aliquousque[14]. Fulmina, quę Jupiter ille Lucernanus, qui Syrię prędes erat, cum Christus trucidaretur, post comitia eiaculabit[15], consuesti, ut spero, nihil timere, etiamsi feciales cum ambusta hasta mittant.

Vale.

Fęlix sit vobis faustusque anni tui consulatus.

17. Ianuarii MDXXVI.

Huldrichus Zuinglius tuus.

Salvos iube Dominicum[16] ludimagistrum, Christianum[17], scribam, amicos omneis. De gratiis senatui vestro habendis uxoris nostrę nomine nuper, puto, tibi suplicavi[18]. Leoni, quo mundus videat omnipotentem nuptias nostras benedixisse, honestissima uxor liberos duos fęliciter genuit[19], eosque marem et fęminam, qui partus solent esse periculosi, si vera medici traditis ac physici. Ego dei dono sospes sum, neque labascit adhuc animus.

Doctissimo piissimoque viro Ioakimo Vadiano, Sanctogallensium consuli prudentissimo, domino suo cum primis colendo.

12—18 Salvos . . . animus *am Rande.*

---

[14]) *Ceporin war am 20. Dezember 1525 oder kurz vorher gestorben, nachdem er erst seit einem halben Jahr an der neuen Stiftsschule Leser des Hebräischen und Griechischen gewesen. Seine Professur wurde so geteilt, wie Zwingli hier angibt: Pellikan übernahm das Hebräische, Ammann und Collin (s. Nr. 91, Anm. 1 und Nr. 150, Anm. 1) das Griechische, diese zwei einstweilen nur mit einer einzigen Pfründe besoldet. Alles Nähere in Eglis Biographie Ceporins, Analecta reform. 2, 145—160.* — [15]) *Am 18. Januar 1526 begann in Luzern eine Tagsatzung der Eidgenossen, auf der, wie Zwingli hier erwartet, scharfe Worte gegen die Evangelischen fielen; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 828ff. Luzern, der führende Ort der altgläubigen Partei, ist gleichsam der alte Christusmörder Pilatus, so bezeichnet in Anspielung auf den bei Luzern aufragenden Pilatusberg, worauf der Landpfleger spukte; vgl. den Scherz in Nr. 128, Anm. 21 sowie F. X. Weber, Der Pilatus und seine Geschichte 1913.* — [16]) *Dominicus Zili, Schulmeister in St. Gallen, dann auch Prediger, vielfach erwähnt, besonders von Keßler in den Sabbata, am bekanntesten durch die Kontroverse wegen des Kirchenbannes mit Zwingli auf der St. Galler Synode 1530 (s. Egli, Analecta reform. 1, 107ff. 123ff.), starb 1542. Auf ihn werden die Einträge in den Matrikeln Basel und Wien zu beziehen sein; dort 1517 Sommer: Dominicus Zilig (!) de S. Gallo, hier September 1518: Dominicus Metanus de S. Gallo. Notizen über ihn in Eglis Analecta 1, 130 und in Eglis Kommentar zur neuen Ausgabe der Sabbata S. 554. Zwingli nennt ihn etwas nachher Zelius, Nr. 516, Anm. 7.* — [17]) *sc. Fridbolt; s. Nr. 386, Anm. 1.* — [18]) *s. Nr. 426, Anm. 1.* — [19]) *Leo Juds Gattin war Katharina Gmünder, eine St. Gallerin; vgl. Nr. 379, Anm. 7.*

443.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 25. Januar (1526).

Gratia a Christo.

Si disputatio[1] omnino habenda est, mi Zwingli, nam hoc fama fert, cui ego nondum habeo fidem, conducibilius fortassis esset, aliquandiu premere epistolas edendas[2], ut impudentiam adversariorum nervosius confutemus. Imo displicet hoc consilium, quandoquidem foret nostris viribus confidere, et multa inter rem ac spem. Cratander[3] curabit mea Argentorati excudi, si exemplaria illi dedero; addictus autem illi sum ob ęs alienum, ne temere alteri typographo servire eo invito possim. Malluissem [!] cum Christophoro[4] convenisset. Respondebo Billicano pro mea tenuitate copiose et diligenter. Urbanum publice negligam, privatim acrius admonebo. Et quoniam Suevorum meorum meminit, habebunt et illi locum. Addam et sermones duos apologeticos[5], quibus multum odii detergemus, siquidem aures essent auditoribus. Non multum referet, etiamsi exemplaria non

6 *vor* foret *gestrichen* hoc — 8 *vor* typographo *gestrichen* exhibere.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 157. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 464.

[1]) *Vgl. Nr. 438, Anm. 2 und frühere.* — [2]) *Schreiben der Gegner, so Ecks, vgl. Nr. 422, Anm. 2.* — [3]) *Der Basler Buchdrucker, bei dem Oecolampad anfangs Aufnahme gefunden; vgl. Nr. 87, Anm. 2. Er durfte Schriften Oecolampads nicht selber drucken, da dies seit Herbst 1525 in Basel verboten war; Herzog, Oecolampad 1, 338. Die bedingte Zurücknahme des Verbotes erfolgte im Sommer 1526; ebenda 2, 22.* — [4]) *sc. Froschovero.* — [5]) *Vgl. Nr. 436, Anm. 3 und Nr. 438, Anm. 3 und 5. Bei Froschauer in Zürich erschien 1526 folgende Sammelschrift von 152 Bl. in 8°: Apologetica. De dignitate Eucharistiae sermones duo. Ad Theob. Billicanum, quinam in verbis caenae alienum sensum inferant. Ad ecclesiastes Suevos antisyngramma Io. Oecolampadii. Strickler, Literatur-Verzeichnis Nr. 271.*

communicabimus alter alteri, quandoquidem utrique fidei et charitatis primaria cura est, quę non sinet periclitari, tametsi mallem te semper iudicium meis adhibuisse. Sed necessitati parendum. Vereor, ne hic tandem eveniat, quod eventurum timui, ne frustra laborarim *[Gal. 4. 11]*, et gloria dei non aliter enitescat, quam quod inexcusabiles futuri simus in die illo *[Röm. 1. 20, 2. 15 f.]*. Ora igitur dominum, ut nos clementer respiciat. Is et te cum domo tua ac fratribus diu nobis servet incolumes.

Basileę 25. Ianuarii[6].

Ioannes Oecolampadius.

Huldrico Zwinglio, fratri meo charissimo.

1 *vor* alter *gestrichen* hinc inde — 7 nobis *übergeschrieben über gestrichenem* nos.

---

[6]) *Jahrzahl fehlt, ist aber nach dem Inhalt sicher 1526.*

444.

Wolfgang Capito an Zwingli.

(Straßburg), 28. Januar 1526.

Gratia tecum, charissime frater.

Lutheri libellus, quem „De servo arbitrio“ inscripsit, iam hic excuditur[1], perquam argutus ac pius; nam aliquot folia legi. Erasmi nomini vehementer officiet, plurimum autem conducet pietati. Nam quis usus spiritus et gratiae, si quiddam nostris viribus per se tribuatur, sicut Erasmus modiculum istud suum tribuit? Quam mihi dolet virum tantum non habere reliquas dotes! Maxime autem acerbum est, quod ad elementum panis ac vini nos revocet, etiamsi talis videri nolit. Pura sententia passim recipitur. Obstant episcopi Sueviae[2] quidam; pars aliqua bene sentit. In certamen arduum deducemur, vereor, et tamen propterea simulare fidem, cuius rei nullam habemus, non possumus. Verum, si quid in me situm, cautione uterer magna, ne quid ultra praescriptum verae dilectionis. Omnia donarem, omnia dissimularem uni causae intentus, quę, opinor, declarando subinde repetitis vicibus potius quam lacessendo adversarios subsistet. Nam formido me tenet perniciosissimi dissidii, adeoque putarem, nostra potius confirmanda in posterum, quam illorum praesidia infirmanda. Sinas, mi frater, priores in nos incurrant illi. Umbone veritatis protecti gravissimum impetum secure feremus. Qua moderatione concordiae locum relinques, quę prorsus dissipabitur animis utrinque odiosius intentis. Video fore, ut occultis anfractibus ad veritatis confessionem deflectant, quam rimam apertam illis cupio. Iam nesciunt

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339, p. 268. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 464—466.

[1]) DE SER || *VO ARBITRIO* || *Martini Lutheri ad* || *D. Erasmum* || *Roteroda* || *mum* || ★ || *M.D.XXVI.* || || *188 Bl. in 8°. Druck von Wolf Köpfel in Straßburg. Vgl. Weimarer Lutherausgabe 18, 598f. (daselbst ist auch ein Köpfelscher Druck mit etwas verändertem Satz angegeben).* — [2]) *Vgl. Nr. 443, Anm. 5, auch unten Anm. 11.*

subsistere, qui nos, dum ipsi elementis cohęrent, ob nostram libertatem damnant; nos contra, qui potius papistas quam fratres tales initio respeximus, invicti hactenus obstitimus, ut qui Christiano affectu, gustum veteris salivę referentes, pertulimus. Pomerani liber in Oecolampadium[3] ad nundinas veniet. Is erit aut caduceator aut fecialis. Tum integri utramlibet conditionem accipiemus, et orbis nostrae parti malorum sementem non tribuet, sed illis, qui ultro pacifice ac pie conantibus φιλονικῶς obturbant. Hic agimus more nostro lente et frigide, sacerdotibus cursum nostrum remorantibus, qui ex concordia Galli et Hispani[4] spem conceperunt amplissimam. Adeo norunt sibi solatia fingere vanissimi isti. Dum hęc scriberem, literę perferuntur, quibus amicus significat rem apud plerosque ad indicendum concilium spectare, cuius potissimum rei gratia huc Spiras[5] sit imperator venturus ante Kalendas Iulias. Id quod ęque subventaneum ac stultum est. Quid ad nos enim istorum consultatio? Verbo domini connitimur, quod est invictum et ęternum.

Vale, et Leonem Iud, Myconium et reliquos fratres ex me plurima salute impertias. Iube tuam uxorem ac piam prolem[6] valere in domino.

De apothecario[7] scripsi non semel; cum quodam pio et industrio conveni. Annue sedecim pendendi aurei, sed ut biennio in suum ille convictum se daret; citius enim absolvi omnia non posse affirmabat. Praeterea eo pacto ad talem usum explorandum etiam alibi et in biennium astringuntur. Quę preposito[8] dicas, cui cupio bene ex animo. Fideiussoribus opus est, quos ego curabo; nam me illi obtuli.

Cęterum respub*lica* nostra multis auditis minis tranquilla etiamnum est neque serium bellum expectat. Erunt forte, qui prędonum more fugitivo pugna et privatis damnis cives afflictabunt. Et tamen nihil contemnitur. Quę ad urbem tuendam praesidio esse possunt, apparantur fortiter. Nullum militem conduximus. Adsunt parati in hoc, ni fallor, duces, quos in stipendio senatus habet. Concordia est hic inter cives, qualis aliquot annis vix fuit. Senatus omnium opti-

6 *vor* fecialis *gestrichen* fecil — 7 qui *übergeschrieben* — 11 scriberem *übergeschrieben* — 13 Spiras *übergeschrieben* — 23 et *übergeschrieben* — 29 tuendam *übergeschrieben* — 31 senatus *übergeschrieben*.

---

[3]) *Vgl. Nr. 419, Anm. 2.* — [4]) *Diese concordia wird gleich im folgenden Brief von Capito als leeres Gerücht bezeichnet, allerdings irrig; vgl. dort Anm. 5 und A. Baum: Magistrat und Reformation in Straßburg S. 155.* — [5]) *Vgl. Nr. 441, Anm. 6.* — [6]) *Regula Zwingli, geboren 31. Juli 1524.* — [7]) *Vgl. Nr. 441, Anm. 4.* — [8]) *Vgl. Nr. 409, Anm. 1.*

mus, superiorum senatorum admodum exiguum quiddam superest, quod sit obnoxium papisticę factioni.

Stephanus Liechtstallanus[9], vir pius et integer, innocentia presertim morum et scientia pietatis magnus, in vinculis modo detinetur, deferente illum ac procurante senatu Basiliensi. Optimum virum Satan in argumentum dissidii parandi inter illas coniunctas respublicas obiecit. Nam illi ad vim, nostri ad cuiuslibet ius, et alteri alteris in hoc egerrime convenient. Ora dominum cum ecclesia, quę tecum est, pro hoc fortissimo milite Christi, ne oppressus rebus adversis deficiat.

Iterum vale.

28. Ianuarii anno 1526.

Vil*helmus* Farellus, Iacobus (is se nominat Antonium Peregrinum) Stapulensis et reliqui fratres[10] te plurimum salutant; item mea familia te optat agere quam felicissime. Bucerus idem, quod ego, de respondendo Wirtembergensibus[11] orat. Sed pro voluntate domini et iuxta consilium spiritus, qui in te est, agas, nobis permittentibus. Nostram libuit indicare rationem.

Vuolfgangus Fabritius Capito tuus.

Sapientissimo viro Huldricho Zuinglio, ecclesię Tygurinę episcopo ac maiori suo observando.

5 *vor* deferente *gestrichen* mensante [?] [sante *ist deutlich zu lesen*] — 8 Ora] Oro — 9 hoc *übergeschrieben* — 13 f. *das Eingeklammerte am Rande* — 16 *hinter* respondendo *noch eine Silbe* [bo?] *gestrichen*.

---

[9]) *Stephan Stör, der am 16. Februar 1524 als Leutpriester von Liestal eine Disputation in Basel über die Priesterehe veranlaßt hatte (s. Nr. 329, Anm. 6), beteiligte sich 1525 an den Bauernunruhen, weshalb Basel bei Straßburg auf Verhaftung des Flüchtigen drang; Basler Chronik 1, 394. 445. Herzog, Oecolampad 1, 296 f. Paul Burckhardt, die Politik der Stadt Basel im Bauernkrieg S. 13 f.* — [10]) *Über die französischen Brüder in Straßburg s. Nr. 409, Anm. 12 und 13.* — [11]) *Vgl. oben Anm. 2 und Nr. 446, Anm. 3.*

445.

Wolfgang Capito an Zwingli.

(Straßburg), 29. Januar 1526.

S. Debemus miseris commodo esse, mi Zvingli, praesertim apud fratres et maiores nostros. Quod me impellit, ut scribam pro misera vidua Martini Hag[1], qui olim apud vos agebat et hoc biennio nobiscum, non quidem optima fide atque integritate, quod pene sero rescivimus. Is obiit diem, uxorem reliquit pauperem, quę ex monasterio ditionis urbis vestrae. Simplex mulier est et claris natalibus, cui modis omnibus subventum oportuit. Et liberalitas senatus vestri unam, ut hic fama est, pensione annua providit. Hęc autem nostra eiusdem monasterii, sed pridem egressa, antequam per magistratum licuit. Quę res ei non erit fraudi apud equissimos vestros senatores. Simili conditione nobis commendasti aliquando Marcum Ioannitam[2], quem iuvimus fideliter, cui, sicut aliis, nihil denegabitur, imo dabitur certissime, et hoc brevi. Rescribe, an senatus nostri literę ad vestrum illum amplissimum sint aliquid ponderis habiturę, et curabuntur pro modo illius scriptas [!].

Apotecarius[3] inventus est, cum quo pactus sum precium pro unius anni convictu; sunt aurei sedecim. Tempus constitutum in biennium. Vir est probus et exercitus, ut ferunt. Scribit Oecolampadius disputationem futuram[4]. O diem felicem! quanto triumpho decorabitur

7 *vor* unam *gestrichen* meritam [?] — 9 egressa] *ursprünglich* egressus — 11 Ioannitam *übergeschrieben* — 13 et hoc brevi *übergeschrieben* — literę *übergeschrieben* — 17 *vor* sunt *gestrichen* est.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 172. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 467.

---

[1]) *Dieselbe Sache im Anfang folg. Nr., wo die Frau auch mit ihrem ursprünglichen Namen Barbara von Sargans genannt ist, wie dann nachher noch wiederholt, besonders in Nr. 457, Anm. 2 und Nr. 458, Anm. 3.* — [2]) *Unbekannt.* — [3]) *s. vorige Nr., Anm. 7.* — [4]) *s. Nr. 443, Anm. 1.*

veritas! Utinam ad senatum nostrum vestri scriberent, quo ex nobis aliquot mitterent. Sin minus, equidem per me curabo, ut adsimus auditores, qui in optatissima scęna nullas simus partes habituri. Vanum est, quod nugigeruli de concordia inter imperatorem et Gallum[5] circumferunt.

Vale in domino.

29. Ianuarii anno 1526.

Vuolfgangus Fab*ritius* Capito.

Huldericho Zvinglio suo. — Zurich.

1 scriberent *übergeschrieben.*

---

[5]) *s. vorige Nr., Anm. 4. Die concordia erwies sich dann doch als Tatsache: am 14. Januar 1526 war zwischen dem Kaiser und Franz I. von Frankreich der Friede von Madrid geschlossen worden; Ranke, Deutsche Geschichte im Zeitalter der Reformation*[6] *2, 238f.*

446.

Martin Bucer an Zwingli.

Straßburg, 29. Januar (1526).

Gratiam et pacem.

Agit apud nos pia quaedam mulier, Barbara ex Salgans, quae ex primo isthic coenobio nupsit pridem Martino Hag[1], homini tibi quam nobis notiori, quanquam tandem, non sine ecclesiae nostrae incommodo, nobis plusquam satis inotuerit. Is nuper diem suum obiit, filiolo et aere alieno huic relicto. Haec ipsa, inocentia inocentior et ove minus sibi potens prospicere, debet nobis tanto esse commendatior, quanto ipsam agnoscimus Christo magis deditam, suique curam ipsi commisisse. Est autem domino deditissima et se ipsa penitus exuta. Ratio vero, qua iuvari possit et iure debeat, est, ut senatus vester acciperet alendam, postquam proventus coenobii, in quo agebat, sibi, ut audimus, usurparint. Neque enim obesse illi debet, quod maturius ex solitiore illa vita in matrimonium concessit. Hic sane nullum discrimen habetur eorum, qui mature vel sero monasteria deseruerunt: singulis aequa portione, habita tamen ratione aetatis, prospicitur annuis reditibus. Si vere viduam et solide piam mulierem quaeque aliena ope egeat, ut quae maxime, volueris iuvare, hanc iuva et cave a marito, qui erat, ipsam estimes. Cuius caussa erat, ut tibi irasceremur, si ulla tibi ratione possemus irasci, quod non initio nobis illum suis coloribus pinxeris et fęnum in cornu monstraris. Idem nobis usu

9 commisisse] commississe. *Bucer hatte ursprünglich* commisse *geschrieben* — 17 *vor* volueris *gestrichen* aliena ope — 19 *vor* illum *gestrichen* ab [?].

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 336. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 466 f.

---

[1]) *Dieselbe Sache im Eingang voriger Nr., wie späterhin wiederholt. Zu der Form* Salgans = Sargans *s. Bd. III, S. 563, Anm. 10.*

venit *περὶ τὸν φρανζισκον τὸν λαμπερτον*[2], quem nobis citra commendationem miserunt *οἱ Βιττενβέργιοι*, hominem quam nihili tam sui amantem, qui, si posset, nobis multum adeo negotii exhiberet. Assertores carnis tibi commendo sic tractandos[3], ut memineris, primores iam non tam carnem asserere, quam a vulgata nostra verborum expositione videri velle vindicasse verba Christi. Etiam habebis rationem infirmorum, quos non reiicies a caulis Christi *[Joh. 10. 16]*, si fucus eis fiat a summis, praesertim praetextu verborum Christi. Denique ita scribes, ut Christi gloriam solam, quae tum illustriss*ima* est, quum ipsius imaginem summa cum charitate prae nobis ubique ferimus, quesisse videare. Hic iam ludos parturiunt nostri literarios[4]. Obsecro mittas nobis rationem, qua vestrum ludum instituistis et quo pacto decreveritis vestram pubem instituendam[5]. Male hic audimus apud Wittenbergenses, quod studium linguarum maturius adhibendum censeamus, neque declamandi Latine tantum tempus tantumque studium insumendum nobis videatur, hoc est, quod Latinam non Graece atque Heb*raicae* linguis praeferamus. Optamus vero magnopere tuam hic cognoscere sententiam, quam nobis proximo nuncio scribes; nam spero brevi ludos nostros instituendos.

Optime vale.

Salutant te fratres.

Saluta nobis Leonem[6] tuum ac alios.

Argen*torati* 29. Ian*uarii*[7].

M*artinus* Bucerus tuus ex animo.

Huldericho Zving*lio*, episcopo Tigurinorum
observando et charis*simo* fratri.

1 *das Griechische ist im Manuskript abgekürzt* περὶ τ"φραν: τ"λαμπερ: — 11 *vor* quesisse *gestrichen* quęrere — literarios *übergeschrieben* — 22 Saluta] Saluto.

[2]) *Franciscus Lambertus, s. Nr. 214, Anm. 1, Nr. 222, Anm. 2 und Nr. 355, Anm. 1.* — [3]) *Vgl. Nr. 444, Anm. 11.* — [4]) *Vgl. Nr. 441, Anm. 3.* — [5]) *Die erste Zürcher Schulordnung stammt vom September 1523 und ist gedruckt als Teil der sogenannten Reformation des Stifts; sie trat aber erst im Juni 1525 in Kraft. Näheres s. zu Zwinglis Lehrbüchlein, Bd. II, S. 527ff.* — [6]) *sc. Iudae.* — [7]) *Jahrzahl fehlt; 1526 kann aber nicht zweifelhaft sein.*

447.

Wolfgang Capito an Zwingli.

(Straßburg), 3. Februar 1526.

Gratia tecum, charissime frater.

Quod colligis tribus articulis *τὴν ἀρτοσάρκωσιν* et deum impanatum repugnare[1], labor est utilis, sed vereor, ne pro conditionibus pacis vehementius agas. Quod si mihi omnino esset animus eiusmodi conandi, testarer non esse articulum fidei alterutrum credere; alterum verum tamen esset, ac repugnet oppositum necessariis articulis, ut fratribus via ad nos redeundi non praecludatur. Homines sumus, offensionem accipimus facillime. Et videntur modo quidam ex grege adversarorium ad nos inclinare. Sentio Galliam omnium maxime illum unicum articulum detestari. Disputatio Eckiana[2] repandet multa, quam superbus Suevus non omittet. Spero nos etiam affore ceu spectatoribus [!] iucundissimę comediae.

Fama est, Baltasarum traditum Enshemensibus[3]. Dominus viro turbulento in horis [?] deinde adversis firmum det animum! Ensshemenses negant, se ullum euangelii causa trucidasse, quod persuadent neminem [!]. Sed ea vox indicat fore quiddam lucis in posterum et ocii. Fracti sunt tandem truculentissimi hostes, ut olim apud veterem ecclesiam. Utinam et nos grati essemus deo, et omnes ad publicam utilitatem, quatenus glorię Christi coniuncta est, respiceremus.

2 ἀρτοσάρκωσιν] ἀρτόσαρκωσιν — 4 agas] *ursprünglich* agis.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 266. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 467 f.

---

[1]) *Dies wird Capito durch einen (jetzt verlornen) Brief Zwinglis erfahren haben.* — [2]) *Vgl. Nr. 445, Anm. 4.* — [3]) *Das Gerücht war falsch; vgl. Nr. 426, Anm. 2.*

Vobis consistorium est et usus in dubiis variis matrimoniorum[4]. Diversificamur in coniugio leprosorum, quibusdam asserentibus vinculum insolubile iuxta illud: „Quod deus coniunxit“ etc. *[Matth. 19. 6]*. Nos a domino solutum affirmamus, qui per magistratum separat, quos coniunxerat. Item omnino in morbis perpetuis, quibus nulla spes est usus maritalis. Deinde an lex magistratus civilis prohibeat, quo minus consobrini legitime coherere possint, qui quidem lege Mosaica non astringuntur, et quod Moysis olim, nunc idem ius habet; tametsi vicinius videretur charitati, ut suas leges ad divinas corrigeret. Sed quid interea, antequam id factum, an privatus affectus impune esse possit offendiculo, repugnando receptis legibus. Quę tu sentias et serves, paucis notis indica.

3. Febru*arii* an*no* 1526.

Vuolfgangus Fab*ritius* Capito.

Huldricho Zvinglio, episcopo Tigurino,
maiori suo observando.

1 *vor* usus *gestrichen* q — 3 insolubile] *ursprünglich* insolubilem — 8 astringuntur] astringitur — 10 esse] *ursprünglich* esset — 11 f. et serves *übergeschrieben.*

[4]) *Die Zürcher Ordnung betreffend das Ehegericht usw. vom 10. Mai 1525 bei Egli, Aktens. Nr. 711.*

448.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 7. Februar (1526).

Gratia et pax.

Literę tuę, quibus tropi rationem indicasti[1], frater charissime, supra modum placuerunt. Non est mihi cura, quomodo veritas vincat, et maledicis istis bestiis occurratur. Respondi Billicano et Suevis[2], opinor, satis copiose. Cratander hodie supplicabit senatui, num possit impetrare, ut hic excudantur[3]; quod si denegabitur, tum alibi tutius erit. Oportet enim, ut modis omnibus humiliemur coram magistratu, quantum per deum licet. Pellicanus expectat adventum trib*uni* plebis, et tunc, opinor, maturabit ad vos iter[4]. Dura mihi provincia, perpetuo hic sub talibus agere. At dominus prospiciet in tempore nec permittet tentationem ultra vires nostras increscere *[1. Cor. 10. 13]*, qui et te custodiet. Liber meus complectitur arcus Xiiij, quantum coniecto. Argentinenses valde timent, ne supramodum adversarii per nos premantur, unde minus placabiles sint futuri. De qua re et nuper scripsi[5]. Est periculum a spectatoribus papistis; nam si adversarios convincemus, plebem illorum in doctores alioqui Christianos exasperabunt. Ubi igitur in paucioribus locis erunt episcopi, facile rerum

3 *vor* veritas *gestrichen* sibi — 6 tum *übergeschrieben über gestrichenem* inscius — 10 *vor* agere *gestrichen ein nicht mehr leserliches Wort* — 14 premantur *übergeschrieben über gestrichenem* timent.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 120. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 471 f.

---

[1]) *Vgl. Nr. 438, Anm. 4. Der Brief Zwinglis ist verloren.* — [2]) *Vgl. Nr. 443. Anm. 5.* — [3]) *Vgl. folg. Nr., Anm. 2.* — [4]) *Pellikan zog laut seinem Chronikon p. 110 am Donnerstag den 22. Februar von Basel aus und kam Sonntags den 25. in Zürich an. Er erwähnt auch den Tribunus plebis, dessen Stiefsohn Heinrich Billing ihm aus der Stadt Basel das Geleite gab.* — [5]) *Der Brief Oecolampads wegen der Straßburger ist nicht erhalten. Vgl. dagegen Capito in voriger Nr.*

necessitudine etiam pauci illi desiderabuntur. In summa: res tota est in manu dei, cuius gratia negocium prosperabitur. Nondum scio, quid Badę sit decretum[6]. Omnibus modis disputationem impedituri sunt, etiam si cras habenda. Aliis autem viis nos aggredientur. Sed nos timebimus dominum, cuius negocium agimus, et bene tuti erimus.

Vale.

Basileę, septima Februarii[7].

*T*uus Oecolampadius.

*Ch*ristianissimo *Huld*rico Zwinglio Tigurinorum episcopo, dilecto fratri in Christo.

9 *Ch*ristianissimo *Huld*rico] *Chr Huld Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen.*

---

[6]) *Die eidgenössische Tagsatzung, seit 3. Februar in Baden versammelt, verschob die Sache der Disputation auf einen nächsten Tag zu Einsiedeln; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 839.* — [7]) *Jahrzahl fehlt. Sie ist zweifellos 1526.*

449.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 9. Februar (1526).

Gratia et pax. Charissime Zwingli!

Quandoquidem in ore sumus fere omnium et tripudiant Brentii et Regii[1] atque id genus, nonnulli etiam ex his languescere incipiunt, qui videbantur pie sentire. Urgendum est opus domini, urgendum. Tu, non dubito, dabis ad nundinas tua. Habes enim typographos ad manum. Videtur mihi facere ad rem, ut et mea, quae dominus dedit, non desiderentur. Hic obstat Satan. Tantum impetravit Cratander a senatu, ut plane nihil omnium, quę ex mea officina, sive ea parva sint sive magna, bona vel mala, excudat[2]. Igitur a Cratandro liber ero[3]. Scripserunt Argentinenses, ut mitterem ad ipsos exemplar. Verum id integrum mihi non est, nisi Christophoro[4] minus fuerit integrum, laborem illum suscipere. Ego pro exemplari nunc nihil peto, nisi mittat exemplaria quaedam sponte. Cuperem autem illi tantum esse ocii. Imo tu pro sollicitudine, quam habes in ecclesiam Christi, si possibile est, curabis, ut locus sit et nostrę lucubrationi excudendę. Nunc nihil adeo angit, ut quod videam principem tenebrarum, ne lux progrediatur, omnem movere lapidem[5]. Nostrum erit, ne cedamus. Persuasum enim mihi est, dominum nolle nos ulla in parte ignavos.

7 *vor* desiderentur *gestrichen* neg — obstat] *ursprünglich* obstant — 10 exemplar] *ursprünglich* exemplaria — 12 exemplari] *ursprünglich* exemplaribus — 14 in ecclesiam Christi *am Rande nachgetragen* — 15 locus] *ursprünglich* locum — 17 Nostrum erit *übergeschrieben* — *vor* cedamus *gestrichen* nos.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 33. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 472 f.

[1]) *Vgl. Nr. 448, Anm. 2 und frühere.* — [2]) *Vgl. Nr. 448, Anm. 3, auch Nr. 443, Anm. 3.* — [3]) *Vgl. Nr. 443, Anm. 3.* — [4]) *sc. Froschover.* — [5]) *Vgl. die Redensart: Stein und Bein in Bewegung setzen.*

Igitur urgebis, quantum potes, Christophorum, ut hunc laborem suscipiat, qui absque dubio nihil illum incommodabit et piis non erit inutilis. Hac autem de causa valde mihi gratum erit Tiguri impressum iri, ut et tu gustum eorum, quę scripsi, capere possis; nam, quantum coniecto, ut perlegas, non sinunt negocia. Erit autem omne tibi ius, si videris quippiam glorię Christi indignum, ut in totum reiicias. Non enim hodie nobis et glorię scribimus, sed Christum regnare cupimus. Satagat itaque charitas tua, ut et libellis meis isthic excudendis locus sit. Opinor autem illos tibi non displicituros. Quamvis autem decretum senatus nostri non usque adeo carni crucifugae adlubescat, non tamen franget, ita Christum precor, animum, ut ab eo annunciando desistam. Cęterum quod benedictione vestra inopiam meam relevare cupitis, gratias habeo magnas et vobis et Christo, qui hunc vobis animum dedit. Sat mihi nummorum ad aliquot menses. Sunt privati quidam cives, qui obtulerunt et ipsi. Sed libenter excutio manus. Honestius et Christianius fuerit, aliter rem domesticam instituere, quam cuipiam esse onerosum. Tibi nunc gratias ago. Oro dominum, ut fortitudinem tuam conservet. Si fieri potest, cura, ora, urge et insta, ut libelli isthic excudi queant. Hezerus, qui te salutat, Christophoro scribit, quibus conditionibus ascendat[6]. Ego nihil precii peto.

Vale.

9. Februarii[7], Basileę.

Tuus Oecolampadius.

Ora et pro me.

Huldrico Zwinglio, Tigurinę ecclesię antistiti valde pio, suo in Christo fratri.

4 scripsi *am Rande nachgetragen* — 8 Satagat] *ursprünglich* Sataget — 10 decretum] *ursprünglich* decretus [?], *dann* decretum, *dann* m *gestrichen und ein Abbreviaturstrich über* u *gesetzt* — nostri *übergeschrieben* — 11 franget] *ursprünglich* frangent — 12 desistam] *ursprünglich* desistant — 14 *vor* nummorum *gestrichen* ap — 17 onerosum] *ursprünglich* onerosus — 26 *Huld*rico] *Hul Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen.*

[6]) *Hätzer, wohl seit Ende 1525 in Basel (s. Nr. 438, Anm. 7), scheint von Froschauer in seinen Dienst begehrt worden zu sein.* — [7]) *Jahrzahl fehlt. Sie ist zufolge des Inhalts zweifellos 1526.*

450.

Zwingli an die Appenzeller.

Zürich, 12. Februar 1526.

[6]) *Ebendort verhandelte man über die Badener Disputation, deren Beginn bereits auf den 16. Mai angesetzt wurde. Den Besuchern, zumal den Parteien, wird sicheres Geleit in Aussicht und besonders an die evangelischen Orte und Zugewandten das Ansinnen gestellt, ihre Gelehrten zur Teilnahme zu bewegen. Beachtenswert ist im Brief Tremps die Warnung an Zwingli, sich vor dem Gang nach Baden zu hüten. Es mag dazu an Eidg. Abschiede IV 1a, S. 951f. erinnert sein, wonach ein Berner vor Räten und Bürgern geäußert haben soll, die Eidgenossen haben einen Eid geschworen, den Zwingli, wenn er nach Baden käme, zu töten. Von der Tagsatzung zu Baden zur Rede gestellt, wollte dieser Mann von seiner Aussage nicht abstehen und sah deshalb schwerer Strafe entgegen.* — [7]) *Nichtsnutziger Bube. Vgl. Id. III 1247.* — [8]) *aufgehobenem* — [9]) *Nicht sicher zu ermitteln.* — [10]) *Diethelm Röist; s. Nr. 432, Anm. 3 und Nr. 388, Anm. 7. Er war der Sohn des am 15. Juni 1524 gestorbenen Bürgermeisters Markus Röist und wurde kurz vor Weihnachten 1524 dessen Nachfolger. Geboren 1482, 1513 Mitglied des Rats, 1514 Richter beim Stadtgericht, 1518 Mitglied des kleinen Rats, 1519 Pfleger bei den Augustinern, 1521 Pfleger des Bruderhauses im Nesseltal im Hirslanderholz, 1522 Seckelmeister, starb er am 3. Dezember 1544. Vgl. Bernhard Wyß S. 42, Anm. 1.*

462.

Lucius Tscharner[1] *an Zwingli.*

(Chur), 31. März 1526.

Gnad und fryd von gott ꝛc.

Erwürdiger, kriſtenlicherr her und brůder, wüſſend unſer geſuntheyt, gott ſy lob; ſelichß von üch und von den üweren wery mir gar ein ſundery groſy fröwd ꝛc.

Min liebe frumy frow[2] und ich danckend üch am allerhöchſten üwer groſen můg *und* arbeyt, ſo ier um unſer willen hand gehept. Der almechtyg gott geby üch den lon; ouch ſol kein lange zyt verſchynen, wir wellendß euch beſchulden. Jch dancken unſerm lebendigen got, daß er mich alß wol verſorgt hatt mit einer ſo frumen erlichen frowen; dan ſy mir myne liebe kinder wol alß lieb hatt, alß werend ſy von ieren komen. Jch acht ouch, ich důge[3] ieren, waß ir lieb und dienſt ſy. Ouch ſo iſt

2 Erwürdiger] Erwurdiger — gesundtheyt] gesüntheyt — 3 üch] vuch — üweren] vweren — sundery] sündery — 5 — üch] vuch — 6 můg] mug — 7 üch] vuch — 8 beschulden] beschülden — 9 so *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Aus einem Bande, S. 241. Siegelspur. Abdruck: Sch. u. Sch. VII 487 f.

---

[1]) *Lucius Tscharner von Chur studierte fast gleichzeitig mit Zwingli in Wien; er steht in der Hauptmatrikel zum Wintersemester 1500—1501 als Lucius Scharner ex Khur, in der Rheinischen Matrikel zum Sommer 1502 ebenso (L. Sch. ex Kur). Nach dem Tode seiner ersten Frau bewarb er sich um die Hand der Margaretha von Wattenwyl, Nonne in Königsfelden (s. Nr. 289, Anm. 1 und Nr. 357, Anm. 1). Er erschien am 1. August 1525 vor dem Rat in Bern, erklärte, daß er der Nonne die Ehe gelobt, und erhielt die Bewilligung, sie aus dem Kloster zu nehmen, samt einem bezüglichen Schreiben an den Hofmeister zu Königsfelden, das den Vollzug näher bestimmte. Stürler 1, 27. 147 f. (im Ratsmanual die Schreibung: Lutzes Charles). Später (im Juli 1526 s. Nr. 522) zog Tscharner nach Bern und wurde der Stammvater der dortigen Tscharner. Es gab nach der Heirat Anstände mit den Berner Verwandten zu beseitigen, was bis Ende des Jahres gelang.* — [2]) *s. Anm. 1.* — [3]) *tue.*

der her von Orttenſtein, Ludy Tſchudy[4], ietz vor 3 wuchen zů Bern gſin, und in myner ſach ouch ghandlet; mir zů lieb *ist* er gelangt an die früntſchafft, da *zů* erwerben einen gůten willen, vil beſſer dan for. Ouch vogt Schieſer[5], landfogt zů Nüwenburg, ſin geneygten willen und hülff darzů don, in hoffnung, der ſach werdy gůt ratt; wan der alt Barthle Mey und min ſchwager Jacob Mey, ouch ſin ſchweſter, deß propſtz hußfrow[6], handlend ietz in der ſach. Werdend mir fürderlich ſchriben allen handel. Alß mir Tſchudy ſeytt[7], ſo můß ich bald ſelbß dar, und ſolt min frow mit mir nemen; daß kan ich nümen[8] důn, urſach: ſy iſt vaſt uff dem halb deyl der purt[9]: Gott ferlich[10] ſin gethlich genad. Und ſy hatt for 14 tagen gſchriben der frow Murerin[11] und ſy trülich gebetten, zů erfaren um ein gůty frumy frowen, by gůten [!] alter, zů unß komen, die da kochen kondy[12], und ſuſt nüt uff dem feld zů wercken, dan uff die frow und uff die kind zů ſechen, ouch kochen — ich bin aber gar kein würt[13]; da latt min frow üwery frumy lieby frowen[14] trülich *und* fründlich bitten, daß ſy der frow Murerin helffe lůgen[15] darum. Waß ir heyſend dan mich lon geben, wilß ich důn.

Eß kunth zů üch ein frumer, chriſtenlicher lerer, geſin ein biſchoff und hyrt zů Malantz[16]; da gebredigt vom ſakrament und von der meß, und nüt anderſt dan die warheyt und wie unſer biſchoff[17] bredigt noch deglich: der iſt ietz ze mal, wider alle gotteß recht und billikeyt, erkent von Pünteren us dem land; ich hoff aber zů gott, eß werd nit lang weren. Da iſt min ernſtlich flyſyg bitt an üch, ier wellend yn brůderlich annemen,

1 Tschudy] Tschüdy — wuchen] wüchen — 3 *vor* erwerben *gestrichen* erl — 7 hußfrow] hüßfrow — 8 Tschudy] Tschüdy — 10 purt] pürt — 13 sust] süst — 15 üwery] vwery — frumy] frünj — 18 kunth] künth — üch] vüch — frumer] frümer — 23 üch] vüch.

---

[4]) *s. Nr. 309, Anm. 1.* — [5]) *Bernhard Schießer, wie Tschudi ein Glarner, erscheint nicht selten als Tagsatzungsbote seines Standes und bekleidete vom Juni 1524 bis Mai 1526 die eidgenössische Landvogtei Neuenburg; Eidg. Abschiede (Register). Er gehörte zur altgläubigen Partei und wurde nach der Schlacht von Kappel Landvogt im Thurgau; 1529 war er Pannermeister; Val. Tschudi, Chron. S. 45, 72, vgl. Zwingliana 2, 58, auch oben Nr. 380, Anm. 4.* — [6]) *Die Frau des gewesenen Propsts Niklaus von Wattenwyl war Clara Mai; s. Nr. 311, Anm. 1 und Nr. 424, Anm. 1. Bartholomäus Mai (1446—1531), der alte, Haupt der Familie zu Anfang des 16. Jahrhunderts, als Handelsmann, dann als Staats- und Kriegsmann und als Stütze der Reformation eine gewichtige Gestalt im alten Bern, ist eingehend geschildert durch A. v. May, im Berner Taschenbuch, 23. Jahrgang, 1874, S. 1—178 (mit Porträt nach Manuel).* — [7]) *sagt* — [8]) *nimmermehr, niemals* — [9]) *ihre Entbindung steht nahe bevor* — [10]) *verleihe* — [11]) *Nicht näher bekannt.* — [12]) *könnte* — [13]) *Wirt; ich verstehe nichts von der Wirtschaft* — [14]) *Anna Zwingli geborene Reinhart.* — [15]) *darnach ausschauen* — [16]) *Johannes Blasius; s. Nr. 463, Anm. 2.* — [17]) *Comander in Chur.*

damit er wytter ſtudieren müge. Eß iſt kein mangl am zythlichen ſinen halb ꝛc. Eß iſt nit um lang zů důnd, und unſer biſchoff württ üch in ſinem brieff underrichten ſineß handelß[18]. Důn im daß beſt. Ich wil, wilß gott, in 14 tagen uff lengſt ouch ſelb bin üch ſin, oder filichter[19] ee. Min liebe frow latt üch *und* üwer hußfrowen gar fil güteß ſagen und grůzen. Ouch grůzend ſy mir ouch trülich, ouch Hylarium[20], ſin frowen, den Lewen, doctor Baſchion, Hanß Jacob, her Kaſpar im ſpital[21] ꝛc.

Vale.

Datum in vigilia pasce anno 1526.

Üwerr alzit underdeniger williger Lucius Tſcharner ꝛc.

Dem erwürdigen kriſtenlichen lerer und byſchoff zů Zürich, ſinem inſunderen lieben herren ꝛc., meyſter Ůlrich Zwingly, *zů Zürich.*

1 studieren] stüdieren — 2 nit *übergeschrieben* — üch] vuch — 4 ouch selb bin üch sin] ouch selb bin vuch sin — 5 latt üch *und* üwer hußfrowen] latt vuch, vwre hüßfrowen — 12 insunderen] insünderen — *zů Zürich*] *ů Z Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen.*

---

[18]) *Ein Brief Comanders fehlt; dagegen schrieb Salzmann über die Sache; s. folg. Nr.* — [19]) *vielleicht* — [20]) *Hilarius; s. Nr. 395, Anm. 9 und Nr. 372, Anm. 10.* — [21]) *Leo Judä, Dr. Sebastian Hofmeister, Johann Jakob Ammann (diese beiden den Bündnern bekannt von der Ilanzer Disputation her), Kaspar Megander, alle in Zürich; s. Nr. 372, Anm. 12, Nr. 154, Anm. 1, Nr. 91, Anm. 1. Vgl. auch Nr. 463, Anm. 12.*

463.

Iacobus Salandronius[1] *an Zwingli.*

Chur, zirka 1. April 1526.

Gratia et pax domini Iesu Christi tecum.

Veniet ad te, doctissime mi Huldriche, Ioannes Blasii, episcopus in Melans[2], qui post Comandrum[3] vita, moribus et doctrina herbascenti Christo apud Rhetos fons irriguus fuit et oves suas Christo ita lucrifecit, ut abrogata missa et idolis sepositis nunc ceperint Christiane magis vivere, quam vel cives nostri vel alii, apud quos euangelium predicatur. Ille pius frater, iuxta literas novas Ligae[4] in pastorem electus, deiecit e nido impium istum [!] et crassum

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 155. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 485 f.

---

[1]) *Schulmeister in Chur; s. Nr. 28, Anm. 1.* — [2]) *Johannes Blasius, Pfarrer in Malans, s. Nr. 462, Anm. 16. Er war nach der Überlieferung ein geborener Romane und zwar ein Münstertaler. Sein Geburtsjahr und Studiengang sind unbekannt, doch muß er eine gute Bildung genossen haben. Das erste Mal wird seiner bei der Ilanzer Disputation gedacht, an der er auf Seite der Reformierten teilnahm. Nach der im Briefe oben geschilderten Vertreibung aus Malans kam er nach Zürich, dank der Empfehlung des Salandronius. Es gelang ihm seine Verbannung rückgängig zu machen; Pfingsten 1526 predigte er wieder in Malans, vgl. Nr. 478. 1529 hatte er wegen seiner Predigt in Flums einen, wie es scheint, ergebnislosen Streit mit dem Landvogte von Sargans, Ulrich Staub, auszufechten. 1530 wurde er an die Regulakirche in Chur berufen und blieb hier bis zu seinem Tode am 18. Juli 1550. Im Jahre 1537 nahm er an der Disputation zu Süs teil; mit Bullinger stand er in reger Freundschaft und Korrespondenz, ein von ihm gemeinsam mit Comander herausgegebener Katechismus kam 1559 auf den Index. Biographische Skizze von Tr. Schieß in: Quellen zur Schweizer. Geschichte XXIII (= Bullingers Korrespondenz mit den Graubündnern I) 1904, S. XIV–XIX.* — [3]) *Johannes Dorfmann (Comander), Pfarrer in Chur, s. Nr. 374, Anm. 1.* — [4]) *Gemeint sind die Ilanzer Artikel vom 4. April 1524 (abgedruckt bei C. Jecklin: Urkunden zur Verfassungsgeschichte von Graubünden I, S. 78). Sie legten die Wahl der Geistlichen in die Hände der Gemeinden. Vgl. J. G. Mayer: Geschichte des Bistums Chur II (1909), S. 27.*

papae pecus licentiatum Bartholomäum Castelmur[5], qui diu magna prius invidia mota apud primores et impios, tandem occasione arrepta ex instructione Cacabi[6] in comitiis eum proxime habitis acerrime et ut hereticum et illi similimum [!] in Flaesch[7] accusavit et detulit. Tandem vicit impietas, ut posthabitis precibus, iure, literis Ligae, et quod ipse Rhetus natus, iussus *sit* pius frater missare aut cedere beneficio et proscriptus a terra et regione trium Ligarum abesse, dictis ad hoc feriis pascatos. Eorum igitur tyrannidi obtemperatus [!] et ne quid sevius tentaretur in suos subditos, ad te ut Rhetiae nostre patronum et benignissimum fratrem divertit, expectaturus futura comitia, sperans mitiora fore. Interim refocilla tuis consolationibus et tuis consiliis adiuva fratrem nobis omnibus et charum et utilem. In hoc enim scripsi, ne tu putares, id nämque timuit, falsum (ut multi nunc occurrunt et nobis imponunt) et ipsum esse erronem. Si quid igitur huic feceris, facies, ut nobis charissimo et gratissimo fratri. In Engadina simili furore proscriptus est Philippus Galitius[8], et Leonem alium

5 posthabitis *korrigiert aus* posthabitos.

[5]) *Bartholomäus Castelmur, nach A Porta, hist. ref. eccl. Rät. p. 114 und 143, Domdekan von Chur und apostolischer Protonotar. Er trat wiederholt für die alte Kirche in die Schranken, so am Ilanzer Gespräch im Januar 1526.* — [6]) *Cacabus, Übername des Abtes von St. Lucius in Chur, Theodor Schlegel, den die Bündner nachher wegen politischer Umtriebe enthaupten ließen (der Übername soll wohl dergleichen andeuten s. u.). Über ihn s. Nr. 374, Anm. 3.* — [7]) *Ulrich Bolt, s. Nr. 372, Anm. 1.* — [8]) *Philipp Gallicius (1504—1562), nächst Comander um die Reformation Graubündens am verdientesten, der Reformator des Engadin, ist der Sohn des Johann Adam Saluz von Ardez im Unterengadin, geboren im Weiler Puntwil im bündnerischen Münstertal nahe der Tiroler Grenze; er nannte sich, wie es dort etwa vorkam, nach dem Familiennamen seiner Mutter, Ursula Gallicius von Camogask im Oberengadin. Am letzteren Orte wurde er schon mit zwanzig Jahren Kaplan des Dekans Bursella. Man spürte bald aus seinen Predigten den Anhänger der evangelischen Lehre, die er dann auch anfangs 1526 auf dem Gespräch zu Ilanz neben Comander und im Auftrag der über vierzig gleichgesinnten Kollegen vertrat. Jetzt setzten die Gegner es durch, daß das Oberengadiner Gericht ihn als Irrlehrer auswies, ohne ihn zu hören, um Mitte März 1526; aber (laut obigem Briefe), geschützt durch die Gemeinde Lavin, die ihn eben zum Pfarrer gewählt hatte, erreichte er angeblich die Aufhebung des Ausweisungsbeschlusses, worauf ihm ein Erlaß des Bundestages von Anfang Mai vollends zu statten kam: beiden Bekenntnissen wurde volle Glaubensfreiheit gewährt. Lavin und Guarda schafften Ende 1529 bereits die Messe ab. Als nun aber Gallicius in die Ehe trat (mit Ursula Campell, einer Verwandten des Geschichtschreibers), mußte er weichen. Zunächst kam er in Langwies unter, dann im Sommer 1531 in Scharans. Spätestens 1535 findet man ihn wieder im Engadin, 1537 in Malans. Von hier aus wurde er mitten im Winter zu einer Disputation nach Süs im Engadin berufen, und ihm war es zu verdanken, daß sie mit dem vollen Sieg der Reformation endigte. Später wirkte Gallicius wieder längere Zeit in Lavin und schließlich an der Regulakirche in Chur. Vgl. Biographie von Tr. Schieß (zur 400jährigen Geburtsfeier 1904).*

ea temeritate aggressi perficere non potuerunt, prohibiti pluralitate amicorum et suarum ovium in Lowin[9], ubi recens est electus in pastorem. Proximus est Comander noster, si quid minis impiorum credendum. Cacabus mira et magno estu coquit. Det deus, ut ipse tandem cxedere cogatur, homo indies magis impius. Operam mutuo collocant ipse et Ludovicus Tschudius[10], Ströly et Victor[11]. Quare, observandissime mi frater, quibus potes, non desistas succurrere vel consulere nobis. Dominus Iesus Christus det, ut diu nobis incolumis vivas et eius manu sustenteris. Tschudius certo apud suos proximum ex Berna rediens sparsit futuram esse disputationem in Baden, quo tu sis venturus. Fac, si verum est, sciamus. Commenda me Leoni, Sebastiano et Ioanni Iacobo[12]. Catabaptistae iterum apud nos nidum parant, semel professi, non ex deo fuisse suum negocium; nunc relapsi, a vestris tam miraculose e turri liberatis[13] confortati, contumatiores quam unquam prius. Hoc heri expertus non ab infimo illorum. Deus omnia in suam gloriam vertat.

Curie in feriis pascalibus, anno 1526.

Iacobus Salandronius tuus.

Minem lieben heren und brůder, mayſter Ůlrichen Zwingly.

3 Proximus] *ursprünglich* Proximi — minis] *ursprünglich* minas.

---

[9]) *Lavin, s. Anm. 8.* — [10]) *s. Nr. 18, Anm. 3.* — [11]) *Die beiden Ströly und Victor sind weiter nicht bekannt.* — [12]) *Leo Jud; Sebastian Hofmeister, jetzt in Zürich (s. Nr. 154, Anm. 1); Johann Jakob Ammann (s. Nr. 91, Anm. 1). Die beiden letzteren hatten dem Ilanzer Gespräch beigewohnt, das Hofmeister dann mit Hilfe von Salzmann beschrieb; vgl. Nr. 462, Anm. 21 und Nr. 478, Anm. 6.* — [13]) *Vgl. Nr. 465, Anm. 1.*

464.

Zwingli an Vadian.

Zürich, 3. April 1526.

Gratiam et pacem a domino.

Quę apud Claronenses suggerenda erant, mature monuimus[1], ipsi quoque in id intenti, ut paria fiant inter quatuor pagos, quemadmodum prudentissime scripsisti[2]; sed vereor, ne ante comitia Maia[3] referri possit. Nos hercle stimulis nusquam parcimus. De Bernensibus narrabit Gebentingerus[4]. Summa responsionis eorum est: ad Helvetios desciscere a nobis nolunt et foedera inviolata custodire simul volunt[5]. Satis responsum est. Videbis hac responsione plurimum incrementi facturum esse euangelium. Speramus et alia quotidie a Berna ad nos reditura esse nihilo utiliora. Fuit hisce diebus apud nos ex Suęvia Cunhardus Hermannus[6] Minorita, cuius memoriam in epistola ad Alberum Rútlingensem[7] fecimus, qui nunciavit nostram, imo vero veram de eucharistia sententiam

St. Gallen, Stadtbibliothek: Litt. misc. II. 259.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 488. Arbenz, Vadians Briefsammlung 4, S. 19 (Nr. 452).

---

[1]) *Vgl. Nr. 459, Anm. 4, in der Folge Nr. 472, Anm. 5 und Nr. 476, Anm. 2.* — [2]) *Vadians Brief ist verloren.* — [3]) *Die Landsgemeinde fand jeweilen am Sonntag vor Maitag statt, dieses Jahr am 29. April. Ihre Beschlüsse s. Nr. 476, Anm. 2.* — [4]) *Lehrmeister in St. Gallen; s. Nr. 415, Anm. 1.* — [5]) *Nach Anfrage der Gemeinden antworteten Räte und Bürger von Bern am 28. März den VII Orten, sie wollten sich „diser zyt von dwederem teil nit sündern", und den Zürchern, sie würden an ihnen und den andern Eidgenossen die Bünde getreulich halten und keine Sonderung vornehmen noch gestatten, sondern der Disputation zu Baden erwarten. Stürler 1, 155. 156.* — [6]) *Konrad Hermann, Franziskaner in Reutlingen, wo er seit 1523 evangelisch predigte, Albers Gegner in der Abendmahlslehre, mit Zwingli und Sam (s. Brief vom 12. Februar 1527) bekannt. Nach Zwinglis Brief an Alber (abgedruckt Bd. III, Nr. 41) verließ Hermann Reutlingen und wirkte für Zwingli in Ulm und besonders in Eßlingen. Vgl. Württembergische Kirchengeschichte (1893), S. 263 und 288.* — [7]) *Vgl. Bd. III, Nr. 41.*

Esslingę ferme ab omnibus accipi, etiam primatibus et amphictyonibus, qui isthic ius Germanici imperii nomine reddunt. Quę hoc die cum scriba nostro acta sunt coram sęnatu de eucharistia, item narrabit Gäbentinger. Ampliatio bello homini data est ad mensem[8]. Aliarum rerum nihil est, quod te magnopere referat scire, quam quod vehementer admiramur non eundem habere spiritum catabaptistas; apud nos enim non tam crebro moriuntur[9] atque apud vos. Sed damus hoc vestris propter soli intemperiem.

Salutat te Leo[10], fratres omnes.

Tiguri, tercia die Aprilis M.D.XXVI.

Huldricus Zuinglius tuus.

Ioacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli,
domino suo observandissimo.

---

[8]) *Die Verhandlungen zwischen Joachim Vom Grüt, dem altgläubigen Unterschreiber von Zürich (s. Nr. 202, Anm. 1), und Zwingli über das Abendmahl fanden am 3. April vor dem Rat statt; Egli, Aktens. Nr. 948. Vom Grüt erhielt auf Begehren Aufschub, mit dem Auftrag, binnen Monatsfrist Zwingli zu beweisen, daß er im Artikel vom Sakrament irre, wofür er von den Amtsgeschäften befreit wird. Am folgenden Tag wird der einmonatliche Termin festgehalten und beschlossen, es soll Zwingli auf sein Anrufen wegen der Zurede, die ihm der Schreiber getan haben soll, nichtsdestoweniger im Recht Fürgang haben; ebenda Nr. 949, vgl. Nr. 952, 960, 987. Vom Grüt entzog sich dann der Disputation und starb bald in Rom; hierüber und über den Handel mit Zwingli gibt Bullinger I 327f. Näheres.* — [9]) *Anspielung auf das sogenannte Sterben und Zeugen der Täufer in St. Gallen und Umgegend, worüber Keßler, Sabbata*[2]*, S. 158 berichtet.* — [10]) *sc. Iudae.*

465.

Wolfgang Capito an Zwingli.

(Straßburg), 4. April 1526.

Gratia Christi tecum, frater integerrimime atque fortissime.

Iam oblato nuncio, quid ad te scribam, de subito non occurrit, et est tamen, nisi fallor, de qua re nuper scribendum ad te visum est. Anabaptista tuus Wilhelmus[1] apud nos fuit, homo in speciem perquam honestus et pius, sed non usque adeo fidei adamantinę. Nam quę inter nos domi meę communicavimus, perperam invulgavit. Ter provocatus de baptismo loqui, oblique de suo dogmate loquendi necessitatem declinavit et tamen implevit urbem, nos illi concessisse ac esse confessos probare nos exosum istius dogma, sed dubitare nescio quid. Hac formula loquendi indicavit timore tyrannidis a vero asserendo nos cavere. Indicto inter nos colloquio discedit homo meticulosus conscio Zellio[2] nostro, qui tamen de disputatione nihil scierat, cuius admonitus fuerat per suum hospitem[3], hominem quavis muliere iracundiorem atque amantissimum rixarum. Tandem impulsi cum illius hospite per triduum egimus, hac tamen conditione, ne acta ęderentur; nam alia

14 per *übergeschrieben* — 15 triduum] *ursprünglich* triduā.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 174. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 489.

[1]) *Nach Baum, Capito und Butzer S. 361, und Gerbert, Geschichte der Straßburger Sektenbewegung S. 14f., ist Wilhelm Exel (Echsel) aus Wallis gemeint, der auch aus Zürich näher bekannt ist. Hier mußte er sich anfangs März 1526 mit vielen Täufern wegen seiner Lehre verantworten (Egli, Aktens. Nr. 933, S. 442) und wurde dann am 7. März mit andern in den sogenannten neuen Turm gefangen gesetzt (Nr. 934, wo aber sein Name fehlt). Mittwoch den 21. März nachts entwichen die Gefangenen aus dem Turm, wie Exel selbst vor Räten und Bürgern erzählt; er erklärt dabei, er habe nie getauft und gelehrt, sei bereit, sich belehren zu lassen, und wünsche, daß man ihn heim in sein Land ziehen lasse. Exel wäre somit nach dem 21. März in Straßburg gewesen, wo in den Vergichtbüchern von 1526 eine Aussage von ihm aufgezeichnet ist. Nach Zürich zurückgekehrt, wurde er bei Strafe des Ertränkens des Landes verwiesen; Nr. 691 am Schluß.* — [2]) *Matthäus Zell, Prediger in Straßburg; s. Nr. 304, Anm. 6.* — [3]) *Wahrscheinlich Jörg Ziegler an der Steinstraß; vgl. Gerbert a. a. O. S. 15f.*

conditione nobiscum congredi noluit, quem nihil puduit in os convitiorum non iactare. Putavimus omnia esse transacta. Interea fumos iterum spargit. Papistę per ferias pascales publice ausi sunt confessionibus audiendis indulgere. Fuerunt autem duces huius tragoedię turpissimi. Pręterea variis modis irritare vulgum tentarunt. Diligenter enim student in motum aliquem publicum rem deducere. Nos contra tranquillitati studemus, qua melius franguntur. Apud senatum his diebus agemus. Stephanus[4] adhuc captus est, cui literae tuae plurimum profuerunt et nunc quoque prosunt. Bene speramus. Pręsentium latorem de fratribus Slesię audies[5]. Fidelissime referet omnia, et pleraque non ingrata.

Vale.

4. Aprilis anno 1526.

Iuvenis apothecarius[6] belle valet et proficit. Afflictę res Galliarum euangelio moram aliquam facient. Dominus tandem suos respiciat!

Vuolfgangus Fabritius Capito.

Tua legimus ad Billicanum[7]. Moderatio ista animi tui plurimum habet momenti. Gratia deo, qui calamum tuum tam apposite moderatur. Burckheymerus [!] in Oecolampadium scripsit[8]; nam declarare voluit orbi, quam nihil de signis ac rebus fidei ipse intelligat. Fratres Slesię tecum faciunt, tametsi in forma loquendi paulum variant, cui rei medebitur responsio ad Billicanum.

Huldericho Zuinglio, vere episcopo Tigurinorum,
fratri ac maiori suo observandissimo. — Zürich.

2 non *am Rande nachgetragen* — 13 *vor* Aprilis *gestrichen* illo — 18 momenti *übergeschrieben* — 20 ipse *übergeschrieben*.

---

[4]) *sc. Stör; vgl. Nr. 444, Anm. 9.* — [5]) *Vgl. die Nachschrift und den Brief Zwinglis an die Schlesier schon Nr. 470, auch Oecolampads Brief Nr. 466, Anm. 4.* — [6]) *Vgl. Nr. 445, Anm. 3 und frühere.* — [7]) *Vgl. Nr. 438, Anm. 4 und spätere, sowie den Abdruck Bd. IV, Nr. 77.* — [8]) *Ende 1525, aber schon mit der Jahrzahl 1526, war erschienen: „Bilibaldi Birckheimeri de vera Christi carne et vero eius sanguine ad Ioan. Oecolampadium responsio. Norembergae ap. Io. Petreium 1526". Die Schrift war gegen Oecolampads symbolische Erklärung der Abendmahlsworte gerichtet, speziell gegen dessen Publikation vom August 1525 mit dem Titel: De genuina verborum Domini . . . expositione liber (vgl. Nr. 381, Anm. 1). Der Angriff Pirkheimers mußte allgemein überraschen, wohl am meisten Oecolampad selbst; beide waren von früher her Freunde und Pirkheimer sonst dogmatischen Erörterungen fern gestanden. Aber dieser war in Verdacht gekommen, heimlich der extremen Partei eines Münzer und Karlstadt anzugehören, zu der nun auch Oecolampad gerechnet wurde, und es scheint ihm alles daran gelegen zu haben, diesen Verdacht von sich abzuschütteln. Sorgfältig handelt hierüber und über die ganze Polemik P. Drews, Pirkheimers Stellung zur Reformation 1887, S. 89 ff. Seinen Eindruck von der Schrift Pirkheimers äußert Oecolampad an Zwingli Nr. 471, Anm. 4: stultum libellum etc.*

466.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 9. April (1526).

Gratia Christi tecum. Mi frater!

Probatur mihi strategema, quo adversarius fatigandus. Acutum quidem telum et, si esset, qui perite ac fortiter in hostem vibraret, valde utile commonstrasti[1]. Nam hoc unum perpetuo habent in ore: Habemus verbum *[Matth. 7. 15]*: *Ἔνδυμα τῶν προβατοσχήμων λύκων.* Ferunt ii, qui a Wittemberga huc veniunt, Suevorum „Syngramma" in vernaculo sermone denuo illic excudi, una cum expositione Lutheri in sextum caput Ioannis[2]. Venerunt autem nuper Erhardus Hegenwaldus[3] et Slesita quidam[4]. Illum nosti, et olim suis coloribus depinxisti; rediit titulo doctoris insignitus. Hic vero candidus homo est et, quantum mihi videor, sinceri iudicii; propediem te inviset, et mira tibi *περὶ τοῦ γραφοτυράννου* nunciabit. Papistas probe imitari incipiunt. Libros nostros excludunt, ut sui soli legantur et parte adversa non audita vincant. Ut autem ad hoc, quod dicere volebam,

7 *vor* in *gestrichen* denuo — 11 mihi *übergeschrieben* — 12 *vor* nunciabit *gestrichen* nuncupare.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 161. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 489f.

---

[1]) *Ein Brief Zwinglis hierüber fehlt.* — [2]) *Eingehend erörtert diese Stelle W. Walther in der Weimarer Lutherausgabe 19, S. 451. Danach handelt es sich um die erste deutsche Ausgabe, nicht um die zweite (vgl. W. Köhler, Bibliogr. Brentiana Nr. 18, 19); es ist zu übersetzen: „Die von Wittemberg hierher Gekommenen erzählen, daß das schwäbische Syngramma von neuem gedruckt werde (vgl. den Titel der ersten deutschen Ausgabe), und zwar dort, in deutscher Sprache". Die expositio Lutheri ist offenbar nicht ausgeführt worden; jedenfalls steht sie in keiner der Übersetzungen des Syngramma. Vgl. schon oben Nr. 460, Anm. 4.* — [3]) *Bekannt durch seinen Bericht über die erste Zürcher Disputation, s. Nr. 291, Anm. 5.* — [4]) *Matthäus Winkler (Wickler), s. Nr. 470, Anm. 3.*

redeam: utile videtur expectare et differre responsionem nostram, donec videamus, quid Martinus dederit. Interim fortassis et disputatio[5] celebrabitur, de qua frequens hic mentio, sed mihi videtur periculosissima. Non quod causę diffidam, sed quod locus suspectus et minime aptus, pręsertim illo tempore, quando confluit licentiosissima hominum turba in thermas. Nec ignoro fidem et plurimorum animos in nos, qui, si veritatem discere voluissent, non exclusissent tanto tempore pios monitores. Cęterum fidendum erit Christo, indicante die consilium, prout gloria Christi exposcet. Ubi certius aliquid de disputatione cognoveris, fac quamprimum mihi significes. Basilienses mei tardius mihi indicant, quod scire in rem meam foret. Nec obticeas, si quid me facere voles. His diebus pascalibus plebs cecinerat Psalmos, sed prohibita a magistratu. Recreavit papistarum animos, quos communicantium nobis numerus plane confecerat. Sed gaudebunt ad momentum[6].

Vale.

Basileę 9. Aprilis.

Saluta Pellicanum cum ceteris fratribus.

Tuus Oecolampadius.

Huldrico Zwinglio, Tigurinorum doctori christianissimo, fratri suo.

1 et differre *übergeschrieben über gestrichenem* cum — 3 *vor* celebrabitur *gestrichen* c[?] — 10 significes] *ursprünglich* significent — 11 *vor* scire *gestrichen* oportehat — 20 Huldrico] *uld Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen.*

---

[5]) *sc. Badensis. Noch am 19. war Oecolampad im ungewissen, ob er teilnehmen müsse.* — [6]) *Vgl. Basler Chron. 1, 411: Hanc sane novitatem (den deutschen Gesang) iidem (Lutherani) in festis paschalibus invehere tentaverunt, sed repulsam passi fuerunt. Über die Anfänge des Kirchengesanges in Basel vgl. Herzog, Oecolampad 2, 23 ff., und besonders Riggenbach, der Kirchengesang in Basel seit der Reformation, Basler Beiträge IX 340 ff. Im weiteren Verlaufe des Jahres wurde dann der Gesang, von dem die Leute an Ostern sehr gerührt worden, wieder angestimmt; s. unten Nr. 518, Anm. 3.*

467.

Zwingli an Michael Wüst[1].

(Zürich), 10. April 1526.

Gratiam et pacem ▪ domino.

Venit ad nos, mi Michaël, hęc foemina, quę quęnam sit, ignoro, vehementer obsecrans, ut te per literas a catabaptistis avellam. Cui ego primum constanter negavi, quod petebat, subindicans, quam multa non ante multos dies tecum super ea re disseruerim[2]; at vicit importunitate sua mulier ac istas inter meas occupationes extorsit, quibus ego non tantum volo te ab illorum hominum hypocrisi deterrere, nec enim ad hoc satis idoneę sunt aut instructę, quantum foeminę satisfacere, quę te adserit nondum esse retinctum, sed metuendum esse, ne longa istorum hominum consuetudine rapiaris in eorum vesaniam. Quid, quęso, multis tecum agerem? Christianus es? Quid ergo tibi commercii cum his est, qui se a Christianis separant? At dicunt: nos Christiani sumus, ii vero, quos creditis, Christiani non sunt. Quis, oro, vobis id indicavit? An cognitores estis cordium ac renum *[Ps. 7. 10 u. ö.]*? Qum Christum constanter corde teneant, ore confiteantur, operibus emulentur, quantum dominus dat, qur iudicant innocentem fratrem? Quot enim putas myriadas esse in ecclesia Christi, qui vitę sanctimonia, morum probitate, oris parsimonia pręstantissimos

12 *vor* commercii *gestrichen* mer — separant] seperant.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 1, Nr. 18 (vgl. Schweizer, Paul, Zwingli-Autographen, S. 8). Trägt die Seitenzahl 31 eines ehemaligen Bandes. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 491f.

---

[1]) *s. Nr. 223, Anm. 1. Bullinger schreibt am 2. Mai 1526 von dem Vetter an Homphäus: Michael noster ab infelici descivit sacerdotio et textrinam lanariam subintroiit. Stadtbibliothek Zürich, Msc. 256, p. 100f. K. Krafft, Aufzeichnungen des schweiz. Reformators H. Bullinger über seine Studien zu Emmerich und Köln (1870), S. 70.* — [2]) *Wohl in einem (verlornen) Brief, vgl. folg. Nr., Anm. 2.*

catabaptistarum antecellunt? Attamen, ut hoc interim illis donemus, excellere eos sanctitate: quis, quęso, spiritus eos docet, mox ut tantillum supra alios promoverint, efferri debere? An Christus huius arrogantie autor eis adducitur? an apostoli exemplum prębuerunt? Quę unquam historię prodiderunt quosquam ab ecclesia Christianę plebis secessionem fecisse, mox ut paulo meliores essent promiscuo populo? Fecerunt hoc monachorum factiones; sed numquid propterea meliores erant, quod tanti se ęstimarent? Taceo blasphemam catabaptistarum loquacitatem, quę omnem omnium maledicorum virulentiam superat, arrogantiam stultam, simulationem pervicacissimam; quid enim non faciunt, ut videantur ab hominibus *[Matth. 6. 1.5]*? Deinde facile abstinent magna pars illorum a deliciis, quod ex infima desperabilique plebis colluvie ad hunc portum appulerunt, ut ex obscuritate sua nobilitatem faciant. Quod si eis facultas adsit, Sardanapalos videas ac Heliogabalos ludum ac iocum esse prę istis[3]. Scio Grebelium[4], utcunque peieret, non alia ratione animum a parentibus despondisse, quam quod non suppeditarent, quantum illius licentia postulabat. Vexat mentem humanam, nisi vehementer contra hos impetus ac ventos firmata est, glorię cupiditas. Eam omnes celant, iuniores tamen paulo infoelicius; semper enim deprehenduntur. Quocirca mentis oculos adperi et vide, quid Christianum hominem deceat, non quid isti faciant aut loquantur. Cupit hęc foemina te in urbem reducere. Ego operam meam ac fidem tibi semper polliceor.

Vale.

10. Aprilis MDXXVI.

Huldrichus Zuinglius.

Michaeli Wüestio, amico suo haud vulgari ad manus.

---

[3]) *Vgl. Bd. I, S. 278, Z. 13, S. 346, Z. 16 und 17.* — [4]) *Konrad Grebel; s. Nr. 27, Anm. 1.*

468.

Michael Wüst[1] *an Zwingli.*

Oberglatt, (zirka 10. April 1526).

Gracia et pax a domino.

De baptismate nuper edocentem [!][2] nihil non roboris adversus catabaptistas menti vacillanti et dubiae contuleras. Tamen et nunc nescio, quid audiam inferri, sane primo adspectu rude et inauditum, verum intus et in cute, vereor, ne fomes lateat, qua arte simplicib*us* facile imponi est. Tu tamen, dummodo inter occupationes poteris, fac plenius intelligam; videbis me ita conaturum, ut huic spiritui ora contundam. Fertur inter quosdam scripturam infidelib*us*, non credentib*us*, datam, quib*us* ego hactenus restiti ca*pite* Paul*i* Ro. 10. 15. *[Röm. 10. 1, 15. 4]*. Nihil tamen prodesse possum. Nam tenacem fore episcopum ad Titum *[Tit. 1. 7 f.]* habemus in doctrina, quippe non alias rixosum, sed humanum et iucundum. Visum est te consulere, ut loca ostendas, quib*us* edoceri possint scripturam consulendam etiam credenti et iam arraboni [!] spiritus *[2. Cor. 1. 22]* obsignato.

Quosdam audio, qui dicant, se in caeterum non oraturos; nam spiritus id officii agat, Ro. 8. *[Röm. 8. 26]*. Cum enim citra peccatum vivant, deus in se oret; nam huius spiritus iam omnia agat, quo aut ad orationem aut ad sermonem ducantur: idem enim agat ille inhabitator spiritus. Hic video tot apertissima loca tantopere reclamare,

12 *vor* te *gestrichen* tib — 15 *vor* Quosdam *gestrichen* Quidam — 17 quo] *ursprünglich* quib.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 263. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 490 f.

[1]) *Vgl. den vorigen Brief.* — [2]) *Ebendort Anm. 2, wo Zwingli sagt, er habe kürzlich Wüst über die Täuferei belehrt. Daran schließt dieser hier an. Da er den neusten Brief Zwinglis vom 10. April nicht erwähnt, werden die Briefe sich gekreuzt haben; der vorliegende wird sonach auch ungefähr am 10. April geschrieben sein.*

item et ipsum morem Pauli, quo nunc inter lachrymas, nunc vero in depraecationib*us* dicit *[2. Tim. 1. 3 ff., Phil. 1. 3 ff., Röm. 1. 9 ff.]* se Romanorum, Philippensium et ceterorum memorem. Quis talis spiritus, qui non patrem oraturus sit? Iam renituntur: Caelestem patrem omnia agere citra nostros clamores *[Matth. 6. 8]*, qui iuxta praedestinationem agat, non ad nutum orationis nostrae. Verum non diffiteor: si huc deventum esset, ut homo alias ab Adam morbidus iam spiritu citra peccatum (quod isti ganniunt) duceretur, dubium non esset, quin iam idem eademque vellet deus deique, hominis huiusce inhabitator, spiritus. Haec me post tuam admonitionem movent, *ut* hanc rem adeo infidelem omnique Christiano ordini adversam, etsi antea mihi plane persuasissem, hoc acturum esse me, si deus sinat, nunc plane abhorream. Deus autem, omnis sapientiae fons, in quo reconditi sunt huius thesauri *[Col. 2. 3]*, det nobis idem sapere in Christo Iesu domino nostro.

Amen.

Ex Oberglat[3].

Tu de lege et euangelio nuper dicebas. Tacitum apud me esset, modo memoria sufferat; verum (quod doleo) elapsum est. Cum autem frugi sit, vellem significares literis.

Michael Viestius tuus.

An Huldrichen Zwingli, minem lieben, günſtigen und getruwen. Zürich.

1 *vor* inter *gestrichen* la.

3) *Oberglatt, Dorf im Kanton Zürich.*

469.

Wolfgang Capito an Zwingli.

Straßburg, 16. April 1526.

Gratia Christi tecum.

Scribis, ut admoneamus, quę in tuis lucubrationibus novissimis[1] mutata vellemus. Id libere pręstabimus. Muta nobis hortatoribus animum mutandi; nam argumentis densis ac perspicuis causam agis absque convitio. Esto talis in posterum! Violenti illi scripturarum tyranni si adoriantur te convitiis, suo certe impetu frangentur. Certe meliora nescio quo pacto expectarem in tam difficili et odioso argumento. Iterum monemus, tonitrua et saxa rotantibus adversariis tu lene istud fundere ne cesses. Magnam enim argumenti vim in causa fidei pacata mens prę se fert, qua scripturarum firmamenta roborentur. Nos lucem, quia vero nitimur, amamus, illi tenebras, quia autoritate personata valent, offundunt sedulo. Det dominus, ut ubique gloriam dei quęramus. Victoria tecum stat, mi Zuingli, quia stas a puritate Christianismi, nisi verbum suum a mundo dominus adimere velit.

Grata sunt, quę nuncias de Bernensibus[2]. Speramus et reliquos accessuros. Senatus noster his diebus cum sacerdotibus perfugis[3] clementissime tentavit rem compositam, sed omnino frustra. Causa

5 talis *übergeschrieben* — 6 si *übergeschrieben* — te *übergeschrieben* — 11 *vor* quia *über der Zeile gestrichen* ama — amamus *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 175. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 492 f.

---

[1]) *Wohl die Schriften an Billikan und Regius, vgl. Capitos Bemerkung in Nr. 465, Anm. 7.* — [2]) *Der Brief Zwinglis mit dieser Nachricht ist verloren. Die für Zürich nicht ungünstige Antwort Berns nach Anfrage der Gemeinden wird Zwingli nach Straßburg mitgeteilt haben, wie er sie an Vadian meldete, Nr. 464, Anm. 5.* — [3]) *Über die mit dem Stiftsschatz entflohenen Straßburger Stiftsherren s. Nr. 362, Anm. 24. Dazu Baum, Capito und Butzer S. 360 (auf Grund vorliegender Stelle), auch noch Bucer an Zwingli 30. April 1527 (Schluß) und A. Baum: Magistrat und*

pietatis concordiam diremit, cum illi nihil concordię admittere, quod pietatem resiperet, dignarentur. Ardua minantur, sed vana prorsus. Stultuli enim literis aulicis fulti tantopere ferociunt. Brevi ambient conditiones modo reiectas. Comes de Hanow[4] cives nostros arte turbat. Velitationes gliscunt publici belli. Hodie apud senatum de reliquis missis antiquandis (quinque enim quotidie peraguntur) agemus[5], eoque paucioribus scribo. Bucerus et reliqui fratres te salutant, cumprimis Farellus et Gerardus Rufus, quem nos Tolninum nominamus; latere enim voluit[6]. Heidelbergę et passim emergunt, qui in eucharistia carnem quęrere omittunt[7]. Suevos cum suo „Syngrammate“ die fierzehen Nothelfer[8] appellant, contumeliae causa, vel potius ludibrii; nam a nostris abest animus ad iniuriam. Mattheus Zellius nobiscum facit[9], sed magna tandem difficultate eo perductus est. Sunt, qui coram nobis subscribunt et absentibus amicis aliud affirmant. Cuiusmodi fucos contemnimus, nisi quatenus eis ad commodum ecclesię abuti possimus.

Vale.

Argen*torati* 16. Aprilis anno 1526.

Pellicanum, Myconium, Leonem Iudam, et reliquos fratres plurima salutate impertior.

Capito tuus.

Huldericho Zvinglio suo. — Zurch.

2 resiperet] *ursprünglich* resiperent — 6 *vor* antiquandis *gestrichen* antiquan, *doch ist hineinkorrigiert* — quinque . . . peraguntur *übergeschrieben* — 7 f. cumprimis *übergeschrieben* — 11 fierzehen] *ursprünglich* fierzehend — 14 et *übergeschrieben über gestrichenem* qui.

Reformation in Straßburg S. 156, Anm. 2, der darauf hinweist, daß gelegentlich jener Verhandlungen wahrscheinlich 11 Artikel gegen die Messe übergeben wurden.

[4]) *Vgl. Nr. 472, auch Röhrich, Reformation im Elsaß 2, 229 über Graf Philipp von Hanau.* — [5]) *s. noch Nr. 481, Anm. 6.* — [6]) *Die Franzosen in Straßburg s. Nr. 409, Anm. 11 und 13.* — [7]) *Simon Grynäus (Gryner), Freund Melanchthons von der Pforzheimer Schule her, Lehrer des Griechischen in Heidelberg, hatte erst kürzlich, am 7. Januar 1526, brieflich Oecolampad seine annähernde Zustimmung zur Abendmahlslehre der Schweizer und Ablehnung derjenigen von Brenz mitgeteilt. Die Stelle bei Streuber, Simonis Grynaei epistolae p. 33.* — [8]) *Das Syngramma Suevicum vom 21. Oktober 1525 war von vierzehn Theologen unterzeichnet.* — [9]) *In der Abendmahlslehre. Über Zell s. Nr. 304, Anm. 6.*

470.

Zwingli an Krautwald[1], *Schwenckfeld*[2] *und die Brüder in Schlesien.*

Zürich, 17. April 1526.

Graciam et pacem a domino.

Dici nequit, charissimi fratres, quantum hilaritatis ac solide leticie secum attulerit Matheus Winclerus[3] ille noster, imo vester — Christi enim cum sit, omnium est, qui eiusdem sunt — qum vestram in deum per Ihesum Christum fidem annunciaret. Gracias ergo agimus deo, rerum omnium moderatori, qui nos iam profunda fide

Autograph nicht nachweisbar.
Fulda, Ständische Landesbibliothek: Msc. B. 24. Gleichzeitige Kopie.
Ungedruckt.

[1]) *Valentin Krautwald, Lektor am Dome zu Liegnitz, intimster Freund von Kaspar Schwenckfeld, mit dem er seit 1523 in Liegnitz die Reformation einführte. Er half Schwenckfeld 1525 seine Abendmahlslehre begründen, für die er in Schlesien lebhafte Propaganda machte, er ist „der Theologe" unter den Schwenckfeldianern, „Schwenckfelds Melanchthon". Geboren 1490 in Neiße, erhielt er von Bischof Joh. Thurzo die Mittel zu höheren Studien in Krakau, kehrte als Dr. in die Heimat zurück, erhielt von seinem bischöflichen Gönner ein Kanonikat in Neiße und wurde Notar in der bischöflichen Kanzlei in Breslau. Als solcher beteiligte er sich an den Anfängen der Breslauer Reformation; 1523 wurde er von Herzog Friedrich von Liegnitz als Kanonikus und Lektor der Theologie an die Stiftskirche in Liegnitz berufen. 1526 schickte er an Luther seine Schrift: collatio et consensus verborum coenae dominicae etc., die Luther ablehnte. Als Schwenckfeld 1529 Schlesien verließ, blieb er zurück; Parteiführer ist er nicht geworden, seine Verborgenheit als Domherr schützte ihn. Von seinen Schriften ist die bedeutsamste „Der neue Mensch" (1543). 1545 starb er in Liegnitz. Vgl. Schimmelpfennig in A. D. B. IV 570f. Vgl. ferner die Literatur zu Schwenckfeld, besonders Ecke S. 73, Anm. 9 und Eberlein im Korrespondenzblatt des Vereins für Geschichte der evangelischen Kirche Schlesiens Bd. 7, S. 1ff., Bd. 8, S. 268ff.* — [2]) *Kaspar Schwenckfeld, geboren 1489 aus altem Adel auf dem Gute Ossig im Herzogtum Liegnitz, durch Luther evangelisch angeregt, mit Krautwald Hauptförderer der Reformation in Liegnitz, trat seit 1525 mit einer*

locupletavit. Cum enim stulta ista, ne dicam execrabili de Christi corporea carne in eucharistie pane edenda opinione exuti ac liberati estis, iam satis experimenti nobis dedistis, quanta sit fides vestra; deum enim testem invocamus, quotquot Tiguri in hac re veritatem experimur, duce fide in hanc lucem manuductos esse, liceat enim in hoc argumento quamvis verecunde ac cum timore dominum gloriari; quanto enim vehemencior ac firmior est fides, tanto magis perspicue cernit carnem, quemadmodum dicta est nihil prodesse *[Joh. 6. 63]*, ita nullatenus in cenam illatam esse: „Qui enim venit ad me, ait ipse Christus *[Joh. 6. 35]*, non esuriet, et qui credit in me, non siciet in eternum". Si ergo religionis summam atque salutis in eo sitam esse confiteamur, quod Christo fidendum sit, iam nimirum aliam salutem, iam in ista salute nihil esuriemus aut siciemus; quo ergo magna ista nomina carnem perpetuo fidelibus adponunt, quam non esuriunt? iam enim dudum, si fideles sunt, ederunt, sed eo modo, quo prodest, eo vero, quo nihil prodest, adpetunt; qui enim fidit Christo, nihil siciet amplius. Audio, fratres charissimi, dilectionem vestram nonnihil offendi isto sermone: Hic panis significat corpus meum, id quod aliis quoque paulo delicacioribus usu venit dicentibus: hanc vocem „significat" indignam esse Zwinglio, nedum tante rei sacramento; vos autem, optimi fratres, nolite isto sermone offendi; trivialis est ac de vulgo sumptus, sed ideo assumptus est tam ab Honnio[4] quam a nobis, ut

12 quod] quid.

eigentümlichen Abendmahlslehre hervor und wich auch sonst von Luthers Lehre ab. Dieser nennt ihn schon anfangs 1526 neben Karlstadt und Zwingli „den dritten Kopf der verderblichen sakramentliererischen Sekte" und trieb ihn dadurch den Schweizern zu; Oecolampad und Zwingli gaben 1527/1528 Schriften von ihm in den Druck, und auch sonst knüpften sich Beziehungen zwischen den Schlesiern und der Schweiz (vgl. Bibliander als Lehrer in Liegnitz bei Egli: Analecta 2, 9ff.). Der vorliegende Brief wirft neues Licht auf die Anfänge derselben. Wegen des Verdachts, ein Freund der Täufer zu sein, wurde Schwenckfeld in Liegnitz unmöglich; er zog freiwillig in die Fremde 1529, zunächst nach Straßburg, seit 1535 nach Schwaben, wo er in Ulm 1561 starb. Wegen christologischer und anderer Lehren fand er viel Anhang, aber auch Widerspruch, so durch Vadian, und schroffe Zurückweisung durch Luther. Vgl. Näheres bei Grützmacher in P. R. E. 3. Aufl., Bd. XVIII (1906), S. 72—81, wo die Literatur. K. Ecke: Schwenckfeld, Luther und die Gedanken einer apostolischen Reformation (1911). — [3]) In Nr. 607, Anm. 4 erinnert Oecolampad ein Jahr später an den Mann und seinen Besuch, nennt ihn aber Matthias Wicklerus (wohl richtig; der vorliegende Brief ist Kopie). Er bezeichnet ihn als einen Schlesier. Vgl. auch Nr. 466, Anm. 4.

[4]) Cornelius Honius (Hoen), der niederländische Erasmianer, der im Anschluß an Wessel eine Schrift über das Abendmahl schrieb und durch sie von Einfluß auf Zwingli wurde. Sie erschien (ohne den Namen des Verfassers) bei Froschauer in

omnibus esset expositissimus. Si enim dicam: hic panis representat corpus meum, sunt qui ad ἔτυμον recurrentes ex representacione presenciam corporis faciant; si vero dicam: hic panis est figura corporis mei, sunt qui nescio quid ex figura faciant; eque si dicam: panis simbolum est corporis; at omnia ista vitat significandi verbum, non hoc de nobis tanquam autore depromptum, sed ab Honnio, viro ut mediocriter docto, ita inmodice pio. Attamen quocumque pacto explicemus sermonem, per me licet, modo panem non faciamus carnem, et vinum sanguinem non viciemus. De ea re scripsi planius ac uberius ad Billicanum ac Rhegium[5], cuius exemplum per Matheum ad vos mitto. Istud quandoque in eo libro non sufficienter tractavimus, tametsi attigerimus nonnihil, quod in his Christi verbis: hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur, ista, quod pro vobis traditur, certissima perspicuissimaque nota est, qua deprehenditur panem non esse corpus; nam si esset, panis pro nobis esset traditus atque ut contenciosos compescere facilius queamus huiusmodo συλλογισμοὺς ε[ὐχαριστίας?] compegimus: corpus Christi, quod pro nobis traditur; panis est corpus Christi; ergo panis pro nobis traditur; secundus: corpus Christi est, quod pro nobis frangitur; panis est corpus Christi; ergo panis pro nobis frangitur; tercius: corpus Christi est, quod pro nobis moritur; panis est corpus Christi; ergo panis pro nobis moritur. Que omnia absurditate sua ostendunt, quam non sit caro, quod panis est. Hoc veluti corollarium volui vobis carissimis fratribus communicare, quo acutis istis Chrisippis[6] expedicius occurrere, si res postulat, possitis, non quod vobis quicquam, quod ad absolutam tum erudicionem tum pietatem adtinet, desit, sed ut tam amica solicitudine videatis vobis viam sterni, qua vos vicissim de omnibus liberrime admonere liceat; solemus enim, Argentorati, Basilee et Tiguri qui sumus, epistolis amantissimis nos mutuo de omnibus admonere, que dominus suggerit, neque quisquam egre monitorem admittit. Narravit idem Matheus principem Lignensem[7] impense favere euangelio Christi et de eucharistia veritati; det illi dominus spiritum . . ., ut abundet magis

8 faciamus] faciemus — 16 συλλογισμους] *dann fehlt ein Wort, das mit* ε *begonnen zu haben scheint* — 25 non quod] non quid — 32 spiritum] *dann Lücke; vielleicht* suum?

Zürich, Sommer 1525. Vgl. Enders, Luthers Briefwechsel 3, Nr. 552 und O. Clemen P. R. E. VIII, S. 312 f.

[5]) *Vgl. Nr. 438, Anm. 4.* — [6]) *Chrysippos, griechischer Philosoph, geboren um 282 v. Chr., bekannt durch seine scharfe Dialektik; er gilt als der zweite Begründer der Stoa.* — [7]) *Friedrich II., Herzog von Liegnitz, gestorben 1547, beförderte seit 1524 offen die Reformation. Vgl. H. Ziegler, die Peter-Paul-Kirche in Liegnitz (1878), S. 37 ff.*

exemplumque reliquis fiat principibus, quorum bona pars adsentit quidem euangelio, si mutum fit, surdum ac mancum; confirmet illustrissimum principem ac vos omnes is, qui corpus atque mentem dedit. Oremus pro nobis mutuo, ut confirmet hoc ipsum deus, quod operatus est in vobis, atque ante omnia pro tam pio principe, veritati tam equo. Augescit vera de eucharistia sentencia in diem magis ac magis.

Valete, charissimi in domino fratres, et non modo fortiter, sed eciam prudenter pugnando usque in finem perseverate *[Matth. 24. 13]*. Vincet veritas.

Tyguri 17. die Aprilis MDxxvj.

Commendant vobis pium ac doctum iuvenem Matheum Winclerum iterum atque iterum fratres, qui apud nos sunt, quibus mire placuit hominis iuventus religiosa ac iucunda pietas.

Salutant vos Leo, Megander, Myconius, Ammianus, Collinus, Binderus, Oeconomus omnes, Pellecanus[8].

Huldrichus Zwinglius vester.

Dilectissimis piissimisque in Christo fratribus ac maioribus nostris Valentino Crotvaldo, ecclesie Lignicensis, et Caspari Schwenkefeld in Ossygo episcopis[9] reliquisque per Slesiam fratribus.

5 vobis] nobis — 8 usque] neque.

[8]) *Die Mitarbeiter Zwinglis in Zürich: Leo sc. Iudae; Kaspar Großmann (Megander) s. Brief vom 30. Mai 1529; Ammann Nr. 91, Anm. 1; Collin Nr. 150, Anm. 1; Binder Nr. 386, Anm. 12; Sebastian Hofmeister (Oeconomus), früher in Schaffhausen, jetzt in Zürich, Nr. 154, Anm. 1; Pellikan Nr. 427, Anm. 1.* — [9]) *Die Bezeichnung episcopi ist etwas frei: Krautwald war 1524 als Lektor an den Dom zu Liegnitz berufen worden; Schwenckfeld war Laie, im Dienst des Herzogs Rat und Kanonikus am Domstift, aber spätestens 1523 aus dem Hofdienst ausgetreten.*

471.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 19. April (1526).

Gratiam et pacem a Christo.

Dilecte frater! De disputatione[1] habenda nondum certior factus sum. Tu, si potes commode, significa, et consilium communica. Amici omnes dolos suspicantur et pietatis remoras, quas aliqua ex parte videre licet. Heri in bibliopoliis conspexi „Locos communes“ Eccii[2], in quibus determinat, non esse disputandum cum Luthero et Lutheranis, adductis in hoc ridiculis rationibus. Sanxerat autem eximius ille m*agister noster*[3] hęreticos comburendos. Ex hoc apparet, quo candore disputare nobiscum petiverit simplex homo, quos nondum victos ter hęreticos vocat.

Catabaptistas modo experimur. Nihil vidi praefractius. Hodie apud senatum congressi sumus cum idiota[1]. Nos contumeliosissime excepit, sed respondimus placide, sicut decet Christianos *[1. Petr. 3. 15. 16]*. Vir alioqui probus est, qui candide hactenus Christum professus est et fere alienus fuisse fertur a turbis agricolarum. Inter convitia frequentia asseverabat nos esse ipsissimos phariseos, qui foris initio sumpto probitatem et Christianismum ad externa ligaremus. Quod sic collegit, quia nihil docuissemus, nisi demoliri statuas, altaria, templa, eiicere monachos et monachas repugnantes ex cenobiis, abrogare missas et id genus, relictis conscientiis eorum lesis, eoque remetienda omnia et in alium vertenda ordinem prorsus sciret [!]. Item se audisse a nobis: qui satagit, ut missae abrogentur, is beatus erit etc.

Hic vidisses adversarios exhilaratos, exortum esse, qui missam defenderet. Mox respondimus de ratione doctrinę et Christianismi, quę suapte natura omnia contraria perderet, quod in Christum fiducia cum operum confidentia coherere nequeat. Ad singula annuit et comprobavit missas esse omnino antiquandas per magistratum. Ita illis tanta expectatio semel excidit. Adhuc est unus eius sententiae, qui modo confessus est errorem, et ingenue, quod res est, profitetur,

5 est *übergeschrieben* — 9 *vor* Quod *gestrichen* cum — 10 f. abrogare] *ursprünglich* abnegare — 20 *vor* illis *gestrichen* eis.

Zürich. Staatsarchiv: E. II. 339 p. 267. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 509.

[1]) *Vgl. auch folg. Nr., Anm. 5. Anderweitige Quellen scheinen zu fehlen; vgl. Gerbert, Geschichte der Straßburger Sektenbewegung S. 18 f.*

quem apud nos biduo formandum reservabimus; nam tales firmissimos esse oportet, ut adversariis importunis per omnia queant satisfacere.

Legimus epistolam tuam, qua Fabrinae respondes[2]. Hui! quam apposite, quam scite omnia. Duo nobis exempla sunt, quę per urbem inter amicos obambulant. Sed scribit Oecolampadius, senatum Basiliensium contendere, ut adeat provinciam disputandi[3] literis securitatis acceptis. Spero fore vos securos post tantam imposturae apertionem, tametsi videor certissime videre id esse, quod coniecturis tantum colligis, de instituta laniena bonorum. Dominus suis adsit pro glorię suae patrocinio. Adversarii vobis non committentur; nam de iudicibus prima questio erit, quos nolunt illi, nisi suae sortis.

Cęterum, mi Zuingli, Barbara de Salgans[4] misera hęc ipsa vos adit, profecto digna, cui patrocineris; nam audies quiddam sibi de proventibus monasterii competere. Advenit aliunde, sed inserta est in rationarium istarum, resignata sua conditione superiore. Fac sentiat charitatem tuam sibi non defuisse. De rebus Galliarum scripsit, opinor, Oecolampadius[5]. Hic agitur de reliquis missis antiquandis[6]. Det dominus, ut omnia ad gloriam suam.

Vale et fratres plurimum saluta ex nobis.

Argentinę 16. Maii anno 1526.

Eucharistię veritas hic vulgo intelligitur.

Vuolfgangus Fabritius Capito.

Huldericho Zvinglio, vigilantissimo episcopo Tigurinorum, fratri ac maiori suo charissimo.

9 *vor* colligis *gestrichen* colligendis — 12 Barbara de Salgans *übergeschrieben.*

---

[2]) *s. Nr. 474, Anm. 2.* — [3]) *Erst so spät also hatte Oecolampad Gewißheit erlangt über seine Teilnahme in Baden; vgl. Nr. 473, Anm. 1 und 4.* — [4]) *s. Nr. 458, Anm. 3, und frühere.* — [5]) *In den erhaltenen Briefen nicht.* — [6]) *s. oben und schon Nr. 469, Anm. 5.*

482.

Martin Bucer an Zwingli.

(Straßburg), 17. Mai (1526).

Gratia et pax, charissime Zuingli.

Donet tibi dominus praesentem agonem[1] certare feliciter, ut neque te ipsum ac alios frustra in periculum adducas, neque occasionem propugnandae gloriae Christi prętereas. Oramus certaminis eventum quam primum nobis scribas. Hanc viduam[2], de qua aliquoties tibi scripsimus, certe dignam tuo ac bonorum omnium patrocinio, qua est fide et crucis tolerantia, tibi diligentissime commendamus, quae ipsa tandem, persuasa bonorum consilio, vos petit caussam suam ipsa edoctura. Non quidem primum apud vos illa facta monacha est, sed illecta per vestram praesidem[3], cantus fortasse caussa, atque inducta tandem, ut suo coenobio renunciarit, constituta ipsi canonica portione, non primaria quidem, at tolerabili tamen; ac ideo tamen ad vestrum coenobium cępit pertinere, quare charitas non feret, ut extorris penitus habeatur. Neque debet illi fraudi esse, quod mature nupsit, quod certe praestitit fecisse, quam imitatam suas sodales diutius illegitimae libidini indulsisse. Sed nec mariti culpam decet praestare, quae illi placuit. Ergo sis huic, quod afflictis omnibus esse soles, quodque huius integritas et fides profecto meretur, atque effice, ut vel modiculam provisionem accipiat. Parvo vivere pridem didicit. Omnem caussam ab ipsa audies plenius. Capito idem etiam literis tecum agit[4], nequaquam acturus, nisi haec digna esset, cuius caussa nobis esse cordi debeat.

Nos tandem etiam catabaptistis incipit dominus probare nondum defunctis certamine cum papistis, ac simul hostilia expectantibus ab

4 *vor* certaminis *gestrichen* euentum.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 325. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 510f.

---

[1]) *Die Badener Disputation hatte am Tag vorher begonnen.* — [2]) *s. vorige Nr., Anm. 4, und frühere.* — [3]) *Katharina von Zimmern, Äbtissin von Zürich. Vgl. Nr. 458, Anm. 8.* — [4]) *s. vorige Nummer.*

iis, quos paulo ante fratres gloriabamur iunctiss*imos*. Heri coram senatu cum quodam catabaptista congressi sumus[5], qui ut vir bonus semper habitus est, ita acerrime nunc nostra condemnat nosque insectatur, volens baptismo suo semel abluere omnem rem publicam. Hunc pugnantibus cum reliquiis papae, quinque reliquis missis[6], dominus interiecit. Dominus in suam gloriam omnia dirigat, et vos servet a tantis et technis et insultib*us* hostium, ac scribe, quam primum licuerit, ut res vestrae habeant. Peranxii enim sumus. Mathe*i* Zellii nostri sententiam de eucharistia nuperis literis tibi scribi petebas. Puto Capitonem id fecisse[7]. Nobiscum conspirat, at coram plebe tantum usum docet, et se nolle diffinire, quomodo panis sit corpus; esse multos modos essendi affirmat, quod nobis satis est. Satis enim intelligitur, quid ipse sentiat, eoque adducta res est, spirituali manducatione inculcata, et carnis inutilitate evicta, ut signa signa nostri habeant. Ut nemo a iugo desiliret, oportuit nos hic et in aliis ire, quo per hunc ac alios potuimus, non quo semper voluimus. De qua re et Oecolampadius edoctus est. Sed utinam non maior esset ab alio quopiam, quam ab hoc, remora. Gratias tamen agimus domino. Adorationem fortiter omnes excludunt, carnem nihil prodesse *[Joh. 6. 63]*, et fidei manducationem solam salutarem diligenter praedicant; etiam verba Christi ita efferunt, ut re ipsa signum signum esse ac praeterea nihil satis declarent, teque ac Oecolampadium, praesertim Mathęus, in colloquiis diligenter defendunt, deplorantes Lutheranorum hac in re pertinaciam.

Optime vale et Christus reddat te in gloriam suam victorem et hac vice.

Salutant te nostri. Saluta nostris verbis vicissim symmystas tuos, nominatim vero Pelicanum, Leonem[8] ac reliquos.

17. Maii[9].

M*artinus* Bucerus, tuus ex animo.

Fortissimo Christi praedicatori Huldricho Zvinglio,
seniori suo observandiss*imo*.

2 catabaptista *übergeschrieben* — 12 esse *übergeschrieben über einem gestrichenen nicht mehr lesbaren (Anfangsbuchstaben s) Worte* — multos modos] *ursprünglich* multis modis — 14 evicta *übergeschrieben über gestrichenem* comprobata — 16 *vor* per *gestrichen* potu — 22 ff. teque . . . pertinaciam *am Rande nachgetragen.*

---

[5]) *s. Nr. 481, Anm. 1.* — [6]) *s. ebendort, Anm. 6.* — [7]) *Der Brief Zwinglis wegen Zell ist verloren. Capitos Brief Nr. 469, Anm. 9 hatte wohl Zwingli veranlaßt, um Näheres zu bitten.* — [8]) *sc. Iudae.* — [9]) *Jahrzahl fehlt, ist aber zweifellos 1526; vgl. namentlich die inhaltliche Berührung mit voriger Nummer.*

483.

(Johannes) Oecolampad an Zwingli.

(Baden), 18. Mai (1526).

S.

Bono animo et vos sitis fratres! Auxilium praestolabimur a domino. Is suos non derelinquet *[Ps. 37. 28]*.

In primo congressu[1] omnibus viribus urgebo, ut ad idoneum locum convenire possimus; spero autem et Scaphusam, si cetera constent secura, non displicituram. Ante prandium non vocabimur. In templo aiunt esse apparatum sellarum[2]. Berchtoldus[3] nondum venit, neque Hesso Abzellensis[4]. Adversarii autem multi. Deo laus. Legi epistolam ad Berchtoldum[5], et placuit. Nihil omittemus eorum, quae iubes, si disputandum. Sed ob unam causam vitabimus disputationem, si fieri potest, ne, si bene cederet, id nobis damnosum fiat, quod non adsitis[6]. Utinam esset aliqua via, qua huc adduci possetis, sed nullo modo velim vos periclitari!

Valete.

18. Maii[7].

Vester Oecolampadius.

Τῷ Ζουιγλίῳ [!] τῷ σοτάτῳ.

5 *vor* possimus *gestrichen* potero [?], *das dann in* possim *korrigiert wurde* — *vor* cetera *gestrichen* ubi [?]. — 8 *vor* neque *gestrichen ein nicht mehr leserliches Wort* — 9 ad *übergeschrieben* — 11 cederet] *ursprünglich* cesserat — *vor* damnosum *gestrichen* imputaretur — 12 fiat *korrigiert aus* foret.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 43. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 511.

[1]) *sc. der Badener Disputation.* — [2]) *Die Disputation fand in der Stadtkirche statt.* — [3]) *sc. Haller.* — [4]) *s. Nr. 472, Anm. 2.* — [5]) *Offenbar ein Brief Zwinglis mit Anweisungen für die Disputation. Er ist verloren.* — [6]) *sc. Zwingli und die Zürcher.* — [7]) *Jahrzahl fehlt. Sie ist fragelos 1526.*

484.

(Ludwig) Oechsli[1] *an Zwingli.*

Baden, (21. Mai 1526).

Salve Zwingli amantissime!

His literis te certiorem facio nos hodierna die rem feliciter incepisse[2] speroque deum virtutem verbi sui inter Philisteos daturum; quapropter, si fieri potest, advola. Pugnabimus strenue.

Nemo adest praeter Oecolampadium et Scaffusanos[3].

Raptim in thermis Baden.

Bovillus tuus.

Zwinglio suo.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 273. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 511.

---

[1]) *Ludwig Oechsli, von Schaffhausen, studierte 1519/20 in Krakau bei Rudolf Agricola, der ihn besonders als Musiker lobt (Vad. Br. 2, 244. 287. 307. 320), dann in Wittenberg, wo er zum 20. November 1520 als Ludowicus Pouillus de Schafhusen immatrikuliert ist, und von wo er begeistert über Luther schreibt (Vad. Br. 2, 308 f.). Er kehrte 1523 als Magister heim (a. a. O. 332) und wurde Schulmeister. In Baden erschien er im Auftrag des Rates und unterschrieb als erster der Schaffhauser die Thesen Oecolampads (Eidg. Abschiede IV 1a, S. 933). Später diente er der Stadt in öffentlichen Ämtern. Gegen die Täufer stritt er 1543 (Zürich, Staatsarchiv: E. II. 343 p. 291). Er starb 1569 (Leu).* — [2]) *Am 21. Mai; s. folg. Nr. und Eidg. Abschiede IV 1a, S. 927. Damit ist das fehlende Datum des Briefchens ergänzt.* — [3]) *s. folg. Nr., Nachschrift.*

485.

Jörg Ottli[1] *an Zwingli.*

(Baden), 21. Mai 1526.

Min grůtz unnd frid vonn got unnd Jesu Criste, aller liebster brůder.

Nechst din schriben getann[2] hann ich verstanden, din jungen[3] ettwaß kristenlicher liebe und fründschaff [!] in geheim zu erzeigen, des ich wilig vonn wegen des aller helligen wort gotes ꝛc. Ouch hast du mir geschriben, üch ettwas wüsen zu lasen; *ist* mir nüt müglich franckheit halber. Aber ietz die sach wol stat, got sy lob! Aber uff datum die dispidatz [!] angefangen vonn Ecken, also mit groser hoffart, unmaß zu sagen, ich wil schribens geschwigen. Aber der frum diener und brůder Kristy[4] im antwurt senfftmůtig nach art eines frumen Kristen *[1. Petr. 3. 15. 16]*; aber wie es verfangen hat, werden ir verstann inn ewers jungen brief[5], dem ich befulch alle ding zum kurtzisten ze begriffen. Ouch laß ich ewch

Der Schreiber gibt ü *vor* u *vor* n *und* m *wieder, doch schreibt er* S. 603, Zeile 6 jungling — 1 Jesu] Jesü — 5 *vor* du *gestrichen ein zweites* du — 6 üch] vch — 9 frum] früm — 10 *vor* Kristen *gestrichen* fr — 12 zum] züm — ewch, *auf* w *ein Punkt.* — *Das Umlautzeichen fehlt in:* 1 grůtz] grutz — 4, 6 zu — müglich] muglich — 8 zu — 11 befulch — 12 kurtzisten — S. 603, Zeile 2, 4, 7, 8, 9, 10, zu.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Aus einem Bande, S. 234 (?). Siegelabdruck erhalten.

Ungedruckt.

---

[1]) *Jörg Ottli ist nicht näher bekannt. So hieß der oberste Wachtmeister der Reformierten beim Treffen am Gubel 1531; Bullinger III 200 f.* — [2]) *Der Brief Zwinglis ist verloren.* — [3]) *Ein Jüngling, der heimlich Berichte von der Disputation aus Baden an Zwingli bestellen sollte. Als solcher wird genannt Hieronymus Wälschen aus Wallis, ein Student; „der ward bestelt, das er solt derglichen thůn, er badete, und alle ding, so vil im miglich, uffschriben, die argument Eckii"; Thomas Platter, Autobiogr. (ed. Fechter) S. 46. Platter und Hieronymus Zimmermann von Winterthur machten die Boten zwischen Baden und Zürich.* — [4]) *Oecolampad. „Am Montag den xxj tag Maij, nachdem und die göttlichen ämpter loblich vollbracht waren, so ist jederman, geistlich und weltlich, frömbd und heimsch, in der kilchen zů Baden*

wüſſen, das unſſere Eignoſſen verbotten habend, geſchrifflich [!] die diſpetatz [!] zu verfaſſen, anderſt, denn den befelhenden[6]; darum wir red und widerred nüt künden begriffen[7]. Harum verſtan ich in ewerm brieff, diſenn jungen darum das gröſt teil herabgefertiget haben, diſe diſpedatz [!] zu verzeichnen, das aber nüt, wie obſtot. Harum iſt ewer meinung diſenn jungling witter ander ding zů laſſen loſſen[8] oder ewer meinung alſo ſtand, hie zu verharenn biß zu end, oder ſo lang ewers gefalens iſt, mir das zu verſchriben, wes ich mich halten; dann ich mich wil fliſen, min beſts zu thůn nach ewerm ſchriben, das nit geſpart werden ſol, des ir üch frölich zu mir verſehen ſolend.

Geben Mentag nechſt nach Pfingſten im 26.

Jörg Ottly,
ewer aller diener.

Dem Zwingly.

1 wüssen] wussen — 2 darum] darüm — 3 *vor* künden *gestrichen* kunden — *vor* disenn *gestrichen* disem — 4 jungen] jüngen — gröst] grost — 6 ding *übergeschrieben* — meinung] meinüng — 7 gefalens *am Rande vor gestrichenem* gefans — 8 *vor* dann ich *gestrichen ein zweites* dann ich — 9 üch] vch — 10 frölich] frolich — 12 Jörg] Jorg.

---

versamlet . . . da sind doctor Johann von Egk und gegen im doctor Johann Husschin, pfarrer und predicant zů Sant Martin zů Basel, ufgestanden und die Disputation angefangen"; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 927. — [5]) *Dieser Brief ist nicht erhalten.*

[6]) *Das Verbot des Aufschreibens s. Eidg. Abschiede IV 1a, S. 926, auch bei Platter S. 46.* — [7]) *in Schrift „begriffen", niederschreiben* — [8]) *hören zu lassen.*

486.

(Johannes) Oecolampad an Zwingli.

Baden, 22. Mai (1526).

S. in Christo. Mi frater!

Basileenses cives pro nobis solliciti iusserunt abstineremus a disputatione. Sed nuncius non venit in tempore. Heri[1] enim mane, ut audisti, cepimus, deo laus, non infeliciter. Quam aegre audiunt me loquentem! Consul et senator meus[2] strennue [!] egerunt, ceteris legatis denunciantes severiter, nisi mihi dent copiam loquendi in his, quę necessaria sunt, unde bona spes posthac maiorem ęquitatem nobis impartituros. Cęterum neque nos neque causa periclitabimur, domino suam gloriam, quam salvam cupimus, neutiquam deserturo.

Tu interim bono sis animo. Non potuimus sermonem commode ita flectere, ut in alium locum pertraheremus disputantes. Submittuntur nobis alii fratres a Basilea, suffraganeus et Franciscanus[3] cum suis comitibus, quorum adventum expectare cogimur; malluissem [!] enim continuatam, non ignorans, quid interim technarum pariant adversarii, quos dominum prostraturum spero.

Vale et, ut prosperetur negocium, ora.

22. Maii[4]. Baden.

Oecolampadius.

5 *vor* ceteris *gestrichen* et — 7 *vor* unde *gestrichen* et ubi — 14 *vor* continuatam *gestrichen* illi — continuatam] *sc.* disputationem.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 37. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 511f.

[1]) *Vgl. vorige Nummer, Anm. 4.* — [2]) *Adalbrecht Meyer, Bürgermeister, und Urban vom Brunnen; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 890.* — [3]) *Telamonius Limperger (vgl. Eidg. Abschiede IV 1a, S. 907), der aber nicht erschien (s. folg. Nr.) und Johannes Lüthart (Nr. 453, Anm. 1).* — [4]) *Jahrzahl fehlt. Sie ist sicher zu ergänzen.*

Salutant te fratres omnes.

Assunt et Scaphusani[5] mea sententia fideles.

Literas ad Rhetorum Curiam accepi; multum expedit id dolorum prȩsentire.

Zwinglio suo.

2 ff. Assunt . . . prȩsentire *am Rande nachgetragen.*

---

[5]) *Gesandte Schaffhausens waren Bürgermeister Hans Ziegler und Hans Jakob Murbach (Eidg. Abschiede IV 1a, S. 890). Die Schlußreden Oecolampads unterschrieben der Schulmeister Ludwig Oechsli, Heinrich Lingg und der Kaplan Konrad Werli (a. a. O. S. 933).*

487.

Jakob Salzmann[1] *an Zwingli.*

(Chur,) 22. Mai 1526.

Min früntlicher und lieber brůder Ůli.

Grad zů diſer ſtund bin ich ainer ſach innen worden, die ich main lieb ſin dir zů wiſſen. Als Faber im lettſten bůchlin von dir verantwurt[2] tröwt[3], uff ainen ze bringen, jung und och glert in ſpraachen ꝛc., iſt ain jüngling von Emps bürtig im Schwäbälbad[4]; hatt ainen brůder, iſt ietz camerer im capitel an unſer ſiten ſ' Rhins, in Roſchacher capitel, meiſter Wilhelm, pfarher zů Montigäl oder Oberriet, ain fyend der warhait und wirt deſſ füchſlins, von Appenzell vertriben[5]. Hatt inn, diſen ſin

Das Umlautzeichen auf u *fehlt öfter:* 1 früntlicher] fruntlicher — 5 jüngling] jungling — bürtig] burtig — brůder] brüder.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Siegelabdruck erhalten: *Ursprünglich einem Bande angehörig, S. 444.*

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 505f. in lateinischer und deutscher Übersetzung, ohne den deutschen Wortlaut.

Auszug bei A. Porta I 48 unten und 144f., Note i.

---

[1]) *s. Nr. 28, Anm. 1.* — [2]) *s. Nr. 475, Anm. 2. Faber hatte Zwingli vorgeworfen, daß er sich „freund und gsellen gemachet habe" und deren Gelehrsamkeit herausstreiche, worauf er (Faber) sich erbot, zu beweisen, daß „derselbigen und deine bücher und leeren sich kainswegs vergleichen, sonder wie des Satanä reichs brauch ist, zerspalten". Zwingli replizierte, er werde Faber einen 14, 18 und 25jährigen „knaben" entgegenstellen, der mehr griechisch, hebräisch und lateinisch könne als Faber; vgl. Sch. u. Sch. II 2, S. 432 und 445.* — [3]) *droht* — [4]) *Ems bei Chur.* — [5]) *Diebolt (Theobald) Huter, gebürtig vom „Montikel am Oberriet" im St. Gallischen Rheintal (Vadian, Deutsche historische Schriften 2, 401, Keßler, Sabbata² 357), wurde Pfarrer des Fleckens Appenzell, wo er mit Erfolg den alten Glauben zu erhalten wußte, wie hernach auch seine Mitbürger im Rheintal daran fest hielten „uß underrichtung irs pfarrers Th[eobald] H[uter], papistischen globens treffenlichen handthabers" (Keßler a. a. O.). „Ein geschwinder, listiger Mann" widerstand er den evangelischen Prä-*

brůder Jacob, zu Lips und Wirtenberg [!] verlegt in studio[6], tdreffenlich vermässen, wolgschwätzt, verachtlich, liederlich, růmsär[7], scortator et potator und ain groser fyend und schmächär der Schwitzeren, als von im sagend die, so by im zů Wirtenberg sind gsin, und ich noch bas erfaren wil. Diser Jacob ist kumen, ietz in der vasten vergangen ain jar gsin, von sinem brůder getrungen, das er sich liese wichen[8]. Und in examine kam er so zů grosen eren mitt sim gschwätz; wann er dorfft tdrucken herus Lutherum schelten und Philippum[9], sin preceptorem Philippum [!], och kuschgen[10], von denen er um sines liederlichen wäsen und verhowen muls[11] halb villicht nit als hoch harfürgezogen ward und ghalten, als er sich sälbs hielt. Also ungefar was apt von Luci[12] och

1 *Der Schreiber wollte zuerst hinter* Wirtenberg „Tübingen" *schreiben, strich dann aber die ersten (drei) Buchstaben gleich wieder.* — 10 harfürgezogen] harfurgezogen — 11 sälbs] salbs.

---

dikanten an der Kanzel „mit allerlei seltsamen Praktiken und Anschlägen" (Klarer, Appenzeller Reformationsgeschichte S. 812), weshalb ihn Zwingli in seinem „Hirt" (Bd. III, S. 11, Anm. 14) „das päpstlisch Füchsli" nannte (Salzmann hat den Ausdruck „füchslin" daher entlehnt). Huter nahm noch an der Badener Disputation teil; dann entwich er vorübergehend aus Appenzell (auch laut Klarer S. 817) und fand Unterkunft beim Pfarrer seiner Heimatgemeinde, M. Wilhelm Jonas. Nachher ist er wieder in Appenzell, von wo aus er an der Berner Disputation teilnahm. Zuletzt muß er Nachfolger des Jonas in Montikel geworden sein (s. oben). — [6]) *Jakob Jonas (s. Anm. 14) ist am 26. Februar 1526 als Iacobus Iana ex Feldkirch in Tübingen immatrikuliert, in den acta senatus wird er Jonas genannt. Vgl. H. Hermelink: Die Matrikeln der Universität Tübingen (1906), S. 254. Er stammte aus Götzis im Feldkircher Amt (Zimmerische Chronik II 557) und wird auch Jonas von Buech genannt. Das Geburtsjahr ist unbekannt, seine Eltern waren Leonhard Jonas und Clara Bienzerin. 1522 zum 23. April war er in Leipzig als Iacobus Ian de Feldtkirchen immatrikuliert (Gg. Erler: Matrikel der Univ. Leipzig s. a. 1522), 1523 am 15. Mai in Wittenberg als Iacobus Iaen de Veltkirchen Curien. dioc. (Förstemann: Alb. ac. Witteberg. S. 118). In Tübingen erhielt er am 1. Mai 1526 Lehrauftrag für das Hebräische, bald auch für das Griechische. 1532 verließ er Tübingen und kam wahrscheinlich an das Kammergericht zu Speyer, als dessen Beisitzer er 1538 erscheint; 1541 wurde er nebst seinem Bruder Benedikt geadelt und Kanzler von Kur-Mainz. 1544 stieg er zum Vizekanzler Ferdinands von Österreich empor. Er starb am 28. Dezember 1558 und liegt in Ingolstadt begraben, ein eifriger Katholik und scharfer Gegner der württemb. Herzöge Ulrich und Christoph. Vgl. Christian Friedr. Schnurrer: Biographische und literarische Nachrichten von ehemaligen Lehrern der hebräischen Literatur in Tübingen (1792), S. 71 ff. W. Heyd: Bibliographie der württemb. Geschichte II (1896), S. 450. Vgl. auch die Register zur Vadianschen Briefsammlung und zum Briefwechsel Bullingers mit den Graubündnern, herausgegeben von Schieß. Bullinger a. a. O. II 123 nennt Jonas magnum hostem dei et sanctorum. Joh. Fabricius berichtet, Jonas habe kurz vor seinem Tode Reue empfunden (ib. 125). —* [7]) *Prahler —* [8]) *weihen —* [9]) *sc. Melanchthon. —* [10]) *= chüschelen (Id. III 532) raunen, wispern über jemand? —* [11]) *Schimpf-, Lästermauls —* [12]) *Theodor Schlegel, s. Nr. 374, Anm. 3 und Nr. 463, Anm. 6.*

in examine. Er gab ſich inn zů ainem ſchůlmaiſter anzenemen und mit der zit ain procurator consistorij uff im ze machen. Das nam Jacob an, fieng an grece und hebraice läſen; ſtond im warlich nitt als übel an, als wir uns daruff verſtůndend. Doch ward er glich můd. Ich und Comander[13] hörtend inn nitt. Ich kant inn Protheum und nugigerulum. Er iſt ain ſchwatzman, und wie er was, als hielt er ſich, vita et doctrina impijssime, das im der apt ſelbſt zůletſt urlob gab, bis erſt kurtzlich hatt er die lectur zů Tübingen überkummen und iſt mit ainer langen epiſtel geraitzt und erbetten worden per Christum et nomen eius, das er gon Baden kumme, helfen eer inlegen wider die kätzer ꝛc.[14]. Diſe epiſtel iſt dem apt Sant Luci geſchickt und gläſen worden von Joanne Brüſtly[15], der es mir gſagt hat uff ietz, und wirt er deſſ aptz ſchůlmeiſter, als ich main, und ſo wil er lůgen[16], ob im das und anders abzeſchriben wärd. Er ſagt mir och, wie Faber den apt tdräffenlich gerömpt hab und geſterckt, das er amiger [!][17] ſo dapffer widerſtand thůge der nüwen kätzery. Ich wil faſt huslich[18] ſin, ob ich etwas erſchnappte. Ich ſchick dir hie ain brieffly; hatt diſer Jacob Jonas, aineſt min ſchůler hie z' Chur, mir zůgeſchriben[19], vergangne vaſten ain jar, uff ſiner herbärg, da er vernam, wie ich nitt me ſchůlmaiſter was der ſtifft. Als mich důcht, iſt er kum über die rudimenta in linguis, aber überus expedite lingue, in literis et rebus sacris nitt ains hallers wärtd. So er der man worden iſt, wil ich witer nachifragen. Ich glob, er wärd eer zů Baden inleggen wie Christizanus [!] Berre zů Ilantz[20].

Hůt acht tag uff ainem capitel hatt Caſtelmur[21] in Thomleſchg zů Katz[22] geprediget ſo unghür und ſchantlich, wann es iſt uffgſchriben, das er ins räcbt iſt kummen mitt gantzem Thuomläſchg [!]. Den erſten tag iſt er nitt erſchinen. Uff Fritag wirdt der ander tag, wirt wunder ainen hüpſchen handel uſſ geben für Utz Eggſtain in d' „Schelmenzunfft“[23].

3 übel] ubel — 4 verstůndend] verstundend *(Punkt auf* u*)* — 5 hörtend] hortend — 8 überkummen] uberkummen — 10 *vor* kätzer *gestrichen* ge — 11 gläsen] glasen — 15 thůge] thüge — 16 nüwen] nuwen — 20 über] uber — überus] uberus — 24 uff *korrigiert aus einem mit* l *beginnenden Worte.* — 28 hüpschen] hupschen — für] fur.

---

[13]) *s. Nr. 374, Anm. 1.* — [14]) *An der Disputation nahm teil: Iacobus Ionas, hebreus; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 931.* — [15]) *Nicht nachweisbar.* — [16]) *schauen* — [17]) *(als) einziger, allein* — [18]) *fleißig* — [19]) *Der Brief ist nicht erhalten. Salzmann war von zirka 1518 bis mindestens Ende 1521 Lehrer im Kloster S. Luci zu Chur. Vgl. Zwingliana I 168.* — [20]) *s. Nr. 478, Anm. 7.* — [21]) *s. Nr. 463, Anm. 5.* — [22]) *Catzis im Domleschg am Hinterrhein, unweit Thusis* — [23]) *Uz Eckstein, Verfasser polemischer, versifizierter Flugschriften nach der Art Manuels, im Interesse der Zürcher Reformation, namentlich um die Zeit der Badener Disputation. Die Schriften und das wenige Biographische behandelt S. Vögelin im Jahrbuch für Schweizerische*

Min allerliebſter Huldrich, laſſ diſen botten nitt leer kummen, das wir doch etwaſſ gwiſſes von Baden innen wärdend. Diſer bott ſolt vor achtag dir den brief och geben han; do ward er in der ſtund kranck, als er hinweeg ſolt. Jetzimal nitt me dann: gott ſige in allem mit üch allen. Grůtz mir alle brůdär.

In il uff Zinſtag morgen in pfingſtfirtagen.

Blaſi zů Melans[!][24] predigt als vaſt als vor ie; wann uff dem rächten iſt nieman wider inn erſchinen. Es ſtaat noch wol.

Gott der helff ſinem wort, Amen.

anno *1526*[25].

Din gantz ergäbnär
Jack[!] Saltzman.

An maiſter Ůlrichen Zwingly zů Zürich.

5 Grůtz] Grutz — brůdär] brudär *(Punkt auf* u*)* — 8 rächten] rachten — 11 ergäbnär] ergabnär — 13 Zürich] Zurich.

Geschichte VII; einiges Ergänzende bei Egli: Analecta ref. 1, 132. Vögelin erwähnt S. 231 auch obige Stelle aus Salzmanns Brief, aber nach ganz mißverstandener Lesart („von U. E. und einer Gesellschaft von Komödiantendichtern wird ein wunderschönes Schauspiel, argumentum, herauskommen"). Es ist vielmehr gemeint, der Rechtshandel im Domleschg mit Castelmur werde ein hübsches Thema für Ecksteins „Schelmenzunft" abgeben (womit vielleicht der Titel eines von diesem in Aussicht genommenen Gedichtes gemeint ist? Oder auch die Figuren, wie sie sich bei Eckstein finden).

[24]) *Vgl. Nr. 463, Anm. 2 und Nr. 478.* — [25]) anno *1526 scheint nicht sicher vom Schreiber des Briefes. Das Jahr ist nicht fraglich, wegen Erwähnung der Badener Disputation.*

488.

(Johannes) Oecolampad an Zwingli.

(Baden), 23. Mai (1526).

Gratia Christi tecum. Mi frater!

Nunc non tam nostro quam tuo nomine solliciti sumus. Quia enim Bernates sciverunt legem illam, ut intelliges, et te traduxerunt, quod hic comparere nolueris in tanto conducto [!], visum est mihi et bonis quibusdam fratribus, si quidem citra periculum fieri possit, ne abesses disputationi. Non timemus causę. Etiam adversariis nostris impudentia Eccii onerosa est. Berchtoldus[1] expectatur. Suffraganeus non veniet[2]. Adest Bovillus[3] et Piscatorius[4] cum alio quodam, viri egregii. Timemus, ne civitas vestra intestino bello laborare incipiat. Quid si literę securitatis[5] pro hac vice cassarent con-

5 *vor* citra *gestrichen* fieri possi

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 163. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 512.

---

[1]) *sc. Haller.* — [2]) *s. Nr. 486, Anm. 3. Limpergers Krankheit hatte sich verschlimmert; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 908 (23[3]). Basler Chroniken 1, 407.* — [3]) *Oechsli von Schaffhausen, s. Brief vom 21. Mai (Nr. 484, Anm. 1). Dort und in Oecolampads Brief vom 22. (Nr. 486, Anm. 5) werden erst die Schaffhauser als anwesend genannt. Oecolampad wird daher auch hier diese im Auge haben, d. h. Piscator zu den Schaffhausern zählen (vgl. Anm. 4) und unter dem „alius quidam" Heinrich Lingg (Linggi) oder Konrad Werli (Wernlin) verstehen, die als Schaffhauser Abgeordnete in den Eidg. Abschieden IV 1a, S. 933 erwähnt sind.* — [4]) *Johannes Piscatorius, Fischer, von Stein am Rhein, Dominikaner in Ulm, wo er früh austrat. Er stand 1526 mit Urban Rhegius im Verkehr, wurde 1529 Pfarrer in Mammern im Thurgau unweit Stein und wirkte seit 1532 bis um 1550 an mehreren süddeutschen Orten. Von ihm stammt eine Epitome omnium operum Augustini, Augsburg 1537. Biographie von F. Keidel, Blätter für württembergische Kirchengeschichte 6 (1902), S. 143—178. Übrigens erschien Piscatorius privatim auf der Disputation, nicht in amtlichem Auftrag.* — [5]) *Den Geleitbrief für Zwingli s. Eidg. Abschiede IV 1a, S. 894 f.*

iurationes quinque pagorum et Bernatium usque sub finem disputationis et reditus ad propria, inserta particula ista literis: „non obstantibus quibusvis coniurationibus et condonatis iniuriis omnibus“; afferresque tecum comitatum l. virorum a lateribus; insuper et propria edulia tecum afferres. Non video enim, quod possimus vel scriptis vel alia ratione τῶν ἀντιπάλων ora obstruere. Quod si fieri non potest, haud video, quonam pacto unquam similis se offerat opportunitas. Si periclitaberis, periclitabimur omnes tecum. Sed tu fortasse plura nosti, quam norim ipse. Vide, quid sit in gloriam euangelii Christi, cui vita, quantulacunque nobis superest, dedicata esto.

Vale.

23. Maii.

Oecolampadius.

*U*lrico Zwinglio, fratri suo charissimo.

2 et reditus ad propria *übergeschrieben* — 5 possimus] *ursprünglich* possim — 14 *U*lrico] *U Ergänzung, da der Buchstabe durch Einheften in einen Band überklebt wurde.*

489.

Konrad Luchsinger[1] an Zwingli.

(Stein am Rhein, 23ff. Mai 1526).

Diſe gſchrifft (min meiſter Ůlrich) iſt mir komen uff Pfingſtmitwoch *[23. Mai]*, und weiß nit, wohar ſy kommen iſt, noch von wemm, und *ist* ſo gar übel gſchriben, daß ich's han můſſen abmalen; doch weiß ich wol, ir werdend 's wol verſtan die meinung.

Ouch die gſchrifft, darab ich's hab můſſen ſchriben, glich ſchnell widrumb můſſen geben in einer ſtund.

Ouch hieby verſtanden, das der predicant zů Coſtentz dodtkrank ſig (mit namen her Bartlome[2]), und vermeint man, im ſy etwas z'freſſen gen in kurtzen tagen[3], verſtand mich wol ꝛc.

Kůnrat Luchſinger.

5, 7 Ouch: u *mit Böglein* — 9 *vor* verstand *gestrichen* ꝛc.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Aus einem Bande, S. 577, 578. Siegelspur. Vorausgehen $2^1/_8$ Seiten lateinische Notizen über alttestamentliche Könige, sowie die Schlußreden Ecks an der Badener Disputation (gedruckt Eidg. Abschiede IV 1a, S. 927 oben), alles schnell von Luchsinger geschrieben.

Ungedruckt.

[1]) *Seit Sommer 1525 zürcherischer Amtmann des Klosters zu Stein am Rhein. Er war befreundet mit Zwingli. Über ihn s. Nr. 395, Anm 1.* — [2]) *Bartholomäus Mätzler, von Wasserburg, Helfer und Prädikant zu St. Stephan, war mit Jakob Windner und Johannes Wanner einer der ersten evangelischen Prediger von Konstanz. Der Rat schützte ihn gegen den Bischof und seinen Anhang. Am 17. Januar 1526 hatten Pfarrer und Kapitel von St. Stephan dem Bürgermeister vertraglich zusagen müssen, daß Mätzler vom päpstlichen Gottesdienst frei sein solle. Das von Luchsinger erwähnte Gerücht von einer Erkrankung Mätzlers, angeblich infolge von Gift, bezieht sich nicht etwa auf Baden, sondern auf Konstanz; die Prädikanten der Stadt waren nicht nach Baden geladen; vgl. Nr. 477, Anm. 4.* — [3]) *kurz vorher zu essen gegeben worden.*

490.

Johannes Döring[1] *an Zwingli.*

St. Gallen, 24. Mai (1526?).

Doringus Zuinglio suo gratiam, misericordiam, pacem a deo patre et domino Iesu Christo, domino nostro[2] *[2. Tim. 1. 2].*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 274. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 201 (zum Jahr 1522 eingereiht).

---

[1]) *Johannes Döring steht in der Basler Matrikel zum Winter 1512/13 als Johannes Thuringus de Cella Abbatis eingetragen. Als seine Lehrer rühmt er Salandronius und Nesen. Als Pfarrer von Herisau tritt er seit 1518 in fleißigen Briefwechsel mit Vadian; es sind bis Anfang 1523 einundzwanzig seiner Briefe erhalten (Vadians Briefsammlung). Sie zeigen ihn als sehr regsamen Anhänger der neuen Richtung, der Erasmus zum Vorbild nimmt, Luther verehrt, das Neue Testament und die Kirchenväter studiert, auch zu eignen Schriften einen Anlauf nimmt. Aber im Jahre 1521 wird er wegen Verschuldung einige Zeit im Amt suspendiert und im folgenden wegen Heirat in harte Gefangenschaft gelegt. Ende Januar 1523 schreibt er aus Hemberg im Toggenburg, das er seine Heimat nennt; er gedenkt dabei seiner Frau und des neugebornen Söhnleins. Als Pfarrer der Gemeinde tat er sich durch seinen evangelischen Eifer hervor. Offenbar verbittert durch jene Gefangenschaft, fuhr er heftig über den Bischof und das ganze alte Kirchenwesen los. Gegen Ende 1524 klagte der Abt über ihn und andere Prediger im Toggenburg beim Landrat (s. Brief vom 9. Dezember 1524, Nr. 354, Anm. 7)). Eine besonders derbe Äußerung über die Marienkapelle und den Ablaß von Einsiedeln anfangs 1526 veranlaßte den Landrat, die Gemeinde zur Entlassung Dörings aufzufordern; aber diese hing fest an ihm und trotzte. Da klagte Schwyz als Schirmherr im Toggenburg an der eidgenössischen Tagsatzung, und es ließ sich an, als werde es mit der Tat einschreiten. Dann mischte sich, im Zusammenhang mit weiteren Zielen, der Abt von St. Gallen als Landesherr im Toggenburg ein. Es kam zu einem Rechtstag in Schwyz Ende des Jahres, und infolge desselben mußte der Landrat im Toggenburg die lautesten Schreier unter den Prädikanten des Landes verweisen, unter ihnen auch Döring (Wegelin, Geschichte des Toggenburg 2, 25 ff.). Weiter erfährt man nur noch, Döring sei in seiner Heimat gestorben. —* [2]) *Alle Briefe Dörings an Vadian von 1519 bis Anfang 1523 (s. oben) beginnen nach klassischem Stil mit dem Gruß: Doringus Vadiano S. D. oder ähnlich. Die religiöse Formel weist den Brief in spätere Zeit, aus der aber andere Schreiben Dörings nicht vorliegen.*

Nostin Aten illam Homericam[3]? Quam tuae mihi literae[4] afferebant laeticiam, hanc una frater[5] sua interturbavit importunitate. Eius te rei certiorem faciet Franciscus tuus[6]. Equidem iam exul[7] omnem illum tragoediam ad verbum docui. De Luthero[8] hoc habe, quid sentiam, nempe quod Epimenides de Cretensibus[9], ut qui nugatur tantum; in rem piam iniquis oculis penetrat, Homero scilicet coecior. Ut maxime coecuciat Lutherus, deus non item. Certe apud Homerum[10] etiam ἔχει Θεὸς ἔχθιχον ὄμμα.

Gratia sit tecum!

Nono Calendas Iunii, in oppido Gallensi[11].

Ioannes Doringus, ex animo frater.

Huldricho Zuinglio, in euangelio Iesu Christi strenuo cooperario, tanquam fratri.

---

[3]) *Ate, die Unheilsgöttin, die den Geist verblendet und so zu unseligen, törichten Handlungen treibt.* — [4]) *Der Brief Zwinglis ist verloren.* — [5]) *Der gleich nachher genannte Franciscus?* — [6]) *Zwinglis Freund Franz Zink von Einsiedeln? Ist dabei vielleicht an die Schmähung zu denken, welche Döring anfangs 1526 über Einsiedeln ausgestoßen (Anm. 1)?* — [7]) *Döring schreibt am 24. Mai als Vertriebener aus St. Gallen. Die Vertreibung ist erst für Ende 1526 bezeugt; doch ist denkbar, daß Döring schon im Anfang des Jahres wegen der drohenden Haltung von Schwyz einmal die Gemeinde verließ. Der 24. Mai wäre also der des Jahres 1527, allenfalls schon 1526, zu welchem Jahr wir das Briefchen einreihen.* — [8]) *Döring urteilte 1522 weit günstiger über Luther als hier (Vadians Briefsammlung 2, 429f.). Hatten die Abendmahlshändel Zwingli veranlaßt, Döring wegen seiner Meinung über Luther zu fragen? In diesem Falle möchte Frühjahr 1527 am nächsten liegen.* — [9]) *Vgl. Ep. ad Tit. 1, 12:* Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. — [10]) *Batrachomyomachie 97.* — [11]) *Jahrzahl fehlt. Die frühere Ausgabe reihte den Brief zum Jahr 1522 ein, während die Indizien auf spätere Zeit weisen (Anm. 2, 6, 7, 8). Sicherheit ist freilich nicht zu gewinnen. Man beachte, daß vom folgenden Tag, 25. Mai 1526, ein Brief Vadians, ebenfalls aus St. Gallen, vorliegt; beide Briefe könnten mit derselben Post gegangen sein.*

491.

Joachim Vadian an Zwingli.

St. Gallen, 25. Mai 1526.

Salve, vir doctissime.

Dictu mirum, quam nunc adversarii illi tui sese efferant frivole, quam plaudant pueriliter et quam strenue encomium victoriae praevortant[1]. O immortalem deum nostrum! unum horreo, ne magnum malum daturus sit fucus iste, non sane tibi tuisve, sed his, qui per imperitiam et inscitiam nihil non admirantur. Hoc die ad nos allatus est libellus quidam, qui dogmata tua, undique excerpta pro libidine, Eccii responsionibus praeponit et veluti dialogi fabellam texit[2]; eum te dudum accepisse ab fautoribus tuis puto. Quid illi respondeas, cum satis sese ipsum Eccius prodat tremulo calamo, vili depulsione et longe maxime prostituta conscientia? Sed de Eccio et suis piget scribere. Solius Oecolampadii me miseret, cuius sincerissimae aures Thersitas illos et Stentores tanto tedio sustinere, pauxillo fortasse fructu, compelluntur. Sed praestiterit fortasse et hos sustinuisse, quo magis demum sophisticę tergiversationi sese candor veritatis ausit opponere. Certum est enim apud me victorem abiturum ex illa harena Oecolampadium, etiam si victus videri debeat coryphaeis quibusdam, qui triariorum pugnam ab ocio illius et maturiore deliberatione tandem erupturam esse non cernunt. Sed de Bernensibus quid acceperim magno dolore, exemplo tibi indico literarum, quas Bernensis quidam ad scultetum (arbitror) Lucernanum scripsit ad Baden[3]; quibus quoniam deest inscriptio nomenque nec satis rei gestae argumentum cohaeret, parum fidei adhibeo. Precor tamen te (quando id

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 351 p. 1. Siegelspur. — Neben der Adresse ein Vermerk: D. Vadianus.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 512f. — Vadians Briefsammlung IV 27 (Nr. 459).

[1]) *Geschrieben im Hinblick auf die Badener Disputation.* — [2]) *Dieser libellus ist nicht nachzuweisen.* — [3]) *Der Brief an den Luzerner Schultheiß ist nicht zu finden.*

magni referat), certiorem me facere de ea re illico velis neque sane expensis parcere, quo nobis ad manum sit, quo certa fide aut interpretari factum aut mendacium confutare pro veritatis defensione possimus. Misimus hactenus senatorios viros duos[4], quibus commissum, ne quid aliud ad illos referant, quam quod frequentissimis suffragiis decretum est, nempe placere nobis disputationes, quae veritatis vestigandae gratia fiant; interim nos accepturos defensurosque, quicquid aut illic aut alibi clarę scripturę testimoniis nititur. Summopere mihi consultum videretur, ut Constantiam et Argentoratum evocares in stativa, ut scilicet in promptu calamum haberent paratum in omnis hypocriticę ostentationis confutationem, quo non tu solum, qui longe gravioribus sat esses fortis, sed praeter Oecolampadium etiam illi subsidiaria auxilia libellis suis mitterent, quibus palam denegata est hactenus disputandi copia.

Vale et illico, si potes, nos de rebus omnibus facito certiores. Nuncio nos liberaliter consulemus, quemcunque miseris.

Apud *sanctum* Gallum 25. Maii anni MDxxvj°.

Ioachimus Vadianus vere tuus.

Domino Huldricho Zuinglio suo.

4 commissum] comissum.

---

[4]) *Das Ratsbuch St. Gallen verzeichnet zum 14. Mai, man wolle die Badener Disputation durch zwei Ratsboten beschicken, aber die Gelehrten daheim lassen; im übrigen wolle man dem nachleben, was dem Gotteswort gemäß sei. Nach Eidg. Abschiede IV 1a, S. 890 waren die Ratsboten Kaspar Zollikofer und Andreas Müller. (Später schickte St. Gallen doch noch „die 4 Prädikanten", auch diese mit der Weisung, beim Gotteswort zu bleiben).*

492.

Gregor Mangolt[1] *an Zwingli.*

Konstanz, 1. Juni 1526.

Gratiam et pacem per Christum a deo.

Es habend all güthertzig brůder allhie ain groß verlangen, wie die diſputation zů Baden ſich anlaß; dann uns derhalben nüt zůgeſchriben noch angezaigt würt. Den Bäpſtiſchen kummend teglich brieff; damit tröſtend ſy ſich ſelbs, in hoffnung, ir rich werd widerumb erſetzt und uffgericht werden, berůmend ſich vaſt, wie Oecolampadius überwunden ſye; nun talatme[2] *sy es* an üch, das ir och gen Baden ziehind und glichen ſig empfahind. Uff hüt datum dis brieffs hat doctor Jörg N., phiſicus zů Überlingen, doctor Menlishofern[3] geſchriben, das doctor Faber und ier pfarrherr[4] von Baden geſchriben habind, wie Oecolampadius in dryen artickln ſchon überwunden und ſy geſiget habind, hoffnind och in kurtzen tagen die ſach mit im ze beſchlieſſen. Er ſye ain kind, und wenn man mit im red, erſchreck er und hebe an ze wainen. Och hat Faber herr Wolffgangen von Honburg[5] geſchriben, wie

Der Schreiber gibt (wie oben Nr. 477) ů *für* u *vor* n, m. — 4 würt] wurt — 6 Oecolampadius *(*u *ohne Böglein).*

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Aus einem Bande, S. 243. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 513f., lateinische Übersetzung, ohne den deutschen Wortlaut des Originals. Erste Hälfte deutsch bei Strickler, Aktensammlung 1, Nr. 1452.

---

[1]) *vgl. Nr. 475, Anm. 1.* — [2]) *vgl. Id. IV 368: tag lang; das Wort wird, wie auch oben, meist mit vorgesetztem „nun" gebraucht = nunmehr, endlich einmal* — [3]) *Arzt in Konstanz, s. Nr. 209, Anm. 7.* — [4]) *Johannes Schlupf, Pfarrer von Überlingen; s. Nr. 209, Anm. 3.* — [5]) *E. Issel: Die Reformation in Konstanz (1898), S. 61 erwähnt ein Schreiben des Herrn von Honburg vom 14. Januar 1527 an den Konstanzer Rat zugunsten des Bischofs. 1524 erscheint er als kaiserlicher Kommissar u. a. auch im Ittinger Handel. Der der Urheberschaft am Brande verdächtigte Konrad Steffnauer flüchtete von Stein nach Konstanz und wurde hier auf Ersuchen des Landvogts vom Thurgau verhaftet. Die 10 Orte der Eidgenossenschaft verlangten die Aus-*

Oecolampadius in dry artiklen sey überwunden. Des hab ich kundschafft; dann juncker Hans Richli, burger allhie zů Costentz[6], hat den brieff gelesen zů Honburg uff dem schloß; der hat's uns gesagt onverhält[7]. Es schribt juncker Paulin Hürußen[8] von Memingen sin son, der Türck hab gwüßlich Offen inn, und ziech mit grossem gwalt uff Wien zů.

Item der schwäbisch pundt hab zů Saltzburg mercklichen schaden erlitten[9]. Anders habend wir diser zit nüt ze schriben; so uns aber etwas gwüsses, das üch not sin wurde ze wissen, zů handen kem, wöllend wyr on verzug üch zůschriben. Des versehend sich baid Blaurer, Zwick[10], Menißhoffer [!] und ich zů üch ongezwiflet, und befelhend üch gott allzit.

Datum Costentz, fritag nach Trinitatis anno xxvj.

Ewer allzit williger
Gregorius Mangolt.

Ornatissimo viro Huldricho Zuinglio,
episcopo ecclesię Tigurinę vigilantissimo, suo in Christo parenti.

1 Oecolampadius *(u ohne Böglein)* — überwunden] vberwunden — 11 Trinitatis *übergeschrieben über gestrichenem* Ascen, *das seinerseits wieder über gestrichenem* Pentecost *steht.*

---

lieferung, Erzherzog Ferdinand unterstützte ihr Begehren, und als sein Vertreter erschien u. a. Wolf von Honburg (Issel a. a. O. 44; Issel nennt ihn W. von Hornburg). Näheres über das Geschlecht bei J. Kindler von Knobloch: Oberbadisches Geschlechterbuch II (1905), S. 102 f. Hier zahlreiche Personalnotizen über ihn. Er starb 1566.

[6]) *Hans Reichlin von Meldeck, Schwager des Wolf von Honburg. Vgl. Kindler von Knobloch a. a. O. Nach K. Beyerle: Konstanzer Ratslisten S. 219 ff. war Hans Richli von 1528—1532 Mitglied des großen, von 1533—1536 Mitglied des täglichen Rates.* — [7]) *unverhohlen* — [8]) *Vgl. Nr. 205, Anm. 4, Nr. 234, Anm. 6, wo der Name vorkommt. Ob der gleiche Mann gemeint ist?* — [9]) *Vgl. Nr. 475, Anm. 13 und 14.* — [10]) *Ambrosius und Thomas Blarer, Konrad und Johannes Zwick.*

493.

Johannes Comander an Zwingli.

Chur, 5. Juni 1526.

Gratiam et pacem Christi. Charissime Zuingli!

Quae nuper ad nos de disputacionis exordio scripsisti[1], ipsissima sunt, quae prius augurabar futura, quod scilicet omnia pro sua modestia peracturi forent hi boni viri, veritatis avidi. Sed quid nunc nostri pontificii agant et dicant, audi. Vicarius noster[2] ad Baden se recepit ab initio disputacionis, nec vocatus nec missus. Illic totum hoc tempus auscultando perseverat. Demum iam proxime praeterita feria sexta servum equestrem huc mittens et literas magnum triumphum narrantes, quem mane die sabbato in omnes passim (erant enim nundinae) spargebant, sub tali tenore: Oecolampadius victus iacet in harena prostratus ab Eccio, herbam porrexit[3] et palinodiam cantavit de sacramento, de oblatione missae et de invocatione divorum. Vulgus, ut ad credendum preceps est, omnia haec ut verissima acceptat, auget promovetque. Interim ego a multis Christo aequis rogor, quaenam fama ex Baden ad me ferret. Ego, certi bonique nihil habens respondere, cogebar silere aut eadem dicere cum pontificiis, nisi quod a quodam pio viro audieram nihil penitus adhuc exequutum aut finitum, nec primum de eucharistia problema transactum esse. Hac regula papistarum triumphum metiri coepi, eo quod triumphus ille ingens acta

13 ut at] ut *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 154. Aufgedrücktes Siegel erhalten. Abdruck: Sch. u. Sch. VII 514.

---

[1]) *Der Brief Zwinglis ist verloren.* — [2]) *Der bischöfliche Vikar. Abgesandte des Bischofs nach Baden waren drei Domherren; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 931.* — [3]) *herbam porrigere = sich für besiegt erklären; s. S. Pomp. Festi de verborum significatione quae supersunt cum Pauli epitome emendata et annotata a C. O. Muellero (1880), p. 99, 7.*

in Baden, totis duobus articulis nondum adorsis, excederet. Hac sola coniectura vires resumpsi, consolans fratres, ut talibus nugis nihil moverentur etc. Caeterum, charissime, de hac re, ut gesta sit, et que in rem et consolacionem nostram aliquid possunt, fac, ut quantocius ad nos veniant, quatenus deo praestante meliora et veriora impudentium rictus *ἐπιστομίζειν [Tit. 1. 11]* queamus.

Vale, ex Chur 5. Iunii 1526.

Tuus Ioannes Comander.

Abbas s*ancti* Lutii [!][4] audita fama pro suo stomacho ad oppidum Baden se festinans recepit, ut allatis Eccianis arietibus et copiis et telis in me aciem vertant et totum onus belli. Cupio igitur magnopere, si quid ex illa disceptatione exceptum aut transscriptum habeas, mihi concedas.

Doctissimo viro Huldricho Zuinglio, pastori Tigurino, fratri suo colendo. — Dem Zuingli.

3 moverentur] mouerenter — 6 ἐπιστομίζειν] ἐπιστομιζεῖν.

[4]) *Theodor Schlegel; s. Nr. 374, Anm. 3.*

494.

Wolfgang Capito an Zwingli[1].

Straßburg, 11. Juni 1526.

Gratia tecum, dilectissime frater.

Antichristus modo speciem prebet ultimi conatus; nondum enim pronuncio, an serio moliatur, quae prae se fert. Ratisponensi foederi caesar mandatum dedit tuendi se auctoritate sua cum magnifica pollicitatione propediem se adfore Germanis seditiosam illam doc-

Druck in 8°: EPISTOLA | V. FABRITII CAPITONIS, AD | Hulderichum Zuinglium, quam ab Heluetijs forte | interceptam, D. Ioan. Faber Cōstantienſis in Ger- | manicum uersam deprauauit, una cū duabus | Epistolis, quibus illum Concionatores | Argentinenses ad collationem | scripturarum pro- | uocarunt. | Quibus cognosces Lector, qua arte, dolo, impo- | stura et perfidia, Capitonem ut op- | primeret Faber adorsus sit. — *Vorwort an den Leser, datiert Argentinae 2. Augusti anno 1526; zwei Briefe der Straßburger Prediger an Faber, der erste datiert 23. Maii 1526; Capitos Brief an Zwingli; Schluß mit Distichen und Datum Argentinae 12. August anno 1526. — Das Ganze zählt 22 Blätter; der Brief an Zwingli steht p. 11b—20a* (B_8—C_4).

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 515—517.

[1]) *Zur Geschichte dieses Briefes vgl. die Druckschriften zur Badener Disputation, Einleitung zur dritten Schrift Zwinglis wider Faber (Bd. V, Nr. 94) sowie E. Egli in Zwingliana II, S. 377 ff. Der Brief war mit andern zu Baden in die Hände der Eidgenossen geraten und wurde dann von Faber deutsch übersetzt und glossiert in Druck gegeben, mit einem Vorwort aus Baden vom 29. Juni an Bürgermeister und Rat zu Freiburg i. B. Capito antwortete hierauf mit zwei Schriften: a) mit der oben unter dem Brieftext näher bezeichneten lateinischen, worin er den Brief an Zwingli im ursprünglichen Wortlaut mitteilt und in kurzen Zusätzen zeigt, daß Faber eine gefälschte Übersetzung geliefert habe, und b) mit einer deutschen, in welcher eine richtige Übersetzung des Briefes gegeben und Fabers Publikation samt Vorwort einläßlicher zurückgewiesen wird. Da Faber den Titel gewählt hatte: „Neuwe zeitung vnd heimliche wünderbarliche offenbarung etlicher sachen vnd handlungen“ usw. (vgl. Weller Nr. 3786), gab Capito seiner deutschen Antwort die Aufschrift: „Der nüwen zeytung vnd heimlichen wunderbarlichen offenbarung . . . bericht vnd erklerung“ (vgl. Baum, Capito und Butzer, S. 581, Nr. 23). Diesen Druck vom 12. August sandte er am 13. auch an die Reichsstände zu Speier (Baum S. 360).*

trinam (sic euangelium nominant) radicitus evulsurum[2]. Episcopus noster famam spargit[3] se emere avenae saccos octies mille in vicinis oppidis pro ingenti equitatu excipiendo Tabernas, atque hospitia inscripsit, aedificat equorum stabula in singulis arcibus suis. Ridicula consilia! Solida pectora non frangentur larvis, tametsi equestri excursione lenta praelia ducturi videantur. Quod quidem consilium quam illis tutum sit, ignoro, nisi omnino dominus cor pavidum et ad motum folii trepidum *[3. Mos. 26. 36]* dederit. Ferunt ad haec Brunsvicensi duci Henrico datam potestatem atque mandatum impugnandi Saxones. Episcopi cupidissime omnia minantur; nam est eis vis ingentissima pecuniae. Nihil dum apparet veri. Conventus Spyris institutus talia consilia confirmabit atque in apertum producet, modo spes sit illis victoriae. Expecto rebuspublicis acriorem digladiationem imminere, quas arte diviserunt. Nulla est Rhenanae provintiae, quae ex animo cum nostra faciat: minores undique concionatores exautorant, metu perculsae expectati mali; habent principes pro se edicta caesarea blasphema, ne vel scripturae lectio relinquatur plebi, quae quidem in ventum tandem abibunt. Sed ea, ubi nervus belli, id est pecunia, tyrannos non defecerit, ut sunt propenso animo ad nocendum, vicinis rebuspub*licis* erunt materia bellandi. Nam dicturi videntur adversarii: „Nos imperio caesaris iuxta prestita iuramenta obsequentes prohibemus novas doctrinas, vos interim pergitis libere illas asserere, qua ex re noster quoque populus inficitur. Necesse est, aut nos in vestram sententiam, aut vos in nostram concedatis. Caeterum, qui possumus voluntati caesaris ita iubentis repugnare? Proinde, ut publicae concordiae consulatur, volumus, ut eiectis concionatoribus pristinas ceremonias reducatis, quo possumus utrique edictis parere caesareanis et in concordi religione iterum coniungi". Quod si ita egerint, quot putas perduraturas? certe rarissima erit, Argentina, Ulma, Norimberga in hac vicinia et tres forte respub*licae* apud Saxones et maritimae. Quae in confinio Helvetiorum sitae sunt, eventum vestrum sequentur. Quantum modo spei de Helvetiis divisis istic conceperint, nos hic experimur. Mutuam videres gratulationem ceu de certissima victoria. Quem cursum stulto hoc libello[4] remorati sumus, quo ut-

17 blasphema] blaspema.

[2]) *Über die im folgenden erwähnten politischen Vorgänge und Gerüchte orientiert Ranke, Deutsche Geschichte im Zeitalter der Reformation 2[6], S. 244 ff.* — [3]) *Da Faber hier von windigen, falschen Mären spricht, antwortet Capito, die Gemeinde in Stadt und Land habe solches unverhohlen geredet. Ein Freund dürfe dem andern wohl von Hörensagen schreiben usw.* — [4]) *In der lateinischen Antwort nennt Capito den Titel dieses Büchleins: „Narratio de disputatione Badensi", und in der deutschen sagt er*

cunque doli adversariorum ostenduntur. Quodsi humano consilio rem gereremus, concideremus plane; tanta timendi materia undique se aperit. Verum, quia novimus, quam profunde apud multos radices egerit verbum, speramus multorum constantiam, a quibus, qui modo cecideruntur, propediem erigentur. Nam sumptuosum et prolixum bellum non ferent et mediocri nihil agent. Summa summarum, pontifex cecidit cum suis satellitibus, exturbata aestimatione eius e pectoribus hominum, quem leviter suffulciunt propugnatores impanati Christi. Haec libuit de publicis turbis ad te, quas video perquam evanidas esse et minime duraturas, nisi quod molliores interim concidunt, sed fortiores resurrecturi. Novum bellum Gallicum timent, unde consilia pleraque in diem proferuntur. Interea dominus verbum suum provehet. Audi novam technam Satanae: Superioribus diebus ex anabaptistis unus prorsus illiteratus ex Benfelt, oppidum est sub ditione senatus nostri, huc adductus est[5]; is palam nos proscidit contumeliis et professus est se nos ad palinodiam redacturum. Adversarii in senatu plausu magno stultum exceperunt et curarunt nostris assentientibus, ut ter aut quater coram senatu confertissimo ageremus. Capita dogmatum sunt: „Nullum magistratum esse Christianum. Pueros non baptizandos. Neminem pium suscipere arma posse ad imperium magistratus. Diabolum et impios omnes demum salvandos fore". Interea mille in nos iactavit convitia: impios esse papistas, nos impietate illos modis infinitis excedere, neque peiores nobis uspiam extitisse neque etiam in posterum fore. Pronunciavit interim anno septimo ab hinc ad diem Ascensionis hora duodecima, in primo articulo horae, finiendum saeculum hoc. Tandem post acrem obiurgationem verbi, qua hominem gloriae desyderio insanum flagellavimus, abmandatus est ad Benfelt, hac lege, ne quid in vulgus de suis dogmatibus efferat.

---

u. a., daß der Rat von Straßburg den Drucker wegen Umgehung der Zensur schwer gestraft habe. Gemeint ist die Schrift: „Warhaftige handlung der Disputation in obern Baden" usw. (vgl. Strickler, Literaturverzeichnis Nr. 245), deren Abfassung und Publikation Thomas von Hofen aus Bern zugeschrieben wird, und welche Capito dem Brief an Zwingli beigelegt hatte. Eben dieser Druck gab den eigentlichen Anlaß zu vorstehendem Brief an Zwingli; Capito sagt, der Buchdrucker Wolf Köpfel habe über die Disputation mehr zu erfahren begehrt, als genannter Druck biete, worauf er in diesem Sinn an Zwingli geschrieben habe; vgl. unten Anm. 8.

[5]) *Das Erzählte auch bei Baum a. a. O. S. 361 ff. und bei Gerbert S. 19. In der zweiten Hälfte des Jahres ließ die Täuferei in Straßburg nach. Über Matthäus Zell s. Nr. 304, Anm. 6. Benfeld liegt im heutigen deutschen Bezirk Unterelsaß, Kreis Erstein an der Ill. Es ist schon im 8. Jahrhundert nachweisbar und erhielt um 1300 Stadtrechte. Das Straßburger Exemplar der Epistola trägt zu Z. 13 f. den handschriftlichen (gleichzeitigen?) Zusatz am Rande: Hanns Wolls = der Name des Täufers. (Gefällige Mitteilung von Herrn Lizentiat K. A. Meißinger in Straßburg.)*

Verum interea mira de se praedicavit, quemadmodum nos vicisset ac reddidisset elingues, atque eruditos omnes casuros prae spiritu suo; plerosque ad famam talem commovit. Senatus iussit ultimo, ut praefectus eius loci hominem oppido eiiceret. Factum est; eiectus venit huc; heri adfuit concionanti Matthaeo Zellio et mox duo verba aegre elocuto reclamavit acerbissime. Praelecto enim loco aliquo deuteronomii in eos, qui deo non audiunt, exorsurus sermonem futurum dixerat: „Videte, quanti periculi sit non auscultasse spiritui in scripturis lòquenti“. Tum ille anabaptista: „Tu mentiris, frater Matthaee, in spiritum sanctum; praecipio tibi huius virtute, ut descendas et mihi de sensu spiritus veriora locuturo cedas locum“. Oboritur totius ecclesiae commotio ad hanc unam vocem; civis quidam iniecta manu furiosum ad magistratum produxit; sequebatur ecclesia, quam Matthaeus aegre partim retinuit. Offert se nebulo ad poenam talionis atque ardentissime efflagitat, ut et nos in vincula coniiciamur, quoad caussa finem sit sortita. Exclamat de turri: Praedicatores vestri cadent, imo iam ceciderunt. Vide, quantae intemperiae hominem simplicem et sibi confidentem agitent. Nonnihil inde molestie sentiemus, sed extra omne periculum; praemunitae enim sunt ecclesiae nostrae, quae summam Christianismi proprie norunt ac tenent probissime. Haec tibi scribere libuit. Lutherus „Suevorum syngramma“ in Germanicum vertit et commendavit magnifica praefatione, in qua tu et Oecolampadius perstricti estis[6]. Cui velim responderi argumento tali per Oecolampadium, quale ex ipso cognosces: nimirum ut reiiceret caussam in dominum nos eo modo tentantem, cum libera professione, quanta dominus per illum praestitisset, ut propemodum supra hominem crederetur; proinde clementer huic malo mederi deum, postquam eum relinquit in tali errore et permittit ad tantam obliviscentiam charitatis recidere, ut tradat Satanae *[1. Cor. 5. 5]* et Satanam dicat, quos deberet lege charitatis pro fratribus agnoscere. Nondum nobis copia facta est; nam impressor Hagenoensis ad nundinas usque vult celare. Adornavi insidias et spero me propediem nacturum copiam. Tum mox habebitis; nam respondendum erit. Misi Oecolampadio, quae Lutherus in epistola ad quendam suum sectatorem[7]. O humanam fiduciam! sic potest erigere cristas et prae se contemnere quaevis. Orat impressor noster, τὸ τῆς ζητήσεως σύγγραμμα[8], si quod habes, ad nos mittas, aut certe, ut haec emendes; biduo potes pauculas horas

[6]) *Alles Nähere hierüber und wegen des Folgenden s. im Brief Bucers vom 8. Juli (Nr. 502).* — [7]) *Schwerlich zu bestimmen. Oecolampad seinerseits erwähnt am 23. Juni (Nr. 488) einen Brief von Zwingli mit einem libellus (epistola) Lutheri.* — [8]) *Capito verband mit diesem Ausdruck den Sinn: „die collectur und zůsammenschreybung der disputation“. Faber übersetzte: „der geselschafft syngramma“, um,*

operae seriae suffurari, quas in hanc rem colloces. Nam vehementer opus esset, ut catastrophe disputationis extaret[9]. Oro, vacuum hunc fratrem ne remittas. Fama, sed incerta, vagatur primam Pannonum urbem a Turca oppugnatam his diebus, praeterea fusos equites Suevici foederis a Saltzburgensibus. Adhaec Mediolanam arcem quinque millibus peditum cinctam, quoad Borbonius advenerit, qui ducatum iam occupabit; quae certo argumento sunt satis alioqui fore, quod agant homines tumultuosi. Si quae de rebus Bernatium certa habentur, aut spes quascunque praevides, *fac,* nos ut per nuncium hunc sciamus.

Vale in domino, fortissime Christi miles et frater.

Argentinae 11. Iunii anno 1526.

Bucerus et fratres te salutant, presertim Farellus.

Vuolfgangus Capito.

Huldericho Zuinglio, suo in domino maiori observando.

---

wie ihm dann Capito vorhält, „ein verdacht zů machen heimlicher geselschaft, das man ein meyterey verstünde". Vgl. folg. Anm. und oben Anm. 4 am Schluß.

[9]) *Der Sinn Capitos war hier: „das der disputation ende und beschluß außkomen were". Faber, um ihn bei den Eidgenossen zu verunglimpfen, übersetzte: „das man die disputation verkere". Diese zwei Beispiele (in Anm. 8 und 9) stellt Capito als bezeichnend für Fabers Praktik allseitig ins Licht, um zu schließen: „Straßburg sihet auß deim bůchlin, das wir biderb leut seiend und du ein schandtlicher brieffälscher, dem ζήτησις, das ist ein Disputation oder befrogung, ein geselschaft und catastrophe ein verkerung heist".*

495.

(Johannes) Oecolampad an Zwingli.

Basel, 12. Juni (1526).

Gratiam et pacem a Christo. Mi frater!

Salvi domum pervenimus[1], magna piorum omnium expectatione et gratulatione. Vereor autem, ne forte horarum gaudium sit et Satan vertat in męrorem. Nondum prohibiti sumus a concionibus, id quod in discessu Helvetiorum proceres commisisse dicuntur legatis[2]. Orandus est Christus, ne suos deserat brevique sub pedibus Satanam conterat *[Röm. 16. 20]*. Habeo tibi gratiam pro frequentibus literis et salutationibus in Baden[3], quibus me dominus non mediocriter exhilarabat et confirmabat. Exemplar disputationis nullum Basiliensium legati impetrare potuerunt, quod plerisque hic perquam ingratum. Hasce literas[4] domi inveni. Urbanus[5] amiciciam nondum solvit.

Vale.

12. Iunii[6]. Basileę.

Tuus Oecolampadius.

Vlrico Zwinglio, charissimo fratri.

5 *vor* commisisse *gestrichen ein nicht mehr leserlicher Buchstabe* — 9 disputationis *am Rande nachgetragen* — 11 *vor* Hasce *gestrichen* Va

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 142. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 517.

[1]) *Aus Baden; vgl. die vorangehenden Briefe.* — [2]) *Dieser Beschluß war die Konsequenz des Abschiedes der Disputation (Eidg. Abschiede IV 1a, S. 935 ff.). Förmlich gefaßt wurde er erst etwas nachher. Am 25. Juni wieder in Baden zusammengetreten, beschloß nämlich die Tagsatzung laut den Eidg. Abschieden IV 1a, S. 953: „Es sollen in allen Orten, wo lutherische Geistliche sind, dieselben, sofern man sie nicht verjagen will, wenigstens nicht mehr predigen bis zu Austrag des Disputationsgeschäfts, bis man sieht, wer dem andern schwören wolle oder nicht, indem den Eidgenossen aus diesen Predigern bisher lauter Unheil erwachsen ist und ferner alles Übel daraus erfolgen würde". Ähnlich Anshelm 5, 168.* — [3]) *Die enge Verbindung Zwinglis mit seinen Freunden in Baden ersieht man am besten aus der Autobiographie Thomas Platters, der den Boten machte.* — [4]) *Unbekannt.* — [5]) *sc. Rhegius.* — [6]) *Jahrzahl fehlt. Sie ist fragelos 1526.*

496.

(Johannes) Oecolampad an Zwingli.

Basel, (13 ff. Juni 1526).

Huldrich Zwingli, biſchoff zů Zürich, dem liebſten brůder.

Heil in Chriſto, min brůder!

Es iſt on dine brieffe widerkomen min diener; aber es iſt mir gnůg an dinem fliß, darmitt min bůchle[1] ußgange; daß wöll gott der herr widergelten. Daß man dem Luther antwurt gebe, achtend die brůder zů Straßburg; doch acht ich wëger[2] ſin, ſin letſten ſandtbrieffe zů verziehen uff der Schwaben bůchle, daß ſy „Syngramma" genempt[3], und alßdann handlen, was angeſëhen wirdt zů er deß herrn. Dann an allen ortten gibt uns der tüfel ze ſchaffen, und von nöten iſt, daß mir[4] uns wol umbſëhen, darmitt billicher wyß unſer widerſëcher an keynem ortt wider uns ſich berůmen mögend. Jch ſchick den ſandtbrieff deß

Der Schreiber gibt u *häufig, aber ohne Regel, durch* ů *wieder.*

Das lateinische Original ist nicht erhalten. Gleichzeitige Übersetzung, kopiert von unbekannter Hand. Solothurn, Staatsarchiv: Abschiede Bd 14. Voraus gehen: 1. Capito an Zwingli, datiert Straßburg am 21. Tag des Heumonats im Jahr (15)26 (dieses Datum kann nicht richtig sein; das Stück ist Übersetzung des lateinischen Originals vom 11. Juni, oben Nr. 494), 2. Farel an Myconius, Straßburg 5. Juni 1526; nachher folgt: 1. Capito an Pellikan, Straßburg am 11. Juni (15)26 — alle diese Briefe deutsch, mit der Notiz auf der Rückseite des letzten: Coppyen etlicher Lutherschen brieffen, zů Baden nidergeworffen, anno etc. xxvj°. Vgl. dazu E. Egli in Zwingliana II 377 ff.

Ungedruckt.

---

[1]) *Die epistola et responsio de re eucharistiae prior. Vgl. Nr. 497, Anm. 2 und Nr. 471, Anm. 5.* — [2]) *besser* — [3]) *Gemeint ist Luthers Vorrede zur deutschen Übersetzung des Syngramma Suevicum. Sie war verfaßt Ende März bis Anfang April 1526, der Inhalt des Vorwortes war Anfang Juni in Straßburg bekannt. Vgl. Weimarer Lutherausgabe XIX 451 ff. und unten Nr. 498, Anm. 2.* — [4]) *wir.*

Luthers wider[5]; den soltu behalten biß zů siner zit; dann er allein vil mer lit[6] in disem irsal verhindert, dann alle Bäpstler. Daß bůchle, das die Straßburger gedruckt haben[7], habend langest hër die Bäpstler geschickt, darmitt sy die erzürneten Eidgnoßen mer ertzürnen möchten; sy sind aber von natur, daß sy sich liederlich laßent uffsetzen[8] oder ertzürnen. Unser Berus[9] hatt gantz für übel gehabt und mich berůfft für den burgermeister und durch min zůgnuß sich schön machen, das er mich nitt gebetten hab, darmitt ich nitt abstande von der schlußred; von den übrigen mög man wol ein tëding[10] treffen; und so ich inn entschuldiget hab, ist er nitt zůfriden gewësen, ës were dann, daß ich inn ouch vor einem radt entschuldgete. Wölicher der ist, so geschryben hatt, der hatt unwyßlich geschryben; dann deß Bëren und aller red waß, wenn der erst artickel abgericht[11], so werend darnach die andern ouch bald abgericht. Wölte gott, daß alle ding möchten gewüßlich angeschryben[12] werden; dann warlich vil ding grob gehandlet syend, ich wyl nitt sagen uff gottloße wyß, damitt sy ir sach fürdertte. Und vil der brůder die habend die sach hinlëßig hingon laßen. Wann ich reden solt, ich hette nitt der zit und můß[13] zů gedencken alle ding jetz; daheim hab ich noch minder zit und wyl; die andern habent andere ding zů schaffen, hietzwüschen die Bäpstler under ire luginen bedeckt lëbend wol und berůmend sich eines figs, ja wenn sy fründ wërend der warheit! Die kyrchen söllen wir ermanen zů täglichem gebett und zů unschuld deß lëbens, ob villicht der vatter der barmhertzigkeyt wölte versůnen disе grusamen wölff ein mal, wölche für und für understanden, sin herd zů verderben *[Act. 20. 29]*.

Biß bewartt im herrn.

Am xiij. Heumonats [!]. Basilee.

Din Oecolampadius.

14 möchten] mochten.

---

[5]) *Da der oben Zeile 6 erwähnte „Sendbrief" Luthers erst erwartet wird, muß es sich hier um eine andere Lutherschrift handeln. Aber welche? Vgl. Nr. 494, Anm. 7.* — [6]) *Leute.* — [7]) *Vgl. Nr. 494, Anm. 4.* — [8]) *leichtlich aufbringen lassen* — [9]) *Vgl. Nr. 147, Anm. 3. Über die Stimmung in Basel nach der Badener Disputation vgl. P. R. E. XIV 295, Stähelin II 35. Ber war einer der Präsidenten der Badener Disputation. Die im Texte genannte erste Schlußrede oder 1. Artikel Ecks lautete: „Der waar fronlichnam Christi und sin blut ist gegenwirtig imm Sacrament des Altars". Gegen sie disputierte namentlich Oecolampad. Vgl. Bullinger I 353.* — [10]) *tageding, tegedinc d. h. auf einen Tag anberaumte (gerichtliche) Verhandlung, Unterhandlung, Übereinkunft, Vertrag. Vgl. Lexer II 1387 f.* — [11]) *erledigt* — [12]) *aufgeschrieben* — [13]) *Muße.*

497.

(Johannes) Oecolampad an Zwingli.

Basel, 20. Juni (1526).

Gratia et pax a Christo. Mi frater!

Nondum consiliis et decretis adversariorum nostrorum, imo hostium veritatis, obtemperatum est, ut a suggestibus depellamur[1]. Docemus enim et concionamur, plebe verbi dominici admodum sitiente. Exemplar disputationis senatus nimirum postulabit. Orandus tamen dominus, ne Satan perpetuo adversans aliquando prevaleat. Fama est, quomodo papistae ubique mire mentiantur ac victorias suaves de nobis iactent, quod profuturum causae nostrae spero, si quando retegantur eorum mendacia, et fidem penitus amittant.

Iam mitto responsionem contra Pyrkaimeri insanias[2]. Oro, ut aliquis vestrum, Pellicanus vel Myconius, vel alius quispiam fidelis advigilet, ut pure excudatur; et si quid mutandum vel tollendum vel alio modo corrigendum, tuae censurae id esto commissum. Admiscueram aliqua verba de congressu nostro Badensi, sed ea iterum delevi. Expediret tamen alia ratione invulgari, alia quapiam epistola. Gloriantur enim se unico Irenaei dicto[3] evicisse duas propositiones primas,

12 *vor* tollendum *gestrichen* ab — 16 *vor* evicisse *gestrichen* nobis.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 52. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 518.

[1]) *s. vorige Nr., Anm. 7.* — [2]) *Ioannis Oecolampadii ad Billibaldum Pyrkaimerum de re Eucharistiae responsio. Tiguri, in aedibus Christophori Froschauer, Anno MDXXVI. Vgl. oben Nr. 471, Anm. 4 und 5. Dies war das Manuskript, dessen Druck im August vollendet, aber erst auf die Herbstmesse ausgegeben wurde, s. Nr. 517, Anm. 5.* — [3]) *Gegen Oecolampad hatte zuerst Pirkheimer den Irenaeus angeführt, dann berief sich während der Disputation zu Baden Oecolampad auf ihn und Tertullian. Eck stellte dem entgegen „cp. 32", Oecolampad berief sich demgegenüber auf Irenaeus „im 5. Buch, da er bewärt die wore ufferstentnis, sagt er aber einmal klarlich, das das brot von erdtrich erwachsen, dorum das die gegenwürtig*

quod citatum a me est contra impiam illam papisticam transsubstantiationem. Praeterea neque Normbergenses [!] multum admonendos censui, quare libri nostri prohibeantur illic[4]; tantum paucis in haec verba conquestus sum, non multo ante finem: „Refutavit, inquam, et Zwinglius copiose. Verum belle isthic agitur. Plaustra convitiorum e civitatum vestrarum portis egrediuntur, per quas non ingrediuntur innocentium apologiarum vel triobolares corbiculi. Cęterum hęc deo iudici et veritatis defensori curae erunt". Tu, si quid habes, mi Zwingli, quod ad veritatem promovendam facit, pro tua sollicitudine curato.

Vale cum fratribus, et Pellicano rem meam commenda, ut typographo assit.

Basileę. 20. Iunii.

Tuus Oecolampadius.

Profuit hic nobis Bernates tam dextre in servando Berchtoldo suo[5] egisse. Non ignoramus item, et Sancto-Gallenses officiis suis restitutos[6]. Milhusani quoque non sunt deterriti. Ut Apacellani [!] et Glareani et Scaphusani habeant, nondum didicimus.

Carissimo viro Huldrico Zwinglio, Tigurinę ecclesię episcopo, fratri ac praeceptori suo.

1 a me *übergeschrieben* — 3 prohibeantur] *ursprünglich* prohiberentur — 13 *vor* Basileę *gestrichen* Ex

---

matery antrifft, sint sy gerad für mich und wider Dr. Ecken". Vgl. Thomas Murners Ausgabe der Akten der Badener Disputation: Die Disputation vor den XII orten einer löblichen Eidtgenossenschaft . . . zu Baden im argöw gehalten. Luzern 1527. Es handelt sich um folgende Irenaeus-Stellen: adv. haereses lib. 5, cp. 2, § 2: Et quoniam membra eius sumus et per creaturam nutrimur, creaturam autem ipse nobis praestat, solem suum oriri faciens et pluens quemadmodum vult: eum calicem, qui est creatura, suum sanguinem, qui effusus est, ex quo auget nostrum sanguinem, et eum panem, qui est a creatura, suum corpus confirmavit, et quo nostra auget corpora. Ferner ibidem lib. 4, cp. 17, § 5: eum, qui ex creaturis panis est, accepit et gratias egit, dicens: hoc est corpus meum. Et calicem similiter, qui est ex ea creatura, quae est secundum nos, suum sanguinem confessus est et novi testamenti novam docuit oblationem, quam ecclesia ab apostolis accipiens in universo mundo offert deo. (Opera Irenaei ed. Ad. Stieren, tom. I, pars 2, p. 717 f. und 612.

[4]) *Näheres unter Nr. 500, Anm. 3.* — [5]) *sc. Hallero.* — [6]) *Eine Übersicht über das Verhalten der Orte und Zugewandten usw. nach der Disputation gibt Anshelm 5, 170 ff.*

498.

(Johannes) Oecolampad an Zwingli.

Basel, 23. Juni (1526).

Salutem in Christo. Mi frater!

Epistola tua cum libello Lutheri[1] reddita fuit post abitionem ministri mei; et quia monuit tabellio, ut scriberem, retinebo epistolam Lutheri, donec veniat minister meus et describat, et tunc cum proximo nuncio remittetur. Nunc non videtur opportunum, ut illi respondeamus. Fama enim est, quod ꝛvj chartas prętatus sit in librum Suevorum[2]; quę ubi receperimus, licebit et innocentiam nostram et scripturę doctrinam dilucidam orbi declarare. Deo laus, quod ecclesię nostrę non multum curant, quicquid ille contra nos blacteret.

Bene vale cum tota ecclesia Tigurina.

Basilee. 23. Iunii.

Tuus Oecolampadius.

*Hul*drico Zwinglio, fidelissimo Tigurinę ecclesię episcopo, dilecto suo fratri.

5 remittetur] *ursprünglich* remittatur — 10 Tigurina *am Rande nachgetragen* — 13 *Hul*drico] *Hul Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 40. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 518f.

[1]) *Der Brief Zwinglis ist verloren; zum libellus (epistola) Lutheri vgl. Nr. 494, Anm. 7.* — [2]) *Vor der in Nr. 466, Anm. 2 erwähnten deutschen Ausgabe des Syngramma wurde ein Vorwort Luthers gedruckt. Bucer nennt es am 8. Juli an Oecolampad prologus galeatus (Nr. 502, Anm. 2). Vgl. Nr. 496, Anm. 3.*

499.

Zwingli an Konrad Sam[1].

Zürich, 2. Juli 1526.

Huldrichus Zuinglius Cunrado Somio, ecclesiastae Ulmensi, fratri suo charissimo.

Gratiam et pacem per Christum.

Haberem, charissime Cunrade, plurima, quae scriberem, si abeuntis tempestivitas operiri tantum posset. Unum hoc scias mihi fratribusque cunctis probari libellum istum ac modum, quo tu de eucharistia apud ecclesiam tuam tractavisti[2]. Disputatio Badensis

Epistolae 1536, fol. 171b f. — Opera 1581, Tom. I 411. — Kopie bei Johann Matthäus Faulhaber (1674—1735), Ulmische Kirchen- und Reformationsgeschichte, Manuskript der Stadtbibliothek Ulm. Diese Kopie und sieben weitere Abschriften von Briefen Zwinglis an Sam, bei Faulhaber S. 323 ff., sind, wie die Vergleichung gezeigt hat, nach den Epistolae von 1536 gemacht, nicht nach den Originalen. Wir erwähnen deshalb diese Kopien nachher nicht weiter bei den einzelnen Briefen.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 519.

---

[1]) *Konrad Sam (Som, Saum), von Rotenacker an der Donau (1483—1533). Nach Studien in Freiburg und Tübingen Prediger in Brackenheim unweit Heilbronn, wurde er von der neuen Regierung Württembergs entlassen und vom Rat zu Ulm an die Barfüßerkirche berufen, im Juni 1524. Eine derbe, streitbare Natur, als Prediger volkstümlich und von mächtiger Stimme, seit 1526 am Münster, der leitende Mann der Ulmer Kirche, hat Sam die Reformation im Sinne Zwinglis durchgesetzt, aber mit viel Mühe und Arbeit und nicht für bleibend. Keim, Reformation der Reichsstadt Ulm 1851. Dazu der biographische Artikel von G. Bossert in P. R. E. Bd. XVII (1906), S. 415—419, XXIV (1913), S. 448. —* [2]) *Im Juni 1526 erschien im Druck, ohne Sams Wissen, eine gegen die lutherische Auffassung gerichtete Münsterpredigt von ihm, die von lutherischen Predigern in Schwaben hart angefochten, von Zwingli aber, wie oben ersichtlich, beifällig aufgenommen wurde; vgl. Keim a. a. O. S. 123 f. Der Titel: „Schöner und wohl gedeutschter gründlicher Bericht für den gemeinen Menschen, ob der Leib Jesu Christi im Himmel zu der Rechten Gottes zu ehren und im Geist zu suchen, oder auf der Erden im Brot wesentlich zu verhoffen sey". (Keim a. a. O.). Nach Bossert ließen 1569 die Heidelberger einen Neudruck herstellen.*

apud multos, qui etiam Christi euangelio sunt parum aequi, male audit. Berna firmior est post disputationem facta, quam antea fuerit, Basilea tantundem[3]. Id quoque te oro, ut primo quoque tempore moneas Urbanum Rhegium, me non admodum nuper literas eius ad me accepisse: nunc non fuisse respondendi spatium, sed brevi longam de originali morbo sive peccato ad se [!] daturum esse epistolam[4]. Commenda illi cum euangelio ecclesias nostras, cum eorum episcopis; multis enim petimur modis; sed dominus fortior est, non modo quam minae, sed etiam bellis ipsis. Mira est in urbe et agro Tigurino in euangelium consensio[5]. Deo laus et gloria! Oecolampadius salvus est, piique omnes salvi; sed enormibus contumeliis adfecti ad suos redierunt[6]. Is, qui istam adfert, dimidium est animae meae[7], narrareque poterit omnia, quae apud nos aguntur.

Vale.

Oremus pro nobis mutuo in charitate: fideli enim oratione omnia superabimus.

Salva sit omnis ecclesia vestra.

Tiguri, 2. die Iulii 1526.

---

[3]) *Die beiden Städte waren mit den Vorgängen bei und besonders nach der Badener Disputation nicht zufrieden. Schon an der Tagsatzung vom 25. Juni forderten sie die Mitteilung von Exemplaren der handschriftlichen Akten; vgl. Eidg. Abschiede IV 1a, S. 953, 955ff.* — [4]) *Der Brief des Urban Rhegius an Zwingli, von diesem auch zu Anfang seiner gleich zu nennenden Schrift erwähnt, scheint verloren. Die „Epistola", welche Zwingli an Rhegius in Aussicht stellen läßt, erschien am 15. August 1526: „De peccato originali declaratio H. Z. ad U. R."; Abdruck Bd. V, Nr. 97.* — [5]) *Eben in diesen Tagen, seit 24. Juni, liefen die Antworten der zürcherischen Landgemeinden auf den Vortrag ein, den ihnen der Rat wegen seiner Haltung in Sachen der Badener Disputation hatte halten lassen. Sie versichern ihre Treue am Gotteswort; einzelne verlangen ausdrücklich, daß gewisse geistliche und weltliche Personen, die meist in der Stadt sitzen und dem Gotteswort feind seien, auch durch ihr Intrigieren die Hauptschuld an den gegenwärtigen Unruhen tragen, dazu verhalten werden, „daß sie sich das gefallen lassen, was meinen Herren gefalle"; Egli, Aktens. Nr. 996. Damit war eine für Zürich und das Evangelium nicht ungefährliche Lage überwunden; im Vertrauen auf die Zustimmung des Volkes machte sich der Rat seit der Disputation um so zuversichtlicher an den weiteren Ausbau des Reformationswerkes.* — [6]) *d. h. von der Badener Disputation. Oecolampad wird besonders hervorgehoben als der Hauptkämpfer der Evangelischen dabei, wie als Landsmann und Freund des Adressaten.* — [7]) *Vermutlich Wilhelm von Zell; s. Nr. 506, Anm. 6. Er scheint wirklich im Juli von Zürich nach Oberdeutschland verreist zu sein (vgl. Nr. 549) und wird auch den wichtigen nächsten Brief besorgt haben.*

500.

Zwingli an den Rat von Nürnberg.

Zürich, 2. Juli 1526.

Domini Huldrychi Zuinglii ad celeberrimam quandam Germaniae civitatem, quae tam ipsius quam Oecolampadii scriptis aditum ad se praecluserat, epistola, latinitate donata, Rod*olpho* Gualthero interprete[1].

Gratiam et pacem a deo patre per Iesum Christum, filium eius unigenitum, dominum nostrum.

Principio illud supplici mente et animo a vobis, prudentia et rerum gerendarum cognitione praestantissimi viri, per deum et creatorem omnium rerum, quem omnibus nobis communem esse iam olim

Das deutsche Autograph ist nicht nachzuweisen, weder das nach Nürnberg gesandte authentische Exemplar (Bericht des k. bayer. Kreisarchivs Nürnberg), noch Zwinglis eigenhändige, von Gwalther benutzte Kopie. — Obige lateinische Übersetzung Rudolf Gwalthers, eingeleitet mit dessen Vorwort an den Leser aus Zürich IIII. Idus Augusti 1544, ist noch in gleichzeitiger Handschrift auf der Stadtbibliothek Zürich Manuskript T. 406. 11 erhalten. Gwalther ließ Brief und Vorwort abdrucken in den von ihm besorgten Opera Zwinglii, Tom. II, 1544, fol. 295b—297b (auf fol. 295a Gwalthers Vorwort). Wir geben den Text nach Gwalthers Druck und verzeichnen die Abweichungen der Handschrift.

Abdruck: Sch. u. Sch. VIII 656—662.

---

[1]) *Gwalther führt den Abdruck in den Opp. Zwinglii von 1544 mit einem Vorwort ein und sagt darin: „En haec ceu nobilissima quaedam gemma ipsius Zuinglii manu descripta suo sese splendore prodit, qua celeberrimam civitatem quandam (cuius nomen sciens volensque praetereo), quae, cum evangelio nomine gloriareiur, tam ipsius tamen quam Oecolampadii libris publico consilio aditum in urbem suam praecluserat, amico et vere Christiano pectore hortatur, monet et obsecrat, ne Christianae doctrinae libertatem ullis humanae rationis, consiliis aut limitibus includi nec ullorum insidiosis conatibus impediri patiatur“. Gwalther gibt statt des deutschen Wortlautes eine lateinische Übersetzung, von der sich eine ungefähr gleichzeitige Abschrift (s. oben) erhalten hat; diese setzt bei obigen Worten: „celeberrimam civitatem quandam“ am Rande den Namen bei: Norimberg[ensem]“.*

didicistis, impetratum cupimus, ne vitio nobis vertere velitis, quod vilis ego et vix ullius nominis vel authoritatis homuncio prudentiam vestram, quae haud dubie inter aestus et procellas huius saeculi nostri longe gravioribus negotiis occupata est, quam ut hisce meis satis fortasse puerilibus aures praebere commode possit, interturbare non vereor. Causa enim, quae me huc impulit, ea est, quod aequum piumque esse existimem, ut, qui unum deum et unum dominum Iesum Christum agnoscunt ac confitentur *[Eph. 4. 5. 6]*, se mutuo libere compellare et in re quavis instituere possint. Atqui vestra quoque prudentia, viri praestantissimi, una cum populo vestro universo eo nomine apud omnes vere fidelium ecclesias clara et celebris habetur, quod vero et vivifico dei verbo divini spiritus gratia (cui soli omnis honor debetur et gloria *[1. Tim. 1. 17]*) illuminati firmis et inconcussis animis adhaereatis, non quicquam adversariorum clamoribus moti, qui euangelii lucem et radians illud iubar lippientibus oculis suis minus sustinere possunt. Quapropter non sine forti et inconcussa animi fidutia ad vos, quos iam olim, tum etiam hoc saeculo in euangelio Iesu Christi celeberrimo esse audivi, scribere institui, sperans videlicet dona illa divinitus nobis concessa (quae quam exigua in nobis sint, non ignoramus) vos nequaquam contempturos esse. Vos ergo obtestor, *patres conscripti* et viri prudentissimi, ut hoc meum epistolium breve et exiguum non minori studio audire et legere dignemini, quam non raro ex officii vestri iure lites de sepibus, maceriis, terminis, viis et aliis rebus huiusmodi institutas audire soletis. Hic enim de discrimine rerum tanto praestantiorum praedictis iis controversia est, quanto anima nostra ipsum corpus, nedum domus, agros, fossas et aquaeductus dignitate superat. Porro ne nimia verbositate et ambagibus vobis molestus sim, rem ipsam paucis comprehensam sic accipite:

Lis gravis et acerrima de coena domini nostri Iesu Christi contentio inter ecclesiarum ministros et doctores hoc saeculo nostro oborta est, quae iam tempore aliquo agitata nimis tenaciter multorum animis haerere coepit; eo quod sint nonnulli, qui substantiale Christi corpus et sanguinem in coena corporaliter manducari asserere conantur, alii vero his contrarii (e quorum numero me quoque esse libere et ingenue confiteor) impossibile esse credant, ut hic quicquam vel corporeum vel carneum comedatur, cum anima non ullo cibo corporeo saturari aut pasci queat. Quam ob causam imperitiores et simplicioris ingenii homines, qui inter substantiales Christianae fidei articulos et externas huiusmodi res minus distinguere nec illa discernere possunt, tam ipsas ecclesias quam harum doctores dissidere arbitrantur. Porro

33 manducari] manduci *(Gwalther und Manuskript)*.

contentio haec et discordia ceu praesentissimum Christianae charitatis venenum communi corpori Christi (quod nos sumus, qui per fidem Christo salvatori nomen dedimus) graves morbos et, cum euangelii messis in herba aut ipso flore (quod dici solet)[2] existat, non parum impedimenti conciliare solet, quo minus ad iustum incrementum seges haec devenire possit. Et hanc sane solam ac unicam causam vobis quoque fuisse credimus, viri praestantissimi, propter quam cavere voluistis, ne quis incomparabilis viri *domini* Ioan*nis* Oecolampadii et nostros quoque libros in urbem vestram inferret[3]. Quod factum vestrum nunquam in eam partem suscepimus, ut nobis hic ignominiam aliquam impingi putaremus, sed dei omnipotentis iudicium admirati omne illud patienti animo sustinendum esse duximus, illud animis nostris firmiter persuasum habentes vos hac in re tam magna et ardua illud potius prudenter cavere voluisse, ne quis importunior existens turbas daret aliquas, quam ut praecipiti iudicio nobis tam duri et inclementes esse volueritis. Necessarium fore ergo duximus, ut amico simul et humili spiritu huius instituti nostri, imo dei potius, rationem vobis redderemus, qua haec potissimum tractare instituimus: Primum, quod haec nostra sententia, qua panem et vinum in coena hac non aliud quam signa duntaxat esse docemus, non nova nec a nobis demum conficta sit, sed a Christo Iesu, domino nostro, tradita (quemadmodum ex ipsius verbis postea demonstrabitur), ab ipsis apostolis quoque et veteris ecclesiae doctoribus ad hunc modum custodita et observata sit. — Secundo, quod neotericorum opinio, qui carnem et sanguinem in coena manducari contendunt, fidei Christianae articulis

18 qua] quae *(Manuskript)*.

---

[2]) *Vgl. Otto S. 161.* — [3]) *Von diesem Verbot spricht Oecolampad im Brief vom 20. Juni (Nr. 497, Anm. 4) und Bucer am 9. Juli (Nr. 503) an Zwingli. Das königlich bayerische Kreisarchiv Nürnberg hatte die Gefälligkeit, uns folgende amtliche Aufzeichnungen, die jedoch erst vom 14. Juli datiert sind, in Kopie zuzusenden: a) „Ratsverlaß" von diesem Datum: „Den buechdrückern zü sagen, das sie sich enthalten, die buchlin, die Irrung Zwynslyns, Ecolampadis vnd Ires anhangs, auch die disputacion zwe Baden bedreffen, feil zu haben oder zudrucken bey eyns raths schweren straff". b) Eintrag im Ratsbuch Nr. 13, fol. 114: „Item den Büchtrückern vnd büechfürern ist gesagt, das sie sich bey ernstlicher eins erbern Raths straff enthalten, die karelstadischen, Ecolampadischen, Zwinglischen vnd Irer anhennger büchlein vom sacrament, dieweil darin nichts dan teufels werk vnd verfürüng erfünden wurdet, darzue wäs zu Baden Im Argaw dispütiert worden, zu drücken oder fail zu haben, per her Christoffenn Coler vnnd hern Iheronimuß Baumbgartnern. Sabato den 14. July 1526". Vgl. die Erwähnung des Verbots am 17. Juli durch Kolb aus Nürnberg (Nr. 508, Anm. 2), über den Zusammenhang mit der konfessionellen Entwicklung F. Roth, Die Einführung der Reformation in Nürnberg 1517–1528, S. 225ff.*

palam repugnet ac contraria sit. Vos modo rem omnem patientibus animis ac auribus percipite.

Christus apud Ioannem cap. 6. *[Joh. 6. 51.54.63]* figuratis istis loquendi formulis, quibus se panem e coelis missum esse et carnem ipsius manducari ac sanguinem bibi debere docet, non quicquam aliud intelligi voluit, quam quod homo quivis omnem spem ac animi sui fiduciam in deum patrem per ipsum, qui se pro nobis in mortem tradere dignatus est, collocare debeat. Sic enim fore, ut homo salutis suae certior factus conscientiae tranquillitate potiri queat et spirituali hac manducatione et potu saturetur. Cum vero promiscua Iudaeorum turba et non minima discipulorum ipsius pars huiusmodi locutiones figuratas minus intelligerent (quod nimirum per manducandi verbum ipsa fides, per cibum et alimentum conscientiarum tranquillitas et πληροφορία, quae per Christi mortem nobis obvenit, accipi deberet), sed eo errore involverentur potius, ut ipsum de corporeae carnis suae manducatione loqui crederent, Christus salvator et doctor fidelissimus tam crassam et absurdam opinionem animis illorum eximere studens inter multa alia verba (quae omnia hoc loco recitare nequaquam operae pretium esse existimavimus) tandem illud quoque subiungit, ut dicat: Caro non prodest quicquam *[Joh. 6. 63]*, comesa nimirum vel manducata, quo sensu Iudaei antea Christi sermonem intellexerant. Nisi autem postremum illud Christi dictum hoc sensu pronunciatum esse fateamur, iam Christum quoque nec absurdo illorum errori et crassae opinioni respondisse nec discipulos dubitantes clarius instituisse fateri cogemur. Interim ineffabilem illum carnis Christi fructum non negamus, quem in crucem pro nobis suspensa, non manducata, tulit. Cum ergo de corporea manducatione Christus illud pronunciet, certo hinc constare credimus et scimus Christum carnem suam ad manducandum nobis non dedisse unquam, cum manducata non quicquam prodesse possit. Qua de re multa hinc inde (quorum recitatione prudentiam vestram interturbare absurdum et inconveniens esse nobis visum est) scripta extant, multa etiam, quae hanc nostram sententiam manifeste oppugnant, sed (si modo, quod verum est, libere et ingenue proferri debet) argumentis et rationibus plus satis infirmis; sed de hoc nunc non est dicendi locus. Quisquis enim clarissimum illud divini verbi et veritatis lumen inconniventi oculorum acie intueri potest, eidem haec quoque de praesenti hoc Ioannis loco dicta possunt sufficere. Ex hisce ergo Christi salvatoris nostri verbis luce clarius demonstrari potest, quod et altera illa coenae verba, quae sunt: hoc

20 comesa] commesa *(Manuskript)* — 24 dubitantes] dubitates *(Manuskript)* — 36 inconniventi] inconvenienti *(Manuskript)*.

est corpus meum, quod pro vobis traditur, figurata et tropica dicendi formula pronunciarit, nec unquam illa substantive iuxta germanum et naturalem vocabulorum sensum intelligi aut exponi voluerit. Si enim caro ipsius manducata non prodest quicquam, haud dubie nec ad manducandum illam nobis exhibere aut dare voluit.

Deinde ex illis ipsis verbis facile colligitur, Christum nequaquam in ea fuisse sententia, ut caro ipsius ex pane isto conficeretur. Cum enim disertis verbis dicat: hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur, impossibile omnino est, ut panis corpus Christi revera sit. Panis enim pro nobis nec traditur nec unquam traditus est. Quod si vero corpus ipsius vere esset, idem hic etiam necessario pro nobis traditus et in crucem suspensus fuisset, cum hoc corpus suum esse dicat Christus, quod pro nobis traditur.

Postremo ipse Christus quoque, coenae huius institutor, potum, quem discipulis in coena porrexit, vini nomine appellat, cum nimirum inquit *[Matth. 26. 29]*: „Non bibam posthac de generatione vel fructu vitis“ etc.

Sed et ipsi apostoli panem hunc non alio quam signi loco vel ceu symbolum aut tesseram esse iudicaverunt nec unquam corpus Christi nominarunt (quemadmodum Actorum 2. *[Act. 2. 42]* videre licet, ubi scriptum est: „Erant autem perseverantes in doctrina apostolorum et communicatione et fractione panis“ etc.), sed panem duntaxat, ut ex loco modo annotato colligi potest: quod ipsum tamen nunquam admittere ausi fuissent, si solenne illud gratiarum actionis, unanimitatis et dilectionis Christianae symbolum Christi corpus esse unquam credidissent. Similiter Actorum cap. 20. *[Act. 20. 7]* ad eundem modum legitur: „Uno autem die sabbatorum cum convenissent discipuli ad frangendum panem, Paulus praedicabat illis“ etc. En, ut hoc quoque loco panis fractionem, non corpus Christi, Lucas nominet.

Praeterea Paulus apostolus in priori ad Corinthios epistola cap. 11. panem et vinum ne semel quidem carnem et sanguinem Christi nominat, panis et vini vocabulis haec denotavisse contentus. Ad haec apostolos nunquam eo negligentiae devenisse suspicari debemus, ut non maiori studio et honore corpus Christi coluissent (si modo illud revera et essentialiter praesens adesse credidissent), quam illos fecisse sacris literis proditum sit. Unde rursus non obscure coniici potest ipsos coenam hanc vel panem *μνημόσυνον* et signum memoriale iudicavisse, eius corporis nimirum, quod pro nobis in ara crucis mortuum est et postea in coelos subvectum ad dexteram patris considet.

19 tesseram] tessaram *(Manuskript)* — 37 sit] est *(Manuskript)*.

Universus quoque veterum doctorum chorus, qui annis abhinc retro circiter mille et centum floruerunt, in ea sententia semper fuit, ut coenam hanc illud ipsum esse crederet ac doceret, quod nos esse certis, firmis ac invictis rationibus modo demonstravimus. Qua de re Oecolampadius abunde satis disputavit nuper[4]. Caeterum huius nostrae sententiae evidens argumentum est, quod nunquam apud veteres haereseos crimine notati sunt, qui coenam non aliud quam solenne et mysticum charitatis et concordiae signum vel symbolum esse tradiderunt. Quod ipsum tamen nunquam neglexissent tam oculati ac sancti homines, siquidem ipsissimum Christi corpus esse credidissent.

Secundum, quod hoc loco demonstrare instituimus, est, quod adversariorum sententia Christianae fidei articulis prorsus contraria sit, his nimirum: Ascendit ad coelos; sedet ad dexteram dei patris omnipotentis; unde venturus est ad iudicandum vivos et mortuos. Si enim in coelis est sursum, in terris hisce corporaliter esse nequaquam potest. Corpus enim ipsius, etiam post resurrectionem, nullo modo instar divinitatis omnibus in locis esse potest. Angelus enim mulierculis Christum in sepulchro quaerentibus dicebat *[Matth. 28. 6]*: „Surrexit, non est hic“. Quod ipsum de sola humana natura intelligere oportet; iuxta divinam enim ubique est. Praeterea, si in pane semper nobiscum futurus erat, nunquam sane dixisset *[Joh. 16. 28]*: „Iterum relinquo mundum et vado ad patrem“. Nec hic quicquam nonnullorum exceptio iuvabit, qui illum visibiliter quidem adesse negant, sed eundem invisibiliter adesse contendunt. Angeli enim in Actis cap. 1. *[Act. 1. 11]* ipsum, cum rediturus est, visibiliter rediturum esse testantur. Ad haec, quod illi de visibili et invisibili praesentia adducunt, eorum commentum est, qui veritatis viribus resistere non possunt, nec ullo divini verbi certo ac solido fundamento innititur. Praeterea utranque in Christo naturam, divinam nimirum et humanam, probe distinguere decet, ne forsan humanitati in ipso sensu (quamvis, quod verba attinet, ipse Christus quoque naturarum nomina et proprietates propter communicationem idiomatum communes faciat, eo nimirum, quod utraeque istae naturae simul coniunctae unum duntaxat Christum constituant) tribuamus, quod solius divinitatis est. Ut, ubique esse, soli divinitati convenire potest, nec ullo modo humanae naturae debet tribui; alioqui Christum nec ad coelos ascendere nec ad inferos descendere oportuisset; nam iam antea quoque illic affuisset corpora-

13 ff. *Zu den Bibelstellen im Manuskript am Rande:* merae gnomae.

[4]) *Auf der Disputation zu Baden.*

liter, imo illinc corporaliter nunquam discessisset. Ab aeterno enim ad dexteram dei ipsum corporaliter esse oportuisset. Quod autem creatum est, infinitum non est, nec unquam efficitur, ut infinitum sit.

Tres isti praestantissimi ac inexpugnabiles sacrae scripturae loci: „Caro non prodest quicquam *[Joh. 6. 63]*"; „hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur *[Luc. 22. 19]*"; et: „sedet ad dexteram dei patris omnipotentis *[Marc. 16. 19]*", tanta authoritate ac robore muniti sunt, viri prudentissimi, ut omnem potius divini verbi fidem, omnes simul fidei Christianae articulos vacillare ac intercidere necesse sit, quam ut ullis fide dignis ac veris rationibus carnem et sanguinem hic praesentem esse demonstrari possit. Quaecunque enim hic obiiciuntur obstacula, quaecunque effugia quaeruntur, fuco quidem aliquo sese venditare[5] possunt, ut non omnino nihil esse primo intuitu videantur; virium vero non plus habent, quam flores quidam ephimerii: ut primum enim vero et vivifico divini verbi vento continguntur, evanescunt.

Vos ergo, viri prudentissimi et domini clementissimi, per deum et fidem veram, qua simul vobiscum in illum credimus, oro et obtestor: Primum, ne nostrae ecclesiae et inclytae Tigurinorum civitatis (quam vobis singulari studio et amore commendatam esse non dubito) exemplum vel contemnere vel damnare libeat, quae omnes, cuiuscunque tandem sint generis, libros, papisticos, anabaptisticos, de corporea carnis et sanguinis Christi in pane praesentia conscriptos libere venundari, emi legique permittit. Eodem modo vos quoque invictissimos et inexpugnabiles d*omini* Oecolampadii, fratrum Argentinensium, Augustanorum ac meos libros, qui in huius rei tractatione conscripti sunt, in urbe vestra vaenum exponi, haberi ac legi patiamini. Nam si apostoli sententiam *[1. Thess. 5. 21]* sequi voluerimus, omnia probare et, quod bonum est, retinere debemus. Qua ratione autem aliquid probare dici poterunt, qui in hoc incumbunt, ut caveant, ne a quoquam cognosci et intelligi possit? Deinde ut iuxta primitivae simul et nostrae, quae Ulmae, Tiguri, Constantiae et aliis in locis quam pluribus est, ecclesiae exemplum utranque de coena Christi Iesu sententiam citra omne impedimentum coram tota ecclesia praedicari et audiri et ecclesiae de his iudicandi potestatem facere permittatis. Si enim illud fiat, unus et idem spiritus omnes ecclesias unanimes et eiusdem sententiae studiosas reddet. Quodsi vero illud

1 nunquam] unquam *(Manuskript)* — 17 veram] vestram *(Manuskript)* — 20 damnare] damare *(Manuskript)*.

[5]) *Zu der Redensart fuco se venditare vgl. Erasmus: Adagia, Chil. I, cent. V, prov. 52 (p. 201 in Band II der Gesamt-Ausgabe von 1703).*

minus permissum fuerit, iam de sententiis istis pugnae, discordiae et concertationes in iis quoque ecclesiis exorientur, quae ad euangelii partes concesserunt. Iam nunc enim quosdam ex euangelistarum numero[6] videre licet, qui, quod veritatis praesidio minus oppugnare possunt, huiusmodi artibus opprimere conantur, ut curent videlicet, ne a quoquam legi possit, imo publicis quoque edictis eiiciatur. Quorum exemplum haud dubie episcopalem illam tyrannidem denuo excitare et confirmare poterit. Praeterea de hoc quoque vos nequaquam dubitare velim summam illam et unanimem inter nostrates concordiam, quam deus gratiae suae munificentia tam urbi quam agro Tigurinae ecclesiae concedere dignatus est, quaeque divino sic favente numine indies magis magisque excrescit, non minimum initium et augmentum hinc sumpsisse, quod adversariorum quoque scripta libere a quovis lecta, mox autem veri ac vivifici verbi dei armis expugnata et prostrata sunt. Sed et ipse me totum vobis offero, sic ut, a vobis vocatus, mox ad vos profectus, hanc sententiam nostram, quae et Christi est, coram ecclesia vestra ingenue docere velim. Vel si illud vel nobis vel prudentissimo Tigurinae civitatis magistratui propter negotia quaedam magis ardua minus commodum fuerit, nunquam tamen vobis deero, quin efficiam, ut alius quispiam vel etiam duo pluresve e nostris aut Basiliensibus vel Argentinensibus hoc ipsum praestent. Deus opt*imus* max*imus* tam vos quam ecclesiam vestram universam sibi commendatam habeat. Mutuis precibus pro communi omnium salute contendamus semper. Quodsi quid hisce nostris inest, quod vel vos vel aliquem e vestratibus offendere possit, vestrum erit illud libere simul ac brevibus nobis exponere. Ubicunque enim erroris convinci potero, meliora doceri simul ac docere non detrecto. Oecolampadius noster d*omino* Pircheimero pie simul ac Christianissime respondit[7]. Huius ergo responsionem ne aspernemini nec reiiciatis, viri prudentissimi. Indignum enim et minus amicum illud esset facinus, si ex urbe vestra contra quenquam hominum scripta aut libellos hostiles prodire permitteretis, interim vero responsionibus et apologiis aditum praecludere conaremini. Habetis etiam hic a nobis brevem institutionem, quam proximis Franckfurdianorum nundinis in huius negotii

2 iis] *ursprünglich* aliis *(Manuskript)* — 11 indies] indiges *(Manuskript)*.

---

[6]) *Es schmerzte Zwingli, daß katholische Orte der Eidgenossen seine Schriften verboten (vgl. die Zuschrift an Uri vor der Antwort an Compar, Bd. IV, Nr. 53), wie viel mehr, daß auch auf evangelischer Seite dasselbe geschah, in der Markgrafschaft Baden und anderwärts.* — [7]) *s. Nr. 496, Anm. 1.*

expositionem conscriptam in lucem dedimus[8]. Vos omne hoc eo animo, quo nos haec conati sumus, accipere dignemini.

Tiguri, 6. Nonas Iulii. Anno M.D.XXVI.

---

[8]) *Zwinglis Schrift „Eine klare underrichtung vom nachtmal Christi“ usw., s. oben Nr. 460, Anm. 1.*

501.

Zwingli an Joachim Vadian.

(Zürich), 3. Juli (1526).

Gratiam et pacem per Christum.

Accipe, clarissime Vadiane, rerum, quas te nunc scire refert, capita. Comitiis ad exitum Iunii habitis[1] hęc acta sunt, si forte minus fideliter omnia legati vestri. Monuerunt Imperatorii, ne Helvetii occasionem dent Galliarum regi violandę pacis, atque hac monitione volunt honori suo consultum[2].

Faber petiit et obtinuit literas ab Helvetiis, quibus testantur ipsum strennue [!] ac fideliter rem gessisse[3]; id vero apud multos principum, quo scilicet facilius intellegas pecunię collectionem, quam non modo episcopi et abbates formicarum ritu coacervarunt, sed principum etiam non nulli.

St. Gallen, Stadtbibliothek: Litt. misc. XII. 271. Siegelspur.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 519f. Arbenz, Vadians Briefsammlung IV, S. 31 (Nr. 463).

---

[1]) *Gemeint ist die Tagsatzung zu Baden seit 25. Juni; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 951—957.* — [2]) *Eidg. Abschiede IV 1a, S. 953 litt. n: „Heimzubringen, was die herzoglich österreichischen Gesandten, nämlich Ritter Ulrich von Habsburg und Dr. Jakob Sturzel von Buchheim (am 27. Juni) vorgetragen". Dazu S. 957: Die Boten zeigten an, der Kaiser habe vor einigen Monaten mit dem Franzosen einen ewigen Frieden geschlossen, vornehmlich aus drei Ursachen (welche näher angegeben sind). Nun müsse aber F. D. (von Österreich) vernehmen, wie der Franzose damit umgehe, den Friedensvertrag zu brechen, und sie nehme an, daß der Papst und die Venediger mit ihren Anhängern bei diesen Praktiken tätig seien. Sie stelle nun, aus Liebe zur deutschen Nation von dem Wunsche erfüllt, allem aus dem Friedensbruch erwachsenden Übel vorzubauen, an die Eidgenossen das Ansinnen, daß sie zum Reich halten und den König von Frankreich vermögen, dem beschwornen Frieden nachzuleben, auch fremden Potentaten, besonders dem Papst und den Venedigern, keine Hilfe leisten und niemanden zulaufen lassen usw.* — [3]) *Der Entwurf ist abgedruckt Eidg. Abschiede IV 1a, S. 913.*

Idem Faber pro publica concione liberavit Helvetios iudicio disputacionis: nihil enim opus habere iudice, quę olim sint ab ecclesia iudicata; vulpeculam sequtus, quę, dum uvas impetrare nequiret, contempsit, quod non essent mature[4].

Quin, quod magis ridebis, iactavit, publice an inter pocula me fugit, se amore veritatis ab ecclesia stare; nam si Luteranus esse voluisset, potuisse ditissimum reddi Luteranorum promissionibus. Munificentissimos esse oportet Luteranos, qui Fabro pecuniam polliceantur. Ubi hic sermo auditus est, prorupit quidam ex Helvetiis, nomen exploratorem fugit, alioqui parum ęquus euangelio, in hanc indignationem: dii istos perdant! Nunc video nequam esse homines; Luterani enim adeo tenues sunt, ut pręter egestatem nihil possideant[5].

Berna allatum esse dixit rumorem Madius Claronensis[6], imo verum esse dixit: Berchtoldum denuo iure iurando adactum, ut nihil, quod postremo receptis articulis adversetur, deprędicet. Mentitus est impudens homo. Nam pro euangelio foeliciter certatum est 26. die Iunii Berchtoldoque missandi onus ademptum, propterea quod missam Baden defenderit non esse sacrificium. Constituti 80 aurei in annum et viginti modii tritici, octo vero baiulationes vini, „soum“[7] vocamus. Sacerdotium canonicale ademptum, sed sic, ut duobus annis eum fructus sequantur non aliter, quam si vita excessisset[8].

Hunc iuvenem de gente Heuensium[9] natum tibi commendo, ut in suo ei consilio adsis, medicus medicę cupido. Indole est ut optima ita pectore sagaci. Latinam linguam mediocriter callet, atque Hebręam, Gręcam degustavit. Si ergo videbitur, commendabis hominem Leoniceno Ferrariensi[10], ut is studiis eius consulat ac

---

[4]) *Vgl. Phaedrus, fabulae IV 3.* — [5]) *Bis hieher ist anderweitig nichts beizubringen.* — [6]) *Marx Mad, Landammann zu Glarus, s. Nr. 476, Anm. 5.* — [7]) *Saum = 150 Liter.* — [8]) *Über Berchthold Hallers wackeres Auftreten und den Erfolg vor großem Rat zu Bern am 26. Juni berichtet eingehend Anshelm 5, 172f. „Und also ward er zů predien bestät und von der korpfrůnd und meß absolviert“. Auch die Zahlen des Einkommens, das ihm zugesprochen wurde, stimmen mit den von Zwingli angegebenen. Über die zweite Schlußrede (Meßopfer) hatten zwischen Eck und Haller zu Baden Ende Mai sieben Kollationen stattgefunden; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 928. Zu Hallers Erlebnissen daselbst vgl. Anshelm a. a. O. S. 161f. Eidg. Abschiede IV 1a, S. 912.* — [9]) *Die Familie stand offenbar Zwingli nahe. Später schreibt wiederholt an ihn, dann auch an Bullinger und Leo Jud, Pfarrer Jakob Heuer (Hewer) aus dem Rheintal und Toggenburg. Über diesen s. Brief vom 8. März 1529.* — [10]) *Nicolaus Leonicenus Vincentinus wird von Keßler in der vita Vadiani (Anhang zu Sabbata² p. 603) unter Vadians Wiener Freunden genannt. Er hieß eigentlich Ognibuono, stammte aus Lunigo im Gebiet von Vicenza, lehrte in Ferrara und schrieb viele Kommentare zu alten Autoren. Zur Zeit dieses Briefes war er schon*

officio iuvet. Si prȩstandum erit, prȩsta; nos pro eo quoque prȩstamus, sive apud te, sive apud alios. Cupio tecum esse propter quȩdam, quȩ sibi non vult credi epistola, quod carta sit, animum esse oportere dictitans, qui ea ferre possit. Si ergo licet, aliquando ad nos venito. Nec tamen urgeo.

Vale.

3. Iulii *1526*.

Huldrichus Zuinglius.

Ioacimo Vadiano, viro clarissimo.

---

tot; er starb 1524. Ein Brief von ihm an Vadian, noch aus Wien geschrieben, s. Vadians Briefsammlung I 225f. Schon dort wird ein Schüler (Christophorus) erwähnt, den Vadian an ihn empfohlen hatte.

502.

Martin Bucer an Johannes Oecolampad und weiter an Zwingli[1].

Straßburg, 8. Juli (1526).

Charissimo et doctissimo Oecolampadio.

Gratia et pax.

Non est satis a papistis persecutionis, nostros patres et symmistas simul in nos furere oportet. Gratia deo, nihil novi accidit. Dominus potens est contra utrosque tueri. Habes hic prologum illum galeatum[2]; sed ita nobis videtur occurrendum, ut uterque, tu et noster Zwinglius, scribatis, et uterque nostra lingwa. Iactat enim Lutherus in illo ameno prologo suo, que contra nostram fidem in libello contra

Autograph verloren. (Es war laut Nr. 505 an Oecolampad zurückzusenden.)

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 fol. 208, beidseitig beschrieben. Kopie von Konrad Pellikan.

*Abdruck: Hottinger, Hist. eccl. VIII 238—244, bis zum Zeichen * S. 650. 3; Schluß ungedruckt.*

---

[1]) *Dieser Brief vom 8. Juli 1526 gilt inhaltlich sowohl Oecolampad als Zwingli. Bucer adressierte ihn an Oecolampad und bemerkt am Schluß, er schreibe, aber wegen anderem, auch an Zwingli — es ist der Brief vom 9. Juli (Nr. 503) — werde sich dort auf das vorliegende Schreiben beziehen und bitte darum, dieses auch an Zwingli zu schicken. Oecolampad kam diesem Auftrag nach und legte seinem eignen Brief an Zwingli vom 12. Juli (Nr. 505) den Bucerschen bei, aber mit dem Ersuchen, ihm denselben wieder zurückzustellen. Das tat Zwingli, nachdem er sich durch Pellikan eine Abschrift hatte anfertigen lassen. Nur diese letztere hat sich erhalten und wird hier abgedruckt, während das Original untergegangen ist. —* [2]) *Vorläufig berichteten Capito und Oecolampad davon an Zwingli am 11. u. 23. Juni (Nr. 494, Anm. 6 u. Nr. 498, Anm. 2). Jetzt sendet Bucer diese erste wichtige Kundgebung Luthers im Sakramentsstreit gedruckt an Zwingli. Noch ist es keine selbständig erschienene Schrift Luthers, sondern nur eine Vorrede (prologus) zu der deutschen Ausgabe des schwäbischen Syngramma; vgl. Näheres bei Köstlin-Kawerau, Luther*[5] *2, 82f. Der Titel des ganzen Drucks lautet: „Gegrundter vnd gewisser beschlus etlicher Prediger zu Schwaben vber die wort des Abentmals Christi Jesu (Das ist mein Leib) an Johannem Ecolampadion*

Carolo*stadium*, nempe altera parte „Wider die himliſchen propheten“ [3] scripsit, a nemine adhuc deiecta. Velim igitur Zwinglius scriberet libellum Germana lingwa, in quo amice, sed tamen graviter Lutherum admoneret, ne nimium sibi fideret et agnosceret se in hac causa non bono spiritu duci. Eius poterit ille multas multo probabiliores coniecturas obiicere, quam ille sint, quibus ille nostra conatur evincere non ex bono spiritu proficisci, vel ille enim, quod iis argumentis utitur, quibus non sua modo, sed eciam sacra biblia, si fidem mererentur, probaret ex Satana esse. Nam et hec sepe aliis verbis rem eandem efferunt et sane magis diversis, quam tu et Zwinglius de eucharistia sitis loquuti. Item quod iam non Paulina confidencia omnia sua iactat et damnat *[Gal. 1. s. 9]*, quae aliorum, et damnat ita, ut, quicquid docetis, non hoc tantum dogma, diabolo adscribat omnemque in omnibus fidem derogans, ita Christum ipsum, quem docetis, multo nocencius Fabris et Ecciis persequens; denique, quicquid quisque vel in speciem diversum ab illis docuerit, mox audire ab eis ſchwermer, rottengeiſter, falſch propheten. Istę, inquam, et innumere alię coniecture sunt ipsum hic hominem agere et suo, non Christi spiritu ferri. Has praestaret quam luculentissime colligi et illis probare studium ipsius hac in re et pervicatiam non posse esse a spiritu Christi. Zwinglius non infeliciter id posset. Tantum oro, ut sanabilem sibi Lutherum fingat ac tractet ut fratrem, quem erroris quidem velit admonere *[Matth. 18. 15]*, idque graviter, sed ita, ut non Lutherus tantum, verum eciam omnes lectores non possint non agnoscere ex sincera tum Christi tum eius dilectione omnia proficisci. Nihil elevet, vel tolerabile praedicet, quecunque in eo sunt domini, ut multa sunt. Que omnino notanda sunt, notet candidissime, semper prae se ferens, nisi glorie Christi derogarent, nequaquam fuisse notaturum, eoque tam diu distulisse, nominatim ipsius tanquam adversarii meminisse. Ut enim nihil aliud certe nostrum est, ut alienissimi simus ab eo, quod in ipso culpamus, et Christi spiritum prae nobis feramus luculencius,

5 Eius] *sc.* coniecturis — 11 *vor* confidencia *gestrichen* eloquencia — 26 quecunque] *ursprünglich* quēcunque.

---

geschriben, von newem durch Johannem Agricolam verdeutstht [!]. Aigentlicher bericht D. Martin Luthers den yrthumb des Sacraments betreffend. Hagenaw, durch Johan Secerium. Anno xxvi.“ W. Köhler, Bibliogr. Brentiana Nr. 18 (S. 6). Vgl. Weimarer Lutherausgabe XIX 447 ff.

[3]) *Diese Schrift gegen Karlstadt hatte Luther in zwei Teilen erscheinen lassen; der erste wurde noch 1524 im Druck fertig, der zweite gegen Ende Januar 1525; Näheres bei Köstlin-Kawerau a. a. O. 1, 685. Weimarer Lutherausgabe XVIII 37 ff. Titel oben Nr. 362, Anm. 12.*

qui sequi illum cercius nobis videmur. Sed dici nunquam non potest, quam prematur error ille nostra hac Christiana modestia; Paulinum omnes hodie malunt quam Lutheranum ingenium et stilum. Predicant omnes tua „Apologetica“[4] fere tantum lucrari Christiana illa et nequaquam fracta tantum modestia, quantum argumentis, imo ut argumenta expendantur et non cicius repellantur, quam discuciantur, modestie illi debemus. O quam franget erroneam istam fiduciam! Vide, optime Luthere, ut hic diversus es a Christo, alienus a Paulo, vide, ut frivolis coniecturis invictam veritatem oppugnes, vide a cuius partibus stes! qui agis, ut omnia nostra Satane esse totus orbis credat! Ubi mens Paulina gaudens Christum et per occasionem praedicari *[Phil. 1. 18]*? ubi fructus pietatis tui dogmatis, ubi damna, quę dat nostrum? etc. Oblitus mei, memores moneo; fit autem nimio quodam studio Christiane modestie. Qua, scio, hostes domini universos nos victuros preter id, quod ita Lutherane acerbitatis ac minime Christiane confidencie fermentum ex multorum cordibus expurgabimus, quod unice necessarium est, nisi volumus perturbari omnia. Ergo in priore parte Zwingliani libri velim, ut Lutheri coniecturas refelleret et suis ostenderet ipse se atque convinceret suam pertinaciam sic, et studium non esse spiritus, crebro monens, ne velit dominari in clerum neve extingwere spiritus aut contemnere prophecias *[1. Thess. 5. 19]* aut ecclesie iudicium sibi et suis arrogare solis, quos, ut apparet, minus possemus ferre quam episcopos atque academias, et non velit ad vim converti, diffisus verbo, quod ipse, sui, hactenus fecerunt, curantes per magistratus libris vestris interdici, cum prostent quibuslibet papistis, quo pacto prohibuerunt contra Paulum ceteros diiudicare et dominos se fidei nostre fecerunt *[2. Cor. 1. 24]*. In altera parte iam nominatim solvat argumenta Lutheri, que nituntur quatuor illis locis: „hoc est corpus“ etc.; „panis, quem frangimus“ etc.; „reus erit corporis et sanguinis“ etc.; et „probet seipsum homo“ etc. Tantum voret servus Ihesu Christi tedii et legat ipse hec. In altera parte „Wider die himelschen propheten“ non sinat remorari se mare conviciorum et sannarum, in quo ista innatant. Urgeat autem diligenter ubique de iis ipsis verbis: „hoc est corpus meum“, quod et veritas operum domini et analogia fidei non sinant sensu corporali ea accipere, sicut nec illa: „tu es Petrus“,

14 Qua] *ursprünglich* Quo — 18 Zwingliani] *ursprünglich* Zwinglio.

---

[4] *s. Nr. 497, Anm. 2. „Apologetica. De dignitate Eucharistiae sermones duo. Ad Theob. Billicanum, quinam in verbis caenae alienum sensum inferant. Ad ecclesiastas Suevos antisyngramma Io. Oecolampadii.“ Zürich, Froschauer 1526. Strickler, Literaturverzeichnis Nr. 271.*

ac alia innumera. Ita enim dementarunt homines, ut nolint plerique alia loca scripture audire, nisi ex his ipsis probetur eis sensum carnalem non posse hic consistere. Id autem persuasistis nunc multis, potissimum istis argumentis. Si velint intelligi panem corporaliter suum corpus esse, oportuisset id esse sensibiliter, ut omnia opera domini. Item oportuisse corpus panem pro nobis passum fuisse. Item isto modo avocabimur ad elementa mundi *[Gal. 4. 3. 9]*; tum mire vulgare cepit esse, ut nostri rogent adversarios: Quid ad eos ista verba? Rogant, ubi ipsis facta sit facultas ex pane faciendi corpus, et hec verba cum ea efficacia repetendi. Postremo, quod nullus hinc possit expectari fructus pietatis et memoria mortis domini impediatur. Ea, quam poterit, vulgariter tractet, nihil augustioris philosophie admittens, sed ne patres quidem, nisi obiter, citet. Semper enim nobis adversarii obiiciunt, quod rationem sequamur et patres homines, et quod ab istis verbis tanquam invictis ad alia loca dilabamur; quare diligenter iudicandum, quam impium sit, id vicio nobis vertere, quod utique nihil aliud est, quam a luce arcere et vi detinere in obscuro. Verum iterum obliviscor mei. Velit tamen Zwinglius, et optime hec et supra votum praestabit. Utatur eo spiritu erga hos pro horum ratione, quo erga Fabrum pro eius ratione usus est. Sed velim eciam in titulo amicam ad Lutherum admonicionem, ne veritati obstrepat, et confutacionem der „fier gründ vom ſacrament wider die himliſchen propheten" polliceri, et mox in praefacione ad Christianum lectorem elevare eum dissidium, quod ita velit nos deus probare, tum ostendere, quam invitus cum Luthero congrediatur; sed ita voluisse dominum; se id facturum, ut tantum glorie dei studuisse videatur. Sic agere dominum, ut soli ipsius verbo credamus, nullis hominum commentis, ut ab uno deo et nulla humana authoritate pendeamus. Hec optarem scribi a Zwinglio[5]. A te vero[6], ut ipse quoque prologum istum tuo more excuteres et coniecturas impias illas fortiter confutares, ita tamen semper erroris sui monens Lutherum atque praeterite di-

---

[5]) *Zwingli ließ Oecolampad vorgehen und trat erst im Anfang 1527 gegen Luthers „Sermon Von dem Sacrament" usw. im Druck hervor; vgl. Brief vom 15. Januar 1527 (Nr. 575), Anm. 5.* — [6]) *Von Oecolampad wünscht Bucer sowohl eine Abwehr des Vorwortes Luthers zum Syngramma, als eine deutsche Übersetzung des Antisyngramma. Beides erschien zusammen unter dem Titel: „Billiche antwurt Ioan. Oecolampadij auff D. Martin Luthers bericht des Sacraments halb (vgl. oben Anm. 2 den Titel von Luthers Vorwort), sampt einem kurtzen begriff auff etlicher Prediger in Schwaben schrifft, die wort des Herren nachtmals antreffend. Ich bitt vmb verhör. M.D.XXVI". Am Schluß: Basel, Thoma Wolf 1526 (weiterer Anhaltspunkt für die Zeit fehlt). Näheres bei Herzog, Oecolampad 2, 110 ff. Weimarer Lutherausgabe XIX 451 f. (hier wird ein deutscher Nachdruck der Schrift Oecolampads vom gleichen Jahr beschrieben).*

lectionis, ut prae te feras spem resipiscencie eius. Tum Germanice eciam ipse responderes Syngrammati, accommodans te vulgi auribus*. Nescio, quam veremur obscuritatem; si vertatur tamen Antisyngramma, vulgi iudicium experiundum est. Illi ergo nos oportet accomodare. Egi hac causa diligenter cum Secerio[7], qui excudit, ut unum librum daret; non promisit quidem neque negavit; si impetrare poterimus, mittemus. Est sane versus liber adversariorum, quare prestaret te illum habere et propositis ipsorum verbis tua subnectere ac breviter, ut soles, et luculenter spiritu altero versa urgere, ut probent suam illam magiam; corpus per verba sua ista adfertur. Velim vero et te in prologo apud Christianos graviter queri de eo, quod te condemnant aliorum sequuti praeiudicia et tuam non admittant responsionem, cum reo plus temporis debeatur et Paulus facultatem faciat prophetandi singulis, iudicium relinquens toti auditorio *[1. Cor. 14. 27–29]*. Videretur eciam non incommodum, si fidei et doctrine tue summam paucis in prologo praemitteres, ut viderent omnes, qualis sis hereticus, et quam digne ita te proscindant adversarii. Cottidie oculos recipiunt multi. Dominus vere sternet istam arroganciam. Hec tumultuarie de nostris cogitacionibus volui tibi, Oecolampadi, ad tuam monitionem scribere. Nescio, an luscus Capito noster; ex altero enim oculo et capite supra certe, quam e re nostra sit, in praesenti laborat etc. Zwinglio velim literas legendas has nostras transmittas, et utinam utrique probetur, ut scribatis, et scribatis cum solita modestia tum ut simul tum Christi gravitatem contra superbiam istorum tueamini cum decoro; aliter enim non potest fieri: istos offendere oportet, si nolumus deesse glorie Christi. Tantum optarim nos illos offendere cum ędificacione electorum.

Vale in domino.

Zwinglio scribo, sed de aliis, me referens ad hanc epistolam[8].

Argentorati. 8. Iulii[9].

(Äußere Adresse fehlt).

5 accomodare] *ursprünglich* accomodari — excudit] excusit.

---

[7]) *Johann Secer, Buchdrucker zu Hagenau im Unterelsaß, ist der Herausgeber des übersetzten Syngramma, s. oben Anm. 2. Secer übernahm 1523 die Druckerei seines Schwagers Anshelm und stellte seine Presse sofort energisch in den Dienst der Reformation. 1532, nach Secers in diesem Jahre erfolgtem Tode, übernahm sein Schwiegersohn Peter Brubach die Presse (bis 1536). Vgl. A. Hanauer: Le protestantisme à Haguenau 1905. Derselbe: Jean Setzer (Revue d'Alsace 3, 1—34). Steiff in A. D. B. XXXIV 49 f.* — [8]) *Zum ganzen Briefschluß vgl. folg. Brief Anm. 9 u. 10.* — [9]) *Jahrzahlt fehlt. Sie ist 1526.*

503.

Martin Bucer an Zwingli.

(Straßburg), 9. Juli (1526).

Gratia et pax. Fortiss*ime* Zuingli!

Quod Capito noster sępe magis ad iuvandum miseros quam prospiciendum rebus suis propensus est, praeter pericula aliquoties iam luculentam rerum etiam iacturam fecit. Ex sacrificulis ille noster praeclarus nuncius est, qui ob euangelion exulant, vitae inculpatae, nisi quod non valet summa ingenii dexteritate et soleat nonnunquam a vino superari; omnino enim est capite, ut nostri aiunt, non bene obfirmato. Hunc igitur ut simul aleret et nuncio uteretur, impensis Cephalęi[1] ad te misit, qui legatione ista tam egregie functus est, ut per Frib*urgum* ubique spargatur et incęperit hic cantio esse: tandem proditionem nostram patefactam, deprehensum in nostris literis, quid mali moliamur. Hoc scilicet adhuc inter reliqua fatis nostris deerat. Scripsit Helvetiis Capito graviter[2], ut mihi videtur, satis, quae indubie videbis. Caeterum a Wittenbergensibus non est, quod per me aequi aliquid expectes, qui iam non minore, quam forte tu ipse, illorum indignatione gravor. Pręcipue male propitium habeo et dira minantem Pomeranum, cuius psalterium[3] veritate conspur-

4 rerum etiam *übergeschrieben* — 11 f. deprehensum . . . moliamur *am Rande nachgetragen* — 14 *vor* a *gestrichen* q — 17 veritate *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 295. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 520—522.

---

[1]) *Wolfgang Köpfel, Buchdrucker in Straßburg; s. Nr. 408, Anm. 6. Zur Sache vgl. Nr. 494, besonders Anm. 4 am Schluß. Der Name des ungeschickten Boten: Johannes Buchli; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 956.* — [2]) *Capito an die Boten der XII Orte in Baden, aus Straßburg am 8. Juni; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 968f.* — [3]) *Psalter wol verteutscht auß der heyligen sprach. Verklerung des Psalters . . .; Titel s. Nr. 428, Anm. 8. Bugenhagen vernahm über Augsburg, Bucer habe seine Erlaubnis, das Werk frei zu bearbeiten, benutzt, um in der Erklärung des 111. Psalms bei Vers 5*

cavi. Voluerat in me scribere, sed statuit Hercules ipse cum omnibus monstris simul congredi. Tu dic Pelicano, vocatum in periculum ipsum, me prodituram huius mei peccati authorem. Alii narrant, postquam ingrati adeo sumus et tanti dissentientium a se sanctimoniam facimus, dixisse indignantem, sibi posthac victurum et nihil deinceps scripturum. O caro, o Satan, quae nobis negotia facessis! Nobis pergendum erit in adserenda gloria dei, et videbimus arrogantiam istam evanescere.

Tota Holandia et Frysia per Rodium[4] *et* alios quosdam pure iam sapit; resipiscunt quotquot et per Flandriam, Brabantiam atque Geldriam sunt Christiani. Apud Saxones et Nurmbergenses regnat adeo Lutherus, ut plerique in his nostris nundinis nihil nisi Lutheranum voluerint emere. Vide, ut facile ex hominibus deos facimus *[Act. 14. 11. 12]*. In ditione Marchionis Bad*ensis* efficit Strauss quidam[5], ut nostris libris edicto principis interdicatur. Is omni septimana unam concionem in nos habet et nuper, cum argumenta ipsum deficerent, incępit cum lachrymis hortari plebem ad precandum, ut deus vellet Christum sibi in pane servare, e quo, si ipsum contingat eximi, actum esse de Christianismo. Ibi cordatus aulicus et probe sentiens dixit in aurem primario inter principis senatores: Struthio noster hic videtur facere, quod nautae solent, qui tum demum ad precandum hortantur, quos vehunt, cum arti suae et remis diffisi imminere iam nauffragium [!] sentiunt; ita iste caussae suae videns nauffragium [!] adesse, nec potens argumentis et per scripturas illud

9 et Frysia] *vor* et *gestrichen* p — alios quosdam *am Rande nachgetragen* — 15 libris *übergeschrieben* — *vor* principis *gestrichen* p̄ — 24 adesse *übergeschrieben* 24 f. illud avertere *übergeschrieben über gestrichenem* sustentare.

---

die Zwinglische Abendmahlslehre einzuschalten; er wollte (s. unten Nr. 531) das, was Bugenhagen selbst an der Stelle vom Abendmahl bemerkt, verdeutlichen (man dachte auch an Pellikan, der das Werk in Basel korrigierte, als den Interpolator). Dieser Sache nahm sich Luther selber an, indem er sie, zugleich mit eignen Reklamationen gegen Bucer, in einem Beschwerdebrief erledigte, während Bugenhagen einen Protest ausgehen ließ. Weiteres bei Hering, Bugenhagen S. 43f. Baum, Capito und Butzer S. 365 ff.

[4]) *Johannes Rode, ein Friese, Rektor des Hauses der Brüder vom gemeinsamen Leben zu Utrecht und dessen Schule, die Seele der reformatorischen Bewegung daselbst, ist am bekanntesten durch die Reise zu Luther und Zwingli, um ihnen Wessels Schriften und brieflich Höens Abendmahlslehre vorzulegen, die auf Zwingli und die Straßburger von bestimmendem Einfluß wurde (vgl. zu Honius, Nr. 470, Anm. 4). „Wegen Luthers" wurde Rode 1522 abgesetzt, dann nochmals zu Norden wegen seines Gegensatzes zu Luther; er hatte seit 1526 kräftig in die evangelische Bewegung Ostfrieslands eingegriffen, woher diese statt des bisher lutherischen ein reformiert-schweizerisches Gepräge bekam. Vgl. L. Schulze in P. R. E., Bd. XVII (1906), S. 61—67.* — [5]) *s. Nr. 458, Anm. 1.*

avertere, convertitur tandem ad preces; equidem nullum pro hac re vel pater noster dixero, satis habens Christum regnare in coelis. Ita stulti improba sua insectatione efficiunt, ut veritatis inde homines reddantur et curiosi et amantes. Nurmbergensis Osiander[6] dedit tandem ad nos post diuturnum silentium et multoties provocatus literas, significans se carnem adserere praesentem, de nobis vero dubitare; consilium suum esse, ut per literas de re hac commentemur, si quo modo possimus in eandem sententiam conspirare et dissidium hoc inter nos amoliri. Rescripsimus ei libere, quod sentimus et docemus, et expostulavimus cum eo de iniquitate, qua illic per magistratum libris tuis et Oecolampadii interdictum est legendis. Ionae Wittenbergensi[7] miseram tuum primum in Fabrum libellum, in quo meministi te cum Luthero facile conventurum, citra intercessionem illius, et monueram, ut paci ac concordiae restituendae vellet dare operam. Rescripsit[8], se legisse tua et Oecolampadii omnia, sed tam fortia non deprehendisse, ut a simplicitate verborum domini cogant recedere; quare si ad nostra conniverent, ligari se blasphemiae; cogitaturum tamen de pace; nam hodie adhuc te, Oecol*ampadium* ac nos ut fratres et amicos se complecti, doctrinam autem nostram hanc nunquam probaturos. Statui rescribere, his parum respondere, quae agit modo et scribit Lutherus: nos non posse agnoscere ex spiritu Christi studium illud esse, quo ille totum Christum in nobis Satanam facit ac enixius nobis omnem fidem derogat, quam ulli fere papistae. Nos, cum aliter fieri nequit, non postulare, ut nostra probent, quando, ut aiunt, non possunt ea non blasphema agnoscere; damnent nostra, sed scripturis, eisdemque sua probent; tantum sinant ab ecclesiis et nostra legi, ut possint Christiani, quorum iuditium est, omnibus probatis bona amplecti *[1. Thess. 5. 21]*; neque damnent, quae esse Christi in nobis inficiari non possunt, ob hoc dogma, nos idem vicissim facturos,

3 inde *übergeschrieben über einem gestrichenen nicht mehr lesbaren (mit* pr *beginnendem) Worte* — 5 se *übergeschrieben über gestrichenem* ipsos — 19 hanc *übergeschrieben* — 21 ex *übergeschrieben* — 28 esse *übergeschrieben.*

---

[6]) *Über ihn s. dessen Brief vom 6. Mai 1527.* — [7]) *Justus Jonas (1493—1555) von Nordhausen, anfangs Erasmianer und Jurist, 1521 als Propst der Schloßkirche und Professor des kanonischen Rechts nach Wittenberg berufen, dann aber der theologischen Fakultät beitretend, machte sich als eifriger Anhänger Luthers verdient durch geschickte Übersetzung zahlreicher Schriften desselben und Melanchthons, auch um die Einführung der Reformation, besonders in Halle, in deren Dienst er überhaupt seine reichen Gaben und seine Arbeitskraft voll eingesetzt hat. Als Polemiker verletzte er durch persönlich gehässige Ausfälle. Vgl. Kawerau in P. R. E., Bd. IX (1901), S. 341—346.* — [8]) *Eine wörtliche Stelle in Nr. 505.*

orantes, ut nos tandem dominus in unitatem spiritus adducat. Equidem certo scio, si tantum tua et Oecolampadii possent passim legi, brevi videremus paucissimos Christianos a partibus adversariorum staturos. Quid Capito et ego cogitaverimus de responsionibus vestris ad prologum Lutheri, ad Oecolampadium perscripsi[9]. Capito noster fere luscus factus est[10]; quod illi immissum est, ne nimium lasciviat, mire alioqui petulans et a cruce alienus. Vix vidisti hominem, cui plura accidant. Equidem soleo illi dicere multo charissimum ipsum deo esse, quem tot tamque variis flagellis cedat.

Salutant te fratres. In domino vale cum tuis et saluta nostro nomine Pelicanum [!], Leonem[11], Myconium ac reliquos.

Vale iterum atque iterum.

Argentorati 9. Iulii[12].

Martinus Bucerus, tuus.

Fortissimo Christi preconi Huldericho Zvinglio,
observando amico et praeceptori.

1 nos *am Rande nachgetragen* — *vor* spiritus *gestrichen* ps — 2 *vor* Oecolampadii *gestrichen* Zw — 5 ad] *ursprünglich* id — 6 fere *übergeschrieben* — 16 praeceptori] *tori Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen.*

---

[9]) *s. vorigen Brief; zum Verbot der Schriften Zwinglis und Oecolampads s. Nr. 500, Anm. 3.* — [10]) *Ebendort S. 650. 20 f.* — [11]) *sc. Iudae.* — [12]) *Jahrzahl fehlt. Die Anmerkungen weisen sicher auf 1526.*

504.

Thomas von Hofen[1] *an Leonhard Tremp*[2] *(und dieser an Zwingli).*

(Straßburg), 9. Juli 1526.

Min fründtlich grüß unnd alles güts zůvor. Erſamer, wyſer, ſunders lieber unnd gůtter fründ.

Als ich herab gan Straßburg komen bin, iſt die diſputation, zů Badenn in Ergöuw gehaltenn, zum teil, der ſubſtantz nach, getruckt[3]. Derſelbenn büchlin hat doctor Capito ettliche meiſter Ůlrich Zwinglin ſchickenn wollenn. Alſo iſt der bott zů Wettingenn by Badenn nidergeworffenn unnd im die büchli unnd brieff genomenn unnd uffgebrochenn. Uff ſöllichs hand miner herrenn der Eidtgnoſſen bottenn der xij ort ab nächſtgehaltnem tag zů Badenn dem genampten doctor Capito einen ſchmächlichen brieff zůgeſchickt, unnd er hinwider inenn ein andtwurt, als

1 fründtlich] frundtlich — 6 schickenn] *v. Hofen setzte an mit gschickt, und verbesserte dann.*

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Aus einem Bande, S. 235, 236. Siegelspuren. Abdruck: Sch. u. Sch. VII 524 f., lateinische Übersetzung, ohne den deutschen Wortlaut. Der letztere großenteils bei Strickler, Aktensammlung 1, Nr. 1485.

---

[1]) *Thomas von Hofen, von Bern, wird von Anshelm seit 1515 als Mitglied des großen Rates und 1524 als Unterschreiber erwähnt. Im Herbst 1526 wurde er vom Rat in politischen Geschäften nach Genf gesandt, wohin ihm Zwingli wegen der Reformation der Stadt schrieb, anfangs 1527. Schon am 16. Oktober (vgl. 19. November) nachher meldet Haller an Zwingli seinen Tod. Seine Witwe Verena besorgte während der Berner Disputation in Tremps Haus für Zwingli und andere Gäste die Küche. Sie heiratete vor 1530 Hans Brunner, den Schneider. Weiteres vgl. im Briefe vom 11. Januar 1528.* — [2]) *Über Tremp, Zwinglis Schwager in Bern, s. Nr. 461, Anm. 1.* — [3]) *Die in Nr. 494, Anm. 4 genannte Schrift. Von Hofen soll an der Disputation zu Baden verstohlen Notizen gemacht und sie mit Beiträgen anderer zu dem Büchlein verarbeitet haben, das dann Köpfel in Straßburg druckte. Röhrich, Geschichte der Reformation im Elsaß 1, 315 f., mit Verweisung auf einen Brief Murners bei Strobel, Beiträge 1827, S. 88.*

ir an ingelegtenn coppyenn werdenn ſächenn, die ich üch ſampt dem büchlin der diſputation zůſchickenn[4]. Unnd wo ir mir ettwas wöllenn zůſchribenn, ſo ſchickenn den brieff in mins herren Lumbarts huß[5]; der kan mir den brieff wol alltag herabſchickenn. Unnd damit mir der brieff zůkome, ſo machen die überſchrifft an Thoman von Hofenn, der do wonot zů Straßburg by dem predicanten zů Sannt Martin, genampt Cimprian[6].

Nit mer dann: gott halt üch in ſiner hůt.

Datum Mentag vor Sannt Margrethen tag anno ꝛc. xxvj[0].

Thomas von Hofen.

An den erſamen, wyſenn Lienhart Trämpenn,
burger zů Bernn, ſinem liebenn unnd güttenn fründ. —

(Diese Adresse ist gestrichen und von Tremp ersetzt durch folgende:)

An meiſter Ůllrich Zwinglin zů Zürich.

4 *vor* mir *gestrichen* Ich — 5 zůkome] zůkomen.

---

[4]) *Vgl. zu den Vorgängen Nr. 494 und 496. Die „eingelegten Kopien" fehlen.* — [5]) *Wahrscheinlich das Haus St. Marxgasse 8 in Straßburg, das vorzugsweise als der „Lumbartshof" bezeichnet wird; doch scheint die Familie Lumbart gleichzeitig mehrere Häuser besessen zu haben. Vgl. A. Seyboth: Das alte Straßburg S. 171.* — [6]) *Symphorianus Pollio; s. Nr. 333, Anm. 18.*

505.

(Johannes) Oecolampad an Zwingli.

Basel, 12. Juli (1526).

Gratiam et pacem per Christum.

Non est, frater charissime, quod hostium metu minus aperte, quę opus, literis commendemus; sed interim consentiamus, ut dominus docuit *[Matth. 5. 25]*, adversariis, ne illi negocium facientes iudici tradant et impediatur euangelii cursus; ut salutationem in via discipulis vitare *[Luc. 10. 4]*, ita et nobis supervacaneas literas non scribere consultum. Et iterum nihil nobis formidabile, sicubi postularit usus, quandoquidem et mors lucrum nobis erit *[Phil. 1. 21]*. Neque tu aliter in gratissimis literis tuis[1] admones. Responsum est τοῖς ἡμῶν πρεσβεῦσι[2]. Exemplar[3]

5 et] *ursprünglich* ut — 9 πρεσβεῦσι *im Text undeutlich, daher zur Verdeutlichung noch einmal an den Rand geschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 135. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 522 f.

---

[1]) *Zwinglis Brief ist verloren. Die folgenden Sätze Oecolampads beziehen sich auf ihn und zugleich, wie es scheint, auf drei Beschlüsse der Tagsatzung zu Baden seit 25. Juni 1526, wie sie in Eidg. Abschiede IV 1a, S. 953 unter lit. i mit 1, 2, 3 bezeichnet sind (vgl. die drei nächsten Anm.).* — [2]) *In Baden war beschlossen worden, Orte mit „lutherischen" Geistlichen haben diese, wofern sie solche nicht verjagen wollen, wenigstens im Predigen einzustellen. Dadurch geriet namentlich Basel in Verlegenheit; es waren Unruhen zu befürchten. Der Rat ließ daher die Prediger vor sich kommen und wies sie an, für einmal die in Baden disputierten Artikel unberührt zu lassen und sich lediglich an das alte Mandat der bloßen Verkündigung des Gottesworts (von 1523) zu halten; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 955, lit. f. 2; S. 966 (6). Dieser Bescheid des Rates wird mit dem kurzen Satz: „responsum" usw. gemeint sein, so daß mit Exemplar ein neuer Satz anhebt.* — [3]) *Der zweite Badener Beschluß betraf die amtlich geführten Akten der Disputation. Sie waren fünffach geführt worden, von „Schreiber und Substitut" Huber in Luzern und von vier Notaren. Die vier letztern Exemplare hatte man dem Landvogt in Baden zur Verwahrung gegeben, während Huber als „der Eidgenossen zugesetzter Schreiber" das seine mit dem Auftrag zugestellt erhielt, es „lauter und gerecht abzuschreiben". Da nun bereits in Baden einige Orte Exemplare der Akten zu erhalten wünschten, wurde beschlossen, zuerst abzuwarten, bis Huber seine Abschrift vollendet habe, um sie alsdann mit den vier andern Exemplaren zu vergleichen („von Wort zu Wort eigenlich zu kollationieren, zu verlesen und*

a scriba Lucernano, opinor, in ordinem redigendum et comitiis proximis cum antitypo conferendum per nostrum notarium et sic communicandum. De auferendis autem „Novis Testamentis“ [4] nihil audivi, quod decretum, et proinde parum amice exceptus est libellus, quo contra Fabrum id cavere studes, id quod pridem intellexisti. Optime placet, ut commonefiat ecclesia, quid sibi liceat in iudicandis dogmatis. Sed libellus tuus in eum usum conscriptus mihi redditus non est; quem fac, ut quam primum accipiam. Literas enim tuas solas reddidit Wilhelmus [5].

Porro nostri in sua perstabunt sententia, ubi in proxima venerint comitia, neque nos amovebunt officio nondum lectis iis, quę disputata sunt [6]. Atqui interim novo a Spirensi comicio rumore terrentur meticulosi et imperiale mandatum res novaturum putant, cuius exemplar mitto [7]. Sic Christus nunquam suos securos esse vult, quamvis non multum me movet [!], quę hinc inde minae; sed pusillanimi gregis et bona ex parte ad pristinas glandes propensi vacillatio suspiciones in-

6 *vor* commonefiat *gestrichen* cogu *(oder* agu?*)* — 8 vor accipiam *gestrichen* mihi — tuas *übergeschrieben* — 12 a *übergeschrieben* — 14 suos *übergeschrieben.*

gleichhellig zu machen“; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 929); dies sei nötig, weil die fünf Bücher in aller Schnelligkeit geschrieben seien und für andere nicht wohl lesbar wären. Hernach soll dann auf Tagen beraten werden, ob man das Hubersche Exemplar auf die hohen Schulen schicken oder vor den Orten, die es zu kennen wünschen, durch einen Boten verlesen lassen, oder was man sonst damit tun wolle. Was hievon Oecolampad zu Ohren kam, deutet er mit den Worten: „Exemplar“ usw. an.

[4]) *Ebenfalls zu Baden hatten die Eidgenossen verabredet, „die lutherischen Büchlein“ überall streng zu verbieten und deren Verkauf oder Besitz (?) zu bestrafen. Zwingli scheint unter diesen Büchlein Exemplare des Neuen Testamentes verstanden zu haben, worauf ihn nun Oecolampad belehrt, er habe von keinem auf diese bezüglichen Beschluß vernommen; man habe daher Zwingli, wie er bereits wisse, das Büchlein, durch das er mit Faber in der Sache angebunden, übel genommen, so sehr sein Grundgedanke zu billigen sei usw. Gemeint ist damit der Druck: „Ein kurtze gschrifft Huldrych Zuinglis an gemein Christen, vorus in einer loblichen Eydgnoschafft, warnende vor dem vnchristlichen fürnemen Fabers, der nit allein die nüwlich getruckten bücher etlicher gleerten, sunder ouch dz nüw testament ze brennen sich vndernimpt“. Zürich, 30. Juni 1526. Abdruck Bd. V, Nr. 92.* — [5]) *sc. de Zell? Vgl. Nr. 376, Anm. 4.* — [6]) *Die folgende Tagsatzung begann am 18. Juli in Luzern. Wirklich instruierte Basel seine Boten dahin zu erklären, daß und warum man die Prädikanten nicht abstellen könne und darauf bestehen müsse, ein Exemplar der Akten zu erhalten, also sich nicht mit deren Verlesung von „Ort zu Ort“ begnügen könne. Daneben mußten sie dartun, daß die Stadt bezüglich Messe, Singen, Lesen, Kirchenzierden und Bildnissen noch nichts geändert habe, also nicht als „lutherisch“ anzusehen sei; aber die Eidgenossen ließen sich hierdurch nicht bestimmen und lehnten es ab, den Baslern die Bünde zu schwören: es stimme mit ihren guten Worten nicht zusammen, daß sie das Fleischessen zu verbotenen Zeiten und andere Mißbräuche dulden und den Oecolampad, Lüthart und andere predigen lassen; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 962, 963, 966, 968.* — [7]) *Diese Beilage fehlt.*

generat. Eius itaque fuerit incrementum dare, qui plantare rigareque nos prȩcipit *[1. Cor. 3. 6ff.]*. Hunc oremus.

Scribenti haec Cratander[8] fascem attulit literarum, quas nunc simul mitto[9]. Tu cognosces facile, quid sibi velint, neque meo consilio eges. Equidem non video, quomodo, Luthero si non respondeatur, nos fidos Christi ministros fateri audeamus? Bucerus sapientissimum consilium dat, cuius ad me literȩ tuis iunctȩ sunt[10]. Monent Bavari cuiusdam[11] literȩ, Lutherum dixisse, una opera omnibus nobis se velle respondere, ubi satis insanitum fuerit. Est et hoc specimen, cuius spiritus sit. Epistola eius ad Rutlingenses[12] cum nuncio Argentinensi periit. Pars ea, qua nos perstringimur, descripta mecum est. Mittam illam, si quidem tibi opus fuerit. Non enim totam descripsi. Pyrkaymerus[13] minacissimus est et probationem spiritus mei interminatur atque turbas per me excitatas. Quid dicam? Iratus est et terrere vult. Atqui nos spectemus, quid dominus, ferianturque, qui merentur. Melanchthon Pyrkaimero dixit, „nisi scripsisset, se voluisse scribere“. Id quod in gratiam illius arbitror dictum.

I*ustus* Ionas scribit Bucero[14]: „Adnitar pro viribus, ut de pace hic cogitetur. Incitas enim plane currentem; sed hanc doctrinam non probabimus“. Vides, ut omnis mundus seviat. Sed fortissima est veritas. Cura, ut Capitonis literȩ ad dominos Helvetios[15] reddantur per commodos nuncios.

Et quid mihi faciendum, scribito. Parabo me ad scribendum sequenti hebdomada, distincto „Syngrammate“. Buceri literas ad me mittito. Prȩterea et Christophorus moneatur, ut maturet ea, quae in Bilibaldum[16].

Saluta Pellicanum, Leonem, Myconium et fratres.

Vale.

Basileȩ 12. Iulii[17]. Oecolampadius ὁ σώτατος.

Hulrico τῷ [!] Zwinglio, suo fratri.

6 audeamus] *Oecolampad setzte an* audeb *und korrigierte dann* — 12 fuerit] *ursprünglich* fuerunt — 31 *Hulrico*] *Hulri Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen.*

---

[8]) *Buchdrucker in Basel; s. Nr. 87, Anm. 2.* — [9]) *Dieses Bündel Briefe an Zwingli ist nicht erhalten.* — [10]) *Oben Nr. 502 vom 8. Juli; vgl. auch die Bitte um Rücksendung unten.* — [11]) *Kaum zu erraten.* — [12]) *vom 4. Januar 1526 (Enders, Luthers Briefwechsel 5, 302f.)* — [13]) *s. Nr. 497, Anm. 2.* — [14]) *Vgl. Nr. 503, Anm. 8.* — [15]) *Vgl. Nr. 503, Anm. 2.* — [16]) *s. Anm. 13. Christoph Froschauer ist der Drucker der Schrift gegen Pirkheimer.* — [17]) *Jahrzahl fehlt, steht aber durch den Inhalt des Briefes fest.*

506.

Hans Gebentinger[1] *an Zwingli.*

(St. Gallen), 16. Juli 1526.

Gratiam et pacem a deo etc.

Früntlicher, lieber maister Ülrich! Wüssend, das min herr doctor[2] üch gern geschriben hetti, wo er nitt mitt sovil unmüß beladen; doch hatt er mir befolhen, üch zů wüssen thůn, das klain unnd groß rätt beschlossen haben, die pünt jederman zů schweren, ouch minen herren von Zürich, unnd dieselben trülich unnd erlich zů halten, doch fest unnd stätt by demm gottzwort zů beliben unnd sich niemand davon lassen tringen[3]. Es hatt ouch ainem ersamen ratt das schriben miner herren von Zürich gantz wol gefallen. Sy werdend inen ouch hinwider schriben in ainer kürtzi[4]. Die von Appenzell hand uff gestern verschynen Sonntag ain lantzgmain[5] gehept unnd sind ainß worden, niemand zů der meß zwingen, niemand darvon manen, sich ouch von kaim ort sündren, sonder die pündt trülich halten, niemandt überzühen noch gweltigen[6], sonder iederman by demm bliben lon, das man zů verantwurten vertrüwe. Das gotzwort wend[7] sy han, unnd sond[8] die pfaffen predgen, darumb sy rechnung thůn mügend. Die gmaind ist wetterß halb vast klain gsin. Jst so vil daß[9] besser; dann man sicht, das sich die innere purschafft ouch besseret in demm verstand; dann die ussren puren[10] hand lengst bilder, meß und sacramenthüßli ab-

11 *vor* sind *gestrichen* ist.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Aus einem Bande, S. 239. Siegelabdruck sichtbar.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 525, lateinische und deutsche Übersetzung, ohne den deutschen Wortlaut. Letzterer Eidg. Abschiede IV 1a, S. 965.

---

[1]) *s. Nr. 415, Anm. 1.* — [2]) *Vadian.* — [3]) *Über das Beschwören der Bünde s. Nr. 516, Anm. 1.* — [4]) *binnen kurzem* — [5]) *Auf diese Landsgemeinde kommt Zwingli zurück in Nr. 510, Anm. 2.* — [6]) *vergewaltigen* — [7]) *wollen* — [8]) *sollen* — [9]) *desto* — [10]) *vgl. Nr. 510, Anm. 2.*

weg thon. Wann dieſelben da gſin, ſo wer es erſt ain groß mer worden wider alleß Endchriſti werck. Ich ſchick üch hiemitt capiam [!], ſo ir mir nechſt[11] gelihen habt[12]. Grüßend mir üwer hußfrowen und junckher Wilhelmenn[13], ſo er noch by üch iſt. Min herr doctor wirt üch in kürtzi ſelbs ſchriben. Er hetiß ouch uff dißmal gethon; ſo hatt er's nitt mögen unmüß halb ꝛc. Nitt me: Gott ſy mit uns allen.

Datum Mentag nach Margrethe 1526.

Als in yl.

Hans Gebentinger, lermaiſter.

Maiſter Ülrichen.

---

[11]) *jüngst* — [12]) *Nicht weiter bekannt.* — [13]) *W. von Zell; s. Nr. 505, Anm. 5.*

507.

Lucius Tscharner[1] *an Zwingli.*

(Chur), 17. Juli 1526.

Gnad und fryd von gott.

Erwürdiger, min lieber her und brůder! Üwer nechſt zůſchriben an unſeren pfarheren gethon, hand wir verſtanden, mit fil gůter verkündung, got ſy lob, daß unß alle wol frëwt. Darby mir inſunderß anzewgt von einer dienſtmagt oder köchin, deß min liebe frow trülich erfrëwt, und ich. Iſt unſer trülich bit (iſt ſy noch Zürich) mit ieren red zů halten, daß ſy ſich fürderlich heruff ſchick; dan min frow byß Verene tag ſol geneſen eineß kindeß, wilß got, und darnach in 8 wuchen werdend wir uff Bern zů reyſen ꝛc. — darmit ſy min hußhab im ſelben zyt komly[2] [!] reygieren. Und wery unſer trülich ernſthlich bitt: als bald ier gen Bern nechſt ſchribend her Berchtolden[3] (ſitmal mine ſchweger im alſo geneygt ſind und ſy ſich alſo chriſtenlich erzëwgend), daß er red mit ynen hielty und erfary, wie min handel ſtand, weß ich mich verſechen ſelly; dan ſy mir noch nie kein büchſtaben hand zůgſchriben, und ich aber ier ſchweſter ſo erlich und wol halty. Ich ſorg ymerdar, ſy habind mich für ein gogelman[4] ꝛc. Daß ier min her Berchtolt̃ anzewgung zůſchribend, und min frow und ich danckend üwer erlichen frumen frowen trülich um ier můg, ſo ſy gehept um die iugfrowen, und waß ieren von euch verheyſen iſt, wil ich trulich halten und ſy wol halten, on zwyfel, daß ſi fürderlich heruff komy. Unſer frumer biſchoff[5] und die andern brůder all land euch faſt vil gůt̃ ſagen, ouch grůzen, euch bitten, daß ier unß by Hanß im Har[6] ſchri-

7 sacerdotes *am Rande* — 14 malorum *übergeschrieben über gestrichenem* invidię.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 149. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 530.

---

[1]) *Nicht weiter bekannt.* — [2]) *Vgl. Nr. 494, Anm. 1 am Schluß. Die Briefe Zwinglis nach Straßburg, die ohne Zweifel vorauszusetzen sind, fehlen.* — [3]) *Vgl. schon Nr. 466, Anm. 6, dazu die Nachricht zum 10. August in den Basler Chroniken 1, 411: In festo sancti Laurentii ceperunt Lutherani, vehementer et fortiter prohibente senatu, psalmos rhytmicos, in lingua vernacula apud Argentinam tralatos invitis magistratibus, laico more cantilenarum, sed satis incondito, in templo sancti Martini decantare. Oecolampad hat diesmal eine Bittschrift an den Rat gerichtet, worin er sagt, die Leute seien von dem erstmaligen Psalmengesang, an Ostern, zu Tränen gerührt worden; vgl. die Stelle in den Basler Chroniken S. 412, vor Anm. 1.* — [4]) *Ovid, Am. III 4, 17: nitimur in vetitum semper cupimusque negata.*

519.

Wolfgang Capito an Zwingli.

Straßburg, 18. August 1526.

Gratia tecum.

Quę tu Fabro respondes[1], maiorem in modum me defendunt, et gratia deo, quod ex coniecturis tam certum collegisti. Hodie misi duo exemplaria Spyras[2], landtgravio Hassię, qui verbum mordicus tuetur, et Iacobo Sturmio, nobili senatori nostro[3]. Ii norunt hominis vanitatem, et tamen graviter obtinuit, ut ex selectis esset, qui totius imperii necessitates dispicerent. Tu meam fortunam, nam sic loqui libet, boni consule! suo se astu ille impedivit. Duabus chartis plus detexisti technarum Fabrilium, quam ego fortassis decem. Spero fore, ut agnoscant tandem, qui sit, quo animo et qua fide agat cum gente tua et nostris *μωροσόφοις* principibus. Nam subolescit multis fraudulentia nebulonum, et imprimis Fabri. Audies, opinor, iudicium domini mirabile: deiicietur ex arce existimationis in summum contemptum.

Vale, mi domine et frater, et quę videntur in rem nostram, mone fideliter, ut soles.

Argen*torati* 18. Augusti anno 1526.

Vuolfgangus Capito.

Huldericho Zuinglio, episcopo Tigurinorum,
domino et fratri suo observando.

6 tamen *übergeschrieben* — 8 libet] *ursprünglich* licet — 11 μωροσόφοις] μοροσόφοις — 12 et imprimis *Fabri übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 177. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 530.

[1]) *s. Nr. 517, Anm. 4. Gemeint ist Zwinglis dritte Schrift gegen Faber s. Nr. 516, Anm. 10.* — [2]) *Vgl. Nr. 518, Anm. 2.* — [3]) *s. Brief vom 4. August 1529.*

520.

Petrus Gynorianus (Gynoraeus)[1] *an Zwingli.*

Augsburg, 22. August 1526.

Gratia et pax a deo patre et domino nostro Iesu Christo.

En mitto ad te, eruditiss*ime* Huld*rice* fraterque in Ch*risto* charriss*ime*, Eckianum de missae sacrificio figmentum[2] iam recens excusum, ea potissimum ratione, quod post Ludderum (ita enim toto ferme libro hominem nominat, et in hoc uno a typographis peccatum est, quod alicubi emendarint) neminem odiosius perstringat ac crebrioribus insectetur conviciis, quam te. Sed quid non audent Thrasones[3] illi, quo principum aliquorum gratiam eblandiantur? O caecitatem, Cimmeriis, ut aiunt, tenebris atriorem[4]! Quo perveniunt tempora

4 enim (.n.) *übergeschrieben* — 8 aliquorum] alioquorum — 9 tenebris *am Rande nachgetragen.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 143. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 531—533.

---

[1]) *Petrus Frabenberger (Gynoraeus, -ius, -ianus), Schüler von Sapidus in Schlettstadt, von Rhenan schon anfangs 1520 warm an Zwingli empfohlen, ist 1522 in Basel immatrikuliert als Petrus Frabenbergius de Beinheim Argentin. dioc., wird 1523 mag. art. und amtet um diese Zeit als Leutpriester bei St. Alban in Basel. Ein ausgesprochener Vertreter der neuen Richtung, wird er am 12. November 1525 aus Basel ausgewiesen. Bis Anfang 1527 lebt er in drückenden Verhältnissen zu Augsburg. Dann nach Basel zurückgekehrt, kommt er für Liegnitz in Frage, ohne doch verwendet zu werden. Ein Jahr später enttäuscht er alle Freunde und Gönner schwer; wegen sittlicher Verirrung wird er im Juni 1528 mit Schimpf aus Basel verbannt und bleibt von da an verschollen. Vgl. Heusler in Zwingliana 1899, S. 120 bis 122 (dazu oben Brief Nr. 114, Anm. 1).* — [2]) *„Ad invictissimum Poloniae regem Sigismundum de sacrificio Missae Contra Lutheranos libri duo. Iohanne Eckio authore. M.D.XXVI". Widmung aus Ingolstadt Idibus Feb. 1526. Nach Wiedemann, Joh. Eck, S. 554, erschien das Werk im August.* — [3]) *Thraso ist der Name des miles gloriosus bei Terenz; vgl. Nr. 391, Anm. 6.* — [4]) *Vgl. Otto S. 83 (bei Lactanz, Ammianus Marcellinus und Hieronymus nachweisbar).*

nostra! Verum similes habent labra lactucas[5]. Iam si qui inter legendum occurrent barbarismi ac soloecismi atque id genus alia Eckianae officinae ornamenta, quibus totus fere liber plenus est, ne nostrae hoc oscitantiae imputes velim, quod plane nihil immutare consilium fuerit; sed ut exemplar manu sua descriptum habuit, bona fide excusa sunt omnia, nisi quod Augustanum senatum offendit nominatim. Ita mihi visum est, quo dictio argumento tractando probe responderet. Dispeream, si unquam quicquam ineptius legeris. Dictu mirum, quanta virulentia tractet omnia quamque imbellibus adoriatur rem ipsam argumentis. Et ita insanire oportet lumina illa orbis. Addidi huic libellum quendam Germanicum, Iohanne Denckio[6] quodam autore, qui hic agit, Norinbergae proscriptus ob nescio quas factiones, homo mire pestilens ac lubricus, qui non paucos seducit, ut sunt Augustani curiosi. Et inter caetera dicit scripturam minime nobis necessariam; demones in fine eciam salvandos, iuxta Origenis dogma; nec ullam adhuc esse ecclesiam; et ut in summa rem intelligas, e rebaptisatis praecipuus est. Haec partim ex eo audivi, quanquam nebulo post mutarit verba, partim ex aliis, et nominatim ex Baldasare Pacimontano[7], qui mira de illo homine retulit, quam pestilentia prae se ferat dogmata. Dein, ubi ego eum, Baldasarem videlicet, opinabar solvisse Augusta, convenerant simul; quid tractarint, nescio. Hoc unum me non fugit, quantumvis recantarit Tiguri, opinionem suam de bapt*ismo* minime sibi displicere. Rogavit me, cum Augustam venerat, quo [!] adirem secum concionatores, quos antehac nondum salutaram ob mutuam dissensionem super eucharistia. Haud gravatim homini parui ob simulatam humilitatem; at ubi in congressu viderem vafriciem, et quod te procinderet ac velut tyrannidis in eum exercitae insimularet, mox adserto tuo honore hominem acriter obiurgatum reliqui, cuius rei non paucos adnumerare possem testes. Sed quicquid sit, plerosque suae farinae apud nos fere permovit, ut crederent. Sed quid attinet haec referre? Caeterum legi proximis diebus litteras e Witenberga

11 *vor* Iohanne *gestrichen* de — 20 eum *übergeschrieben über gestrichenem* hominem — Baldasarem videlicet *am Rande nachgetragen* — 21 Augusta *am Rande nachgetragen* — 23 sibi *übergeschrieben* — 24 secum *übergeschrieben* — 28 *vor* hominem *gestrichen* ac.

---

[5]) *Vgl. Nr. 371, Anm. 8, Nr. 516, Anm. 4.* — [6]) *s. Nr. 362, Anm. 22. Über Denck in Augsburg vgl. L. Keller, Ein Apostel der Wiedertäufer S. 94 ff., auch Roth, Augsburger Reformationsgeschichte 1, 223 ff. Hier auch einiges weitere über Gynoräus und seine Nachrichten S. 200, 222.* — [7]) *Balthasar Hubmaier, hier von seiner Heimat Friedberg benannt. Er war im Frühjahr zu Zürich ausgewiesen worden; s. Nr. 426, Anm. 2. Vgl. auch Keller a. a. O. S. 99 f. und Roth S. 222 f.*

Augustam missas, quibus intellexi Lutherum in te scribere in utraque lingua, nempe Germanica et Latina[8]; que res, si ita est, mihi admodum dolet ob emulos nostros, qui, ut plures sunt, ita sane potentes, quanquam non nesciam deum nostrum, cuius causam agimus, longe potentiorem, qui dissipabit consilia gentium et ad nihilum rediget *[Ps. 33. 10]*.

Vale, mi charissime Huldrice, ac Petrum tuum tibi commendatum habe ac tuis semel litteris exhilara, ubi a severioribus paulum feriatus fueris negotiis. Sigismundus Grymius[9] plurima te cum Leone[10] nostro salute impertit. Homo ut est totus candidus ac pius, ita mire tibi favet, ac eciam cupit commendari. Huius unius liberalitate ego hucusque Augustae maneo, alioquin non diem unum mansurus, quod mei mores ac Augustanorum ex diametro pugnent inter sese. Proinde tu aliquando mei memineris, oro, quippe cui inurbana urbanitas ac parum festivi mores notiores sunt, quam ut depingam. Leonem meum plurimum meo nomine salutabis dicasque me litteras suas suavissimas recepisse; dein Pellicanum nostrum ac Myconium. Ubi Eckianas legeris nugas, tu eas Leoni nostro communicato.

Vale iterum.

Tumultuarie ex Augusta Vindelicorum 22. die Augusti anno 1526.

Vix vacabat, ut cursim relegerem, urgente nunctio.

Petrus Gynorianus tuus ex animo.

Adiunxi tuis libellis hunc, quem Oecolampadio ordinavi[11]. Tu, ut primum poteris, transmitte, missurus quoque Volphgango Capitoni et Bucero Argentoratum; quare librum tuum penes te servato.

Huldericho Zuinglio Tigurinae ecclesiae episcopo vigilantissimo, fratri in Christo charissimo. — Zurich, meiſter Vrich.

8 *vor* litteris *gestrichen* tuis — 27 f. *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen. Nur bei* vigilantissimo *und* charissimo *sind die beiden letzten Silben Auflösung der Abbreviatur.*

---

[8]) *Dieser Bericht war unbegründet.* — [9]) *Sigismund Grimm, Buchdrucker in Augsburg, s. zu seinem Brief vom 1. Januar 1528.* — [10]) *sc. Iudae.* — [11]) *Es war das Büchlein Ecks, s. Nr. 525, Anm. 6.*

521.

Petrus Kunz[1] *an Zwingli.*

Erlenbach (Bern), 24. August 1526.

Gratia et *pax* a deo patre etc.

Tandem et ego ausus sum Zinglio aures suas molestare, quem alias in mille occupationes sat scio distractum. Quae fiducia eiusmodi facinoris me ceperit, ne mireris quidem. Nam tu qui sis, amplius ignorare non debeo, posteaquam Eccium ipsum de te verba sua resonantem audivi[2]. Caeterum gratas tibi gratias, mi Zingli, agere debet epistola mea pro libellulo[3], quo nuper per equitem quendam Bernatem me donare dignabaris, quo, te authore et datore, iure glorior, eundemque legisse oppido operaeprecium erat. Nam haec erat mihi preciosa tritici mensura *[Apok. 6. 6]*, quae equidem in tempore venit. Faxit deus opt*imus* max*imus*, ut longęvo tempore hoc mensore fruamur. Porro indies nunc nova fata moramur miseri Bernates. Nam clancullariae nunc apud nos spirant minae quosdam scilicet Ioakimos *[Jer. 36. 21 ff.]* brevi ostiatim disquisituros, si forte apud quem-

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 152. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 533.

---

[1]) *Petrus Kunz (Conzenus), von Güggisberg, einem Hof der Pfarrei Erlenbach im Niedersimmental, aus begüterter, angesehener Familie stammend, Chorherr des Augustinerklosters Interlaken bis 1528. Der Konvent übertrug ihm 1517 die Pfarrei Erlenbach. Hier und im ganzen Tal setzte er schon vor 1525 gottesdienstliche Neuerungen, z. B. in der Taufe, durch. Mit Berchtold Haller wurde er 1526 auf die Badener Disputation abgeordnet und nahm 1528 auch an der Berner Disputation teil, deren Thesen er unterschrieb. In den Unruhen des Berner Oberlandes spielte er keine geringe Rolle. Ende 1528 und Anfang 1529 versah er die Pfarrei Zweisimmen im Obersimmental und führte dort die Reformation durch. Von Erlenbach weg wurde er 1535 nach Bern berufen als Helfer Kolbs, in dessen Nachfolge er dann eintrat. (Gefällige Mitteilung von Professor K. Gloor in Innertkirchen, von dem eine Biographie des Kunz zu erwarten ist.)* — [2]) *An der Badener Disputation.* — [3]) *Denkbar wäre die dritte Schrift gegen Faber vom 28. Juli 1526, vgl. Nr. 516, Anm. 10, Nr. 517, Anm. 4 und Nr. 519, Anm. 1.*

piam nostrum eius generis libellos inveniant, quorum aspergine veneranda relligio [!] nostra iamiam tam ęgre pallescit. Quibus inventis ultrices flammae vel semel imponant silentium. Hic tu tibi caveto[4], Zingli, ne quo [!] eiusmodi farinae libelli apud nos offendantur, qui te autorem prodant, quandoquidem propter te alioquin multi pessime audiamus, dum multi Neronum nostrorum hoc sibi iam certo persuasum habent simplicia ingenia nostra nunc maxime per te seductum iri, esseque te unum et solum, cuius ope exicialis Christianismus ille vires sumat. At tibi nihil sint curae ranae illae (quantum ad nos attinet); surdis enim auribus prętęrimus illas. Tu semper contra audentior ito[5], et nos in orationibus nostris tibi nequaquam deerimus. Sed receptui cano, ne meis fabulamentis tibi bonas horas suffurer.

Bene valeto.

Ex Erlenbachio XXIIII. Augusti anno *15*26.

Non sum scriba; ideo ignosces, scio.

Petrus Conzenus, ad aram usque tuus.

Huldricho Zinglio, Christianissimo Tigurinorum episcopo.

4 libelli] *ursprünglich* libilli — 5 *das zweite* te *übergeschrieben.*

---

[4]) *Anspielung an Horaz, Sat. I, 4, 85: Hunc tu, Romane, caveto?* — [5]) *Vgl. Vergil, Aen. VI, 95: tu ne cede malis, sed contra audentior ito.*

522.

Johannes Comander an Zwingli.

Chur, 27. August (1526).

Gratiam et pacem per Christum.

Lieber brůder! Du haſt begert ze wüſſen, was ze Ylands gehandlet werde[1]. So weyſſ ich nüt nützes; dann ſy gond mit den jämerlichen kriegen umb, die ietz alle welt und unſ ouch vaſt[2] engſtigen. Der caſtellan uff Müſſ[3] wil ein fryden mit den Pündten machen, wenn

5 castellan *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Siegelspur. Ursprünglich einem Bande angehörig, S. 440.

Zur Hauptsache ungedruckt. Eine Stelle bei A Porta I 67 f., Note.

Das Jahr 1526 ergibt sich aus der Notiz vom Abfall des Dietegen (Salis) zu den Spaniern, vgl. Eidg. Abschiede IV 1a, S. 986 vom Ende August 1526.

---

[1]) *Vgl. Nr. 512, Anm. 1. Der Brief (oder die mündliche Anfrage?) Zwinglis an Comander, der zwischen den Brief vom zirka 25. Juli und den vom 27. August fällt, ist nicht erhalten. Zwingli hat angefragt wegen Vorgängen auf der bündnerischen Tagsatzung zu Ilanz, die mit der Aufstellung der Ilanzer Artikel vom 25. Juni noch nicht abgeschlossen war. Vgl. Comander an Vadian vom 13. August 1526 (Vadian. Briefsammlung IV 38): Nostrae patriae primates in Ilands comitia celebrant et quae inde emanabunt protinus ad te scribentes omnium gestorum certiorem faciemus.* — [2]) *sehr* — [3]) *Vgl. Nr. 512, Anm. 2. Johann Jakob von Medici, von dessen am oberen Teil des Comersees, ziemlich gegenüber der Addamündung gelegenen Schlosse die beiden Müsserkriege ihren Namen erhielten. Seine letzte Absicht ging dahin, das Veltlin den Bündnern zu entreißen und sich selbst eine Markgrafschaft daraus zu schaffen. Durch List hatte er sich in den Besitz des Kastelles von Müß gebracht. 1525 okkupierte er das Schloß zu Cläven, doch zogen die Bündner zum Entsatze heran und nach langen Schwierigkeiten gelang es, die Kapitulation zu erzwingen. Doch gingen die Streitigkeiten weiter, da der Müsser fünf bündnerische Gesandten in seine Gefangenschaft gebracht hatte; sie wurden erst am 15. März 1526 entlassen. Am 12. Juni wurde dem Bundestage zu Davos namens des Kastellans von Musso ein Gesuch des Abtes Theodor Schlegel eingereicht betreffend Bewilligung zur Truppenwerbung für Papst, Venedig und Mailand (F. Jecklin: Materialien zur Standes- und Landesgeschichte gem. 3 Bünde I (1907), S. 89). Der Friede zwischen den Bündnern und dem Müsser kam am 12. September 1526 durch Vermittelung der Eidgenossen zustande (Eidg. Abschiede IV 1a, S. 997 f.). Näheres bei J. Dierauer: Geschichte der schweizerischen Eidgenossen-*

sy ij tusent knecht louffen lassen. Dz wirt im verlangen[4] — gloub ich — aber minß bedunckens ist es ein schlechter fryden, so wir den krieg ab uns uff ander arm lüt schiben[5]. Es dörft wol ein anfang eins bösern kriegs werden. Doch müssen wir 's lassen gschächen. Uss den Pündten ist noch nieman zogen, denn ettlich wänig. Doch ist unser Lutzi Tscharner[6] ouch einer, wol under einem schin, als welle er den hoptlüten von Bern das gelt, so sy ze Chur entlichen, wider herußfüren. Er ist aber yetz wol ein gantzen monadt hinweg gsin. Er und sin edle frow beßren wänig am euangelio ꝛc. Item die Eydgnossen sind mer den ij monadt durchzogen und ligen ze Mayland[7] gegen einandren und sterckend sich uff beyden sytten ꝛc. By uns ze Chur ist ietz ein tag[8]. Da handlet man aber vast nun von des kriegs wegen. Denn der groß Diettägen ist mit ettlichen knechten zů den Spangeren gevallen; das haben die Eidgnossen übel vergůt[9]. Aber byss uff Donstag wirt der tag uss sin. Darnach wil ich dir schryben, was dz end sye. Ich darff nit schryben κατασtροφη, dz mir der Faber nit über die brieff komme ꝛc.

Item von unserem zechenden hat es die gstalt: Vor hundert jaren oder mer, als die chorherren sagen, haben sy den zechenden ingehebt; und

2 krieg] *ursprünglich* kriegt — 14 ff. *am Rand Zusatz: der* chorherren *meinung* — 17 es] *ursprünglich* eß — 18 ingehebt] in *übergeschrieben.*

---

schaft III (1907), S. 154 ff. (woselbst auch die Spezialliteratur angegeben ist). Schon am 28. August 1526 wurde ein Vertrag der 3 Bünde mit Venedig, Papst Clemens VII. und Frankreich bezüglich des Müsserkrieges abgeschlossen. Hier heißt es (Jecklin a. a. O. II 145): „Item convenerunt profati dominus orator regis et magnifici domini trium Ligarum, quod possit et teneatur levare duo millia ex peditibus suis et ipsos ducere pro servitio regie maiestatis in ducatum Mediolani cum alijs dominis Elvetijs qui sunt, quos pedites prefati domini trium Ligarum promittunt non revocare, nisi pro necessitate patrie predicte . . . Comanders Pessimismus: „es dörft wol ein anfang eins bösern kriegs werden" hat sich bestätigt, 1531 brach der zweite Müsserkrieg aus.

[4]) *das wird er bekommen* — [5]) *schieben, abwälzen* — [6]) *Vgl. Nr. 462, Anm. 1. Der wahre Grund des Wegzugs Tscharners ergibt sich aus den dortigen Worten.* — [7]) *Vgl. Anm. 2. „Die beydden seyten" sind die auf französischer und österreichischer Seite stehenden Schweizer. 1526 am 1. März auf dem Bundestage zu Chur hatten die Schweizer und Bündner beschlossen, der Liga von Cognac gegen den Kaiser beizutreten per la securità e libertà d'Italia (Jecklin I 89).* — [8]) *Auf der Tagsatzung zu Baden vom 21. August f. 1526 wurde berichtet: „Es liegen zu Lucern einige Spanier in Verhaft, auf denen man allerlei Briefe in lateinischer, wälscher und spanischer Sprache gefunden, welche zeigen, wie der Dietegen (von Salis) aus den Bünden mit dem Herzog von Bourbon unterhandelt und ihm zugesagt hat, die Pässe offen zu halten, mit 2000 Knechten oder mehr ihm zuzuziehen und dafür etwas Geld empfangen . . . Hierauf wird Lucern beauftragt, bis auf weitern Bescheid diese Spanier im Gefängnis zu behalten; es soll dann auf dem nächsten Tage zu Baden Antwort gegeben werden, ob man sie dahin beschicken will, um sie weiter zu fragen, oder was sonst mit ihnen zu tun ist" (Eidg. Abschiede IV 1a, S. 986).* — [9]) *nehmen sie übel auf.*

diſe lange praeſcription ſind ire brieff, und anderſt haben ſy nüt darumb. Die pfarr zů Sant Martin hat gehept ein groſſen gůtten wydem und alle zechenden; aber deſſ wydems halb iſt eſ gwüſſ, umb die zechenden iſt eſ nit alß gwüſſ[10].

Jtem der thůmprobſt[11] iſt lehenher der pfarr. Der hat's all weg eim thůmherren verlihen und darnach einer dem andren reſigniert, dz ſy nit in die hand deſ bapſts und ſiner curtiſanen käme; denn ſy inn[12] al weg übel beſorget haben, wenn inen die pfarr entgienge, ſo wären ſy um den zechenden khon[13]. Denn es waſ vor 20. jaren ein gſchwinder[14] curtiſan ze Chur, *magister* Heinrich Gabertůler[15] genannt. Der ſprach offt:

2f. *am Rand:* unser meinung.

---

[10]) *Die Streitigkeiten um den Zehnten entstanden infolge der Ilanzer Artikel von 1524 und 1526. Nach Artikel 6 von 1526 wurde der kleine Zehnten gänzlich abgeschafft; Artikel 7 bestimmte: erkaufte Zehnten, kleine und große, müssen auch in Zukunft entrichtet oder dann mit dem Hauptgut abgelöst werden. Zum großen Zehnten gehört, was auf den Äckern gebaut wird, mit Ausnahme von Hanf, Flachs und Rüben. Artikel 8 bestimmte: Zehnten, welche einzelnen Personen verliehen wurden, können von den Gemeinden gegen Übernahme der nämlichen Verpflichtungen an sich gezogen werden. Artikel 9: Niemand braucht den Zehnten auf dem Felde selbst zu geben, sondern kann das Getreide heimführen und in der Tenne von 15 Quartanen eine als Zehnten geben. Artikel 10: Auch vom Wein soll nur ein Fünfzehntel gegeben werden. Artikel 11: Alle Lehengüter müssen in ewige Erblehen verwandelt und als solche von den geistlichen Herren den Kindern der bisherigen Inhaber verliehen werden. Sollte ungebührlich hoher Zins gefordert werden, so haben unparteiische Männer ihn herabzusetzen. Auch für bereits früher verliehene Lehen wird den Lehensleuten das Klagerecht vorbehalten. (Vgl. J. G. Mayer: Geschichte des Bistums Chur II 42f.) Heranzuziehen ist vor allem auch der sogenannte erste Artikelbrief (s. Anm. 21), der u. a. die Bestimmung aufstellte, daß die Pflichten eines jeden Amtes und Beneficiums vom Inhaber selbst erfüllt werden mußten. Der Lehenherr soll bei Verleihung der Pfründe an die Zustimmung der Kirchengenossen gebunden sein. Die Priester sollen auf ihren Pfründen wohnen, sonst werden ihnen die Einkünfte derselben entzogen. — Die St. Martinskirche ist die Pfarrkirche für die Stadt Chur, ursprünglich eine königliche Eigenkirche (vgl. Mayer a. a. O. I 102). Zu den im Briefe berührten Rechtsverhältnissen bemerkt Joh. Fr. Fetz: Die Schirmvogtei des Grafstiftes Chur (1866), S. 14: „Über 300 Jahre lang war die Pfarrkirche und Pfründe von S. Martin mit der Propstei an der Kathedrale daselbst vereiniget, incorporiert; deßwegen war der jeweilige Dompropst von Rechts wegen auch Pfarr-Rektor von S. Martin, er bezog rechtlich das Pfarreinkommen, welches hauptsächlich in Zehnten bestand, dagegen besorgte er den Unterhalt der Kirche und des Gottesdienstes, verwaltete aber die Pfarrei, nach alter Übung, durch einen Stellvertreter oder Vikar (vicarius perpetuus) . . . Gestützt auf den 1. Artikel des Artikelbriefes von 1524 verlangte jetzt der Stadtrat, der Dompropst solle die Pfarrei von S. Martin selber verwalten oder dieselbe abgeben, resignieren.“ — [11]) *Damals Johannes Choler, vgl. Fetz a. a. O. S. 15.* — [12]) *ihnen* — [13]) *kommen* — [14]) *gewandt, schlau* — [15]) *Heinricus Gabertuler de Werdenberg ist 1483 am 30. August in Freiburg i. Br.*

möchte im der titel der pfarr zů *Sanct* Martin werden, ſo welte er inen denn gantzen ſtattzechenden ze Rom angwünnen; denn er wol wüßte, dz ſy khein ander recht noch gwarſame umb den zechenden hettind, denn allein den titel der pfarr.

Jtem ich achten, es ſye anfengklich alſo zůgangen: der thůmprobſt hatt die pfarr verlühen einem thůmherren; der hatt den zechenden in gemeine cammer můſſen kommen laſſen. Darnach hatt er denn wydem ettlichen gwaltigen[16] burgeren geben under eim titel einſ kouffs; die brieff ſagen aber nit, wie thür oder umb wz gelt (ich gloub aber, ſy haben die gwaltigen damit begabet, dz ſy inen durch die finger ſähind mit dem zechenden) und hend der pfarr ein zynſ ab dem wydem vorbehebt[17]. Dennſelben hat die pfarr noch, iſt viij pfund pfännig. Die gůtter ſind aber mer denn tuſent ducaten wärt. Darnach hat ein thůmher, der den titel hatt, ein verſäher[18] gehept. Dem hat er gelaſſen die viij lib. und die ſchindery, davon er im noch můſſen geben 40 guldin ꝛc. Wyter alſ nun die Dry Pündt in den erſten artiklen gemachet hatten, dz all pentionen [!] ſolten abſin und ieder pfarrer ſin pfarr ſelb verſähen ſölte perſonlich, do ward der thůmdächen[19] erfordert, alſ der den titel der pfarr inhatt, das er die pfarr ſölte und möchte beſitzen, dz er aber ſelb perſönlich alle ding, ſo ein pfarrer thůn ſol, iedem ſchuldig were, und ouch den cantzel ze verſähen. Do bekant er vor dem groſſen radt ſin untuglickeit, und das er 'ſ nun fürohin nit thůn noch lernen verhoffte. Uff dz berůfften ſy den lehenherren *magistrum* Niclaus Brendli[20], des thůmprobſt vicari, dz er mit inen niderſäſſe und die pfrůnd mitſampt inen nach inhalt der articlen verlühe. Das ſchlůg er ab und wolt nit gwalt haben, und hatte doch vorhin all ander pfrůnden verlechnet ꝛc. Darnach beſchickten mine herren von Chur mich und entſchluſſen ſich ireſ willenſ gegen mir; und ob ich begerte, ſo weren ſy gůttwillig, mich zum pfarrher

15 schindery *unterstrichen. Am Rand Zusatz:* opfer und seelgrecht. *(Vgl. Deutsches Wörterbuch IX 197.)*

---

immatrikuliert worden und wurde 1489/90 baccalaureus artium. Vgl. H. Mayer: Die Matrikel der Universität Freiburg I (1907), S. 77. Laut gefälliger Mitteilung von Herrn Prof. Dr. G. Mayer in Chur erscheint er als canonicus in Chur 1497 und hat mit Johann Woffrag und Johann Fer, beide canonici, die Ausgabe des Missale Curiense redigiert. (Vgl. das Einleitungsdekret des Bischofs Heinrich VI.)

[16]) *mächtig, einflußreich* — [17]) *vorbehalten* — [18]) *Vertreter, Verweser* — [19]) *Domdechant* — [20]) *Porta a. a. O. nennt ihn Nikolaus Buendli, ebenso Fetz. Er ist vermutlich identisch mit dem 1523 auf der 1. Zürcher Disputation erscheinenden Dr. Brendli. In den Acta Tiguri (Bd. I, S. 142) heißt er N. Brendlyn, Zwingli (an Myconius Bd. VII, S. 517) nennt ihn „doctorem"; das könnte eine Verwechslung mit magister sein. Laut gefälliger Mitteilung von Herrn Prof. G. Mayer in Chur erscheint 1506 ein Nicolaus Brendli als Pfarrer von Fanas; das ist zweifellos der spätere Vikar des Churer Dompropstes.*

uffzenemmen — alſ ouch beſchach[21]. Nun uff dem, ſo ſich der dechan der pfarr oder titels entzigen, und aber ſy anderſt nüt umb den zechenden haben, damit ſy rechſame [!] anzöigen möginḍ, denn allein die praescription[22], ſuſt wellen ſy keinen grund anzöigen. Aber unſerthalb mügen wir ouch nit — evidenter — anzeigen, das ſy durch den titel der pfarr in die beſitzung der zechenden kommen ſigint. Aber die umbſtend und warzeichen oder coniecturen, ouch das urſprünglich recht uſſ iren rechten, das die pfarrer die fürnemſten grechtigkeit im zechenden haben, magſtu ermäſſen, wz unſ hierinn zů thůn ſye, dz wir ouch nit ze wytt hinin wattind. Sy erbiettend ſich ietz wol, einem pfarrer ein zymlich uſſkommen ze geben; ſo ſpricht der raadt: ſy ſöllend inen anzöigen ire grechtigkeit und anſprachen, eſ ſye brieff oder bůcher oder ander gwarſame[23]; ſy möginḍt villicht alſ gůt recht darzů han, dz ſy ſuſt gůttlich mit inen abkhommen wellinḍ; ſo ſprechen ſy nüt anderſ, dann ſy habint inn 300 jar ingenommen, und diſe alte růwige beſytzung ſy ir gwarſame ꝛc. Die 300 jar haben ſy einer pfarr nie haller geben[24]. Du bekennſt aber wol, in wz gewerd[25] und gwalt der Antchriſt mit ſinen glyderen geſeſſen iſt, und wo ſin gwalt alſo bliben, hetten ſy noch 300 jar den zechenden ingenommen und ein pfarrer laſſen ſin narung ab armen lüten kratzen.

Jtem dem botten hab ich den handel ouch gſeit. Darumb bitt ich, du welleſt dinen raadt mir zůſchryben, ouch dich mit dem botten underreden, was ze thůn ſye.

Gott ſy mit dir. Begrůſſ unſ alle brůder.

Geben ze Chur 27. Auguſti.

Joann Comander, din williger.

Dem frommen Huldrich Zuingli,
verkünder des euangeliums Chriſti ze Zürich.

8 haben *ist aus* hatten *korrigiert* — 12 es *übergeschrieben über gestrichenem* sy — 13 *vor* dz *gestrichen* s

---

[21]) *Comander ist spätestens seit April 1523 in Chur für die Reformation tätig gewesen; sein Vorgänger an der St. Martinskirche, Laurentius Merus, hat sich Ende 1522 nach Zürich begeben, in der Hoffnung, dort ein geringes sacerdotium zu erhalten. Die im Texte erwähnten „ersten artiklen" sind höchstwahrscheinlich nicht der sogenannte erste Artikelbrief von Montag nach Quasimodogeniti (4. April) 1524, sondern die meist unbeachtet gebliebenen nur handschriftlich überlieferten „Artickhel, so die Zwen Pündt, deßgleichen Bürgermeister und Rhat auch Gmaindt der Statt Chur mit sampt den vier dörfferen, auch der Herrschaft Orttenstein und Fürstnaw zu halten angenommen und zuo Chur am Montag nach Quasimodogeniti (13. April) beschlossen Anno 1523". Vgl. T. Schieß in Zwingliana I 228.* — [22]) *Das Gewohnheitsrecht. Siehe die näheren Bestimmungen bei J. B. Sägmüller: Lehrbuch des katholischen Kirchenrechts (1904), S. 79.* — [23]) *Sicherheit* — [24]) *einen Heller gegeben* — [25]) *Besitz(recht).*

523.

Johannes Wannenmacher[1] *an Zwingli.*

Freiburg im Üchtland, 29. August (1526).

Gracia et pax domini nostri Iesu Christi sit semper tecum, dilectissime frater.

Min hertzallerliepster brůder! Wissin min schlechte gesuntheit von den gnaden gottes; ich můß ietz für gůt nemen, ich hett 's etwan nit angsehen[2]. Ich wolt ouch von hertzen gern vil gůts von üch hören und vernemen. Ich hab worlich lang von keinem brůder nie gröſſer freud entpfangen, denn do mir Růdolff[3] den brieff von üch bracht. Ich danck üch zum höchſten üwerß früntlichen ſchribens; wolte got, dz ich ſolichs umb *üch* könde beſchulden[4] ꝛc. Eß iſt ein prieſter by uns, heißt dominus Arnoldus[5]; ich mein, ir ſoltend in wol kennen. Der wil unß all reformieren und regieren; er iſt min gröſter figend von wegen dz ich gůts von den von Zürich und von üch red; er wolt mich für gmein Eidgnoſſen citiert haben ꝛc.; er perſequirt die frummen brůder all ꝛc. Wir wolten

Das Umlautzeichen fehlt in: horen, grosser, hochsten, fruntlichen, groster, Zurich. — 8 *vor* üwerß *gestrichen ein zweites* uwerß.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Aus einem Bande, S. 412. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 358.

---

[1]) *Johannes Wannenmacher (Vannius), von Neuenburg am Rhein, von 1510 bis 1513 Stiftskantor in Bern, 1514—1530 Kantor in Freiburg im Üchtland, wegen seiner evangelischen Gesinnung hier gefangen gesetzt und verbannt. Mit seinem Berufs- und Schicksalsgefährten Hans Kotther (s. Anm. 5) fand er Zuflucht in Bern, wo man ihn 1531 zum Landschreiber in Interlaken bestellte; hier scheint er 1551 gestorben zu sein. Als Musiker und Komponist genoß er eines ziemlichen Rufes. Vgl. Näheres bei A. Fluri, Berner Biographien 3 (1898), S. 541—547.* — [2]) *beachtet, Rücksicht genommen* — [3]) *Nicht weiter bekannt.* — [4]) *verdienen* — [5]) *Fast zweifellos Arnold Winterswyk, Kaplan am Großmünster in Zürich bis 1525; er zog ohne Urlaub weg, so daß am 21. April 1526 über seine Pfründe zugunsten des Almosens verfügt wurde; Egli, Aktens. Nr. 889, 955, 1030.*

gern wiſſen, wie er ſich zů Zürich gehalten hab, dz er nit darff wider dar kummen. Er klagt vaſt vil und löfft den herren noch und practiciert; man würt ſin worlich bald müd; wann die herren hand 's nit gern ꝛc. Hec aput te maneant propter fratres, quos odit et persequitur etc. Min lieber meiſter Ůlrich, laſſen mich wiſſen, wie eß ſtand, ob dz wort gotts ſich by den Tütſchen mere oder mindre. Wir hoffen, der bẽr[4] werde bald ein rechter euangeliſt; gott geb ſin gnad darzů. Domit ich üch mit miner ungeſchickten red oder ſchrifft nit benüge, ſo bevilhe ich üch dem herren; der welle alle zyt mit ſinen gnaden üch bywonen. Min brůder Hanß Kotter[5], organiſt, laßt üch früntlich ſalutieren.

Datum Friburgi 29. Augusti[6].

Grůſſen mir üweri hußfrowen und alls üwer gſind.

Ioannes Vannius, cantor,
din brůder.

. . . fratri Huld*richo Zu*inglio . . .

15 *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen.*

---

[4]) *Bern, wie sehr häufig, durch das Wappentier bezeichnet. Die Aussichten für die Reformation besserten sich daselbst 1526, weshalb wir die Jahrzahl des Briefes so annehmen (ohne 1527 auszuschließen).* — [5]) *s. Nr. 238, Anm. 1.* — [6]) *Jahrzahlt fehlt. Vgl. Anm. 4.*

524.

Zwingli an Petrus Gynoraeus[1].

Zürich, 31. August 1526.

Petro Gynoreo, viro pio ac docto, nunc Augustae apud Sigismundum Grimium[2] agenti, fratri suo in domino charissimo.

Gratiam et pacem a deo per Iesum Christum.

Non potuisses animi tui in me candorem gratius probare, doctissime Petre, quam pia ista solicitudine, qua putavisti nonnihil referre, ut Eccii (non dicam audacis aut mali, sed ne hominis quidem: hominem enim quid adtinet vocare, qui humanitatis omnem sensum exuit?) blactimenta mature haberemus[3]. Temporis enim occasio summa est. Debemus tibi pro ista opera plurimum, non hercle quod animus sit homini impiissimo occurrendi, qui sic ebrius est aut forsan epilepticus, ut in medio sermonis curriculo sibi excidat. Id quod vel uno isto patet exemplo, quod primo intuitu deprehendimus (solemus enim, quum vel non vacat vel piget librum a carcere ad metam percurrere, ad catastrophamⁱ aut epilogum converti), quod ante finem libri de sacrificio missae ad hunc modum posuit: „Sed has ventositates haereticorum non pertimescamus; nam non opus erat iactatores illos trilitteros Hebraeos (dispeream enim, si Zuinglius duas primas litteras bybliae noverit secundum idioma linguae Hebraeae, quam ita tumide iactat) secundum Hebraicam veritatem legi in Genesis, quod protulerit vinum et panem; nam et bibliae nostrae et Latinae

Autograph nicht erhalten. — *Druck:* HVLDRY | CHI ZVINGLII EPISTOLA AD PE- | trum Gynoraeum, nunc Augustae agentem, in qua non- | nulla de Eccio, Fabro, Balthazare catabaptista | comperies. Miſsa fuit in Augusto. | M.D.XXVI. | ANNO. 8° *(Finsler Nr. 73).*

Abdruck: Epistolae 1536, fol. 185f. — Opp. Zwinglii II (1544) fol. 113b bis 115a. — Sch. u. Sch. VII 534—538.

---

[1]) *s. Nr. 520, worauf Zwingli hier antwortet.* — [2]) *Vgl. Nr. 520, Anm. 7.* — [3]) *s. dort Anm. 2.* — [4]) *Vgl. S. 694. 16.*

omnes sic habent. At vero Melchisedech rex Salem proferens panem et vinum; erat enim sacerdos dei altissimi, etc.". Vide primum, quot hic barbarismi ac soloecismi in tam brevi sint oratione, quibus liquido deprehendimus hominem nullam grammatices partem non ignorare tam apud Graecos quam Latinos. Deinde cur obmisit istum infinitivum, qui necessario sequeretur hoc verbum: „opus erat"? Postremo „in Genesis" oblitus est: „libro". Taceo „ventositates", „litteras", „byblia", „bybliae" per y — quae audio non admissa esse chalcographorum oscitantia, sed autoris ignorantia. Quod autem ad meam Hebraicarum literarum inscitiam pertinet, ego mihi eam nunquam sumpsi, nec graviter, credo, quisquam feret inscitiam adeo peculiarem omnibus ac familiarem obiici. Quanto iucundius esse putas, cum nobis tam sinister et ater homo inscitiam eius rei obiicit, ad quam ipse nondum sic pervenit, ut iudicare possit? Postea quid opus erat ob tam insigne mendacium tam imprudenter sese diris devovere, quod nesciam duas primas lineas (tametsi ipse nesciat, quid sit linea, *μῆκος* videlicet *ἁπλατές*, ut Gellius[5] habet, qua voce indoctissimus onager pro versu est usus) bybliae secundum Hebraicam veritatem, quum interea potuerim usque ad quartum etiam versum proficere, postquam didicit me adeo rudem esse huius linguae? Perspicuum fit hac deieratione, quod omnes isti mentiuntur, qui dicunt Eccium, quum apud congerrones suos sit absque aliis arbitris, solere quoque non modo pontificem Romanum, sed Romam ipsam vilipendere. Nam nisi speraret umbram suam, posteaquam emigraret, Romani pontificis beneficio servari, non temere diceret: Dispeream, si Zuinglius noverit duas lineas, sed maturius deliberaret, antequam adeo periculose devotioni sese dederet. Sed haec interim ioco tecum. Quae sequuntur, seria sunt; ideo cave *μειδιάσῃς*. Quum disputatio Baden est habita, in qua tam nobiles fuerunt doctores, ut etiam lusciniae[6] nomen habere nonnulli sint digni, sic est consessum, ut

---

[5]) *Gellius, noctes Atticae I 20, 9:* γραμμή, *inquit* (Εὐκλείδης) *est* μῆκος ἀπλατές, *quod exprimere uno latino verbo non queas, nisi audeas dicere „inlatabile". —*
[6]) *Offenbar (zumal im Drucke Lusciniae gedruckt ist) Anspielung auf Otmar Luscinius (Nachtgall), Chorherr zu St. Mauritius zu Augsburg, der als einer der Gesandten des Bischofs Hugo von Konstanz der Badener Disputation beiwohnte. Er stammte aus Straßburg und war Schüler Wimpfelings. Nach großen Reisen 1518 in Italien Dr. iur. can. geworden, 1522 Kanoniker in seiner Heimat, ging er nach Augsburg, wo er als Lektor bei St. Ulrich, seit 1525 als Prädikant bei St. Moriz wirkte und zuletzt mit Mathias Kretz allein den alten Glauben predigte. Vom Rat stillgestellt, zog er 1528 nach Freiburg i. Br., wo er Domprediger wurde; in der nahen Karthause St. Johann starb er 1537. Als Humanist förderte er besonders das Griechische. Man hat von ihm Erklärungen der Psalmen, Evangelienharmonien u. a. Hurter, Nomenclator IV 1112. Roth, Augsburger Reformationsgeschichte I 130f. u. a. v. Stellen.*

quidam, qui *τῇ σκυθρωπότητι τοῦ μετώπου καὶ βαθύτητι τοῦ πώγωνος* Heliam referret, vita vero Luciani Lapitam[7], non longe sederet a Fabro isto, qui specie ac moribus hoc suggerere potuit, quod dicitur et quod de Helia scriptum est *[1. Kön. 17. 4–6]*, videlicet quod corvi eum paverint, ut barbatus Helias, Faber corvus videretur. Cumque aliquando Eccius, qui in suggesto nescio quas moles verborum volutabat, in Hebraicarum literarum mentionem incidisset: Quid, inquit, Oecolampadi, Hebraicas voces iactamus? Adeo dudum didicimus Hebraice loqui, ut ferme dedidicerimus. Ac simul magnum codicem ante se habens stridet quiddam Hebraicum: si vultis, dicam etiam Graece ac Latine. Hic non forte fortuna quidam aderat, cui semper suspecta fuit Eccii complicumque procacia, qui tum non longe ab Helia et a Corvo sedebat. Cumque Hebraicam istam Graecoquelatinam cantilenam finiisset Eccius ac librum e suggesto demitteret ad manus Corvi, ratus ille noster, quod res erat, nimirum esse glossis, ut vocant, interlinearibus fartum; occurrit, officiosus futurus scilicet, ut librum exciperet ac in struem librorum (quam isti tantam habebant, ut decem lacertosi baiuli aegre simul tollerent) reponeret. At obstitit Faber ac librum clausit. Annuit ergo Petrus iste[8] formidolosus (erant enim omnia metu plenissima) discipulo isti, qui notus erat pontifici, ut sumptum librum adperiat. Obtemperat homo librumque explicat. Ibi adparuit insignis ista promptitudo Eccii. Fuit enim exemplum Hispanicum[9], quod ipse nondum vidi, habens Hebraica,

1 πώγωνος] πωγονος — 9 dedidicerimus] dedicerimus.

---

[7]) *Lucian, Convivium sive Lapithae. Lucian schildert eine Vermählung, zu der Vertreter der Philosophie und Literatur eingeladen sind, die im Verlauf der Kneiperei einander in die Haare geraten. § 45:* Λαπίθας οὖν καὶ Κενταύρους εἶδες ἂν τραπέζας ἀνατρεπομένας καὶ αἷμα ἐκκεχυμένον καὶ σκόρους ῥιπτομένους. *Das Zitat in Zeile 1 erinnert stark an Lucian, Ikarom. 5:* προσώπου σκυθρωπότητι καὶ χρόας ὠχρότητι καὶ γενείου βαθύτητι. — [8]) *Anspielung an Joh. 18. 16: Petrus autem stabat ad ostium foris. Exivit ergo discipulus alius, qui erat notus pontifici, et dixit ostiariae et introduxit Petrum. Gemeint ist wohl Dr. Petrus Spyser, der als Vertreter des Churer Bischofs gekommen war (Bullinger I 548), und der discipulus ist der Zeile 15 genannte ille noster.* — [9]) *Es ist an die 1514—1517 erschienene Complutensische Polyglotte zu denken. Vgl. darüber P. R. E. III 4. Wie die Abbildung in The Jewish Encyclopedia III 159 zeigt, ist hier über dem Griechischen interlinear eine wörtliche lateinische Übersetzung gedruckt. Alle drei Sprachen stehen allerdings nicht übereinander. Daß Fabri die Polyglotte besaß, steht fest. Vgl. J. Staub: Dr. Joh. Fabri (1911), S. 76, dazu Anm. 40. Eine Ausgabe des von Zwingli erwähnten Cato erschien 1494 in Reutlingen bei Michael Greiff. „Catho teutonice expositus". Hier ist über den lateinischen Worten interlinear die deutsche Übersetzung, Wort für Wort gedruckt (Exemplar in der Stadtbibliothek Zürich.) Vgl. ferner Fr. Zarncke: Der deutsche Cato 1852. Erasmus gab das Büchlein wiederholt heraus. Weitere Literatur bei W. Guß-*

Graeca et Latina, sic unum alii imposita, ut nobis olim pueris Catonis moralia Germanica expositione intra versuum spacia posita circumferebantur. Sic deprehendit bonus iste vir doctissimorum doctorum promptitudinem, quam nostri mirabantur perinde atque pueri Iunonis avem[10]. Vides hic, cur merito ignorantiam nostram Eccius exibilet; loripedem enim rectus deridet, Aethiopem albus[11]. Ipse enim sic trilinguis est, ut omnes treis legere possit ac sese coram rudibus doctissimum praedicare, non praestare. Noluit enim, vehementer a senatu nostro invitatus fide publica[12], Tigurum ante biennium venire ac nobiscum conferre. Sed nunc Baden scribit nos venire noluisse, non alia, puto, causa, quam veritus, ne ipsum Graece sibilantem aut Hebraice stridentem intelligeremus. Baden arbitratus est se nactum esse, qui ad precationem eius possent dicere Amen. Sed iam ab his seriis ad alia transeamus, hoc tantum addito, quod Berna, Glarona, Basilea, Scaphusia, Abbacella et Sanctogallum nihil sciunt de commendaticiis istis, quas domum retulit ad Baioariae regem[13]; arbitror autem nec reliquos pagos, nisi forte paucos, aut certos saltem homines. Balthazar iste[14], de quo nonnulla per epistolam, sic egit apud nos: Elapsus ex oppido Vualdshuot Tiguri apud viduam quandam subiit. Senatus ubi id rescivit, suspicatus hominem idem monstrum aliturum, quod reliqui catabaptistae, eo quod clam in urbem irrepsisset, stringi hominem iubet ac in praetorio libera custodia servari. Post tertium vero, quartum aut, nescio certo quem diem, iubet subito Engelhardum, Leonem, Myconium, Sebastianum, Megandrum, alios et me adesse. Ubi venimus, exponunt, qui e senatu ad hoc constituti fuerant, quomodo Balthasar dudum literas ad se dederit, quibus polliceatur se Zuinglium suis scripturis superaturum de baptismo. Quid multa? Congredimur. Ibi obiicit caecus homo, quod ante annos aliquot de catechumenis docendis tradideramus in libro sexaginta septem conclusio-

---

mann: Quellen und Forschungen zur Geschichte des Augsburger Glaubensbekenntnisses I (1911), S. 517.

[10]) *avis Iunonis ist der Pfau.* — [11]) *Iuvenal, Sat. I 2, 23: Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus.* — [12]) *Das öffentliche Geleite, das Zürich am 6. November 1524 an Eck gesandt hatte; Abdruck bei Bullinger I 334, vgl. unsere Ausgabe Bd. III, S. 298.* — [13]) *Das Dankschreiben für Eck an den Pfalzgrafen Wilhelm, Herzog in Ober- und Nieder-Bayern, datiert vom 8. Juli 1526, ist ausgestellt von den Boten der zwölf Orte und in ihrem Namen besiegelt von Ulrich Türler, des Rats zu Uri, jetzt Landvogt zu Baden; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 912f. Laut Zwingli hätten also die VII katholischen Orte in der Sache ohne Wissen der V vermittelnden Orte zugleich in deren Namen gehandelt, wie ähnliches einst am Wormser Reichstag geschehen war. Auffallend ist Zwinglis Bezeichnung „König von Bayern".* — [14]) *s. Nr. 520, Anm. 5, dazu die früheren Berichte Zwinglis über Hubmaier in Nr. 426, Anm. 2.*

num[15]; non enim intellexerat nos isthic in hoc esse, quod pueri etiamnum aeque atque olim fidei rudimenta doceantur. Quod ipse ad baptismum retulit, parum prudenter: quasi dixerim meum esse consilium, ut mos non tingendi infantes postliminio reducatur, cum ego de more imbuendi pueros fidei rudimentis locutus sim. Ubi se hac parte videret erravisse, blandulus fuit. Processimus. Post multam conflictationem, in qua testamentum istud perpetuum agnoscere noluit, ventum est ad caput secundum Actorum *[Ap.-G. 2. 38 ff.]*, ex quo probavi Christianorum liberos inter principia censos esse ad ecclesiam, cumque multa responsaret, ad claram atque disertam responsionem eliciebam, ut diceret, an ne concederet pueros istos in ecclesia fuisse, nec ne. At nequicquam omnia tentabam. Ibi ingenue fateor, cum et istum locum 1. Corinthiorum decimo *[1. Cor. 10. 2 ff.]*: „Patres nostri omnes in Mosen baptizati sunt“ etc. admoverem ad compellendum eum, ut agnosceret pueros contineri, etiamsi eorum nulla prorsus mentio fiat, illeque nollet dicere vel non vel etiam, me vehementius invexisse in hominem, sed non alia re, quam quod catabaptismo suo miseros cives suos traxerit in dissidium, quod iam ipsos perdiderit. Hoc ad magnum temporis modum ubi duravit, sic homo redargutus ac superatus artem novam orditur; postulat, ut Leo, Myconius et Sebastianus[16] sibi dentur, ut cum illis solis conferat. Sperabat arrogans homo istos ad se blandiloquentia sua pertracturum. At ubi neque sic videt procedere consilium, eosdem iterum impetrat ac post multas versutias huc descendit, ut dicat se recantaturum. Id autem senatus non cogebat, nisi non voluisset ab urbe abire; nihil enim gravius statuebat in eos, qui catabaptismi causam deserere noluissent, quam quod relegaret. Veniunt interim legati imperatorii postulantes hominem ad suplicium [!], qui eis breviter negatus est per legem, qua cavetur, ut, qui ob aliquam noxam civis in nervum coniiciatur, ob eam solam reus fiat[17]. Sic peccavit in hominem istum senatus: defendit ab impetitione caesaris tanquam civem. At hic succurrit eum fuisse in nervo, antequam in liberam custodiam sit positus. Utcunque res

11 ecclesia] ecclesiam.

---

[15]) *In „Uslegen und gründ“ usw., 18. Artikel, Von der Firmung, s. Bd. II, S. 122 ff.* — [16]) *Sebastian Hofmeister.* — [17]) *Das Auslieferungsbegehren und den Abschlag gibt Strickler I, Nr. 1352, vom 3. Januar 1526. Zürich machte geltend, Hubmaier liege gefangen wegen Sachen, die er gegen die diesseitige Obrigkeit begangen; die Untersuchung sei noch nicht abgeschlossen, und fände man Dinge, die andere Herren berühren, so werde man ihn auch dafür strafen; aber ihn oder andere unter obwaltenden Umständen auszuliefern, sei ungebräuchlich und unerhört. Das Gesetz, welches Zwingli erwähnt, ist höchst wahrscheinlich kein geschriebenes Recht, etwa des Zürcherischen Rates, sondern ein allgemeiner Satz des germanischen Rechtes. Vgl. J. W.*

[4]) *„Das Martin Butzer Sich in verteütschñg des Psalters Johann Pommers getrewlich vnd Christlich gehalten. Vnd weder vom Sacrament, noch anderm, etwas wider die warheyt, oder auch den Pommern, drin gesetzet hat. Antwurt uff des Pommers vnderrichtung. Hört bede parten, bewert alles, vnd behalten das gůt“. Straßburg 1527. Vgl. (Festschrift) zur 400jährigen Geburtsfeier Martin Bucers Nr. 17 (S. 111f.).* — [5]) *Vgl. Nr. 503, Anm. 4.* — [6]) *Die Türken schlugen am 29. August den König Ludwig von Ungarn bei Mohacz und eroberten bald darauf Pest und Ofen. Ein Traktat hierüber bei Keßler Sabbata*[2] *S. 230f., wozu im Kommentar S. 568f. weitere Nachweise. Vgl. Hammer, Geschichte der Osmanen 10, Nr. 261, 262 (auf S. 78). Ranke*[6] *2, 290ff.* — [7]) *Vgl. hierüber Nr. 505, Anm. 3.* — [8]) *Dieser Brief des Erasmus scheint verloren; in Erasmus' Briefsammlung ed. Clericus findet er sich nicht, ebensowenig im Thesaurus Baumianus in Straßburg. Am 4. November 1526 schreibt Ambrosius Blarer an Zwingli von einer epistola Erasmi ad magistros nostros, vgl. Nr. 545, Anm. 2, aber die kann hier nicht gemeint sein, hat auch speziell mit Capito nichts zu tun. Vgl. Capitos Brief vom 1. Januar 1527 (Nr. 568).* — [9]) *sc. Melanchthon.*

532.

Urbanus Rhegius an Zwingli.

Augsburg, 28. September 1526.

Huldericho Zuinglio Christi graciam ac pacem.

Quë „De peccato orig*inali*“ [1] nominatim mihi dedicasti, charis*sime* frater, magna sane animi voluptate pellegi. Libello enim exiguo (si folia spectes, sed ingenti, si rerum pondera) satis superque declarasti, syncerius te sentire de peccato orig*inali*, quam suspicati sint quidam, quos hac tua lucubratione placatum iri nihil dubito, etsi sit, quod male cautus lector et invidus calumniam rapere possit, ut est dies hęc. Cum enim quaeris, an Christus universum genus restituerit, an ecclesiam tantum, respondendo antithesin facis Adami et Christi atque operum utriusque, teque potuisse respondere ais, tantum profuisse Christum sanando, quantum nocuerit Adam peccando. Mox addis: „Noluimus tamen istam sententiam proferre, quod nonnulla obstent et non video, an aliqui eam tenuerint“ [2]. Haec sunt, quae prima fronte duriora videbantur; non quod de te, viro docto et integro, quiddam sinistri suspicer, sed quod vitilitigatoribus vererer ansam praeberi calumniandi, quasi Origenicum quiddam subsit. Origenes[3] enim hoc apostoli tex*tu* Ro. 5. *[Röm. 5. 19 ff.]* permotus adseruit sanguine Christi non unam tantum hominum partem, sed universum omnino

16 Origenes enim *am Rande* — 17 *vor* hoc *gestrichen* ♀

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 54. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 544 f.

---

[1]) *Vgl. Nr. 499, Anm. 4. Zwinglis Schrift „De peccato originali declaratio ad U. R.“ ist datiert vom 15. August 1526 und abgedruckt Bd. V, Nr. 97.* — [2]) *Die Stelle ist ziemlich wörtlich nach der Schrift Zwinglis gegeben.* — [3]) *Eine bestimmte Stelle scheint Urbanus Rhegius nicht im Auge zu haben. Der Gedankengang findet sich bei Origenes wiederholt. Z. B. c. Cels. IV 4, II 42, in Joh. I 15, 87, VI 55 284, in Cant. Cant. II zu Cant. 1, 10, de principiis I cp. 3, 6, cp. 6, 3, II cp. 3, 5.*

genus perpurgari tandem et salvari. Iste igitur sensit efficaciter tantum profuisse Christum, quantum obfuerat Adam, cum omnes tam homines quam dęmones tandem salventur, id quod tibi multę lectionis homini iampridem lib*rum* „περὶ ἀρχῶν“ Origenis[4] legenti obviam venit. Remedium Christi etiam prō mille mundis sanandis efficacissimum esse dicent, cęterum remedii participes fore eos tantum, qui credunt, credere autem non nisi electos Ro. 8. Act. 13. *[Röm. 8. 28 ff., Act. 13. 2]*. Proinde universales illas ad credentes tantum referri, non ad quoslibet. Quod de filiis Abraham promissionis ratiocinaris[5], non displicet. Denuo legenti si quid occurrerit, quod scrupulum iniiciet, ad te perscribam. In transcursu enim atque in media turba libellum, ut primum exhibebatur, raptim legi.

Verba Marci 16. *[Marc. 16. 15 f.]* contendis non intelligenda esse absolute, sed de adultis, qui euangelion audierunt. Cui quidem sententię obstant nonnulla, quae iam non vacat scribere prae negociis. Quid autem dicemus ad hanc generalem apostoli sententiam? Non potest fieri, ut quis deo placeat, nisi fide *[Hebr. 11. 6]*. Credere igitur oportet salvandum. Salvari neminem scimus, nisi in Christo sit; Christo inseri non nisi fide posse arbitramur. Qui Christum non recipit, huic non datur potestas, qua filius dei fiat et hęres. Porro in salvandis fidem propriam exigi, non sufficere alienam, vel ille locus ostendit Habac*uc [Habac. 2. 4]* צַדִּיק בֶּאֱמוּנָתוֹ יִחְיֶה.

Hęc rapui verius, quam scripsi, urgentibus me negociis in loco ad scribendum minime idoneo. Proin boni consules tumultuariam scriptionem. Scribam ad te brevi fusius[6], charissime frater. Quod ad eucharistiam attinet, Augustę nihil est periculi. Veritas triumphat, mussantibus nonnullis, sed nihil efficientibus, quippe egregie ineptientibus in re non intellecta.

Vale, unice frater.

Ex Augusta 28. Septemb*ris* 1526.

1 sensit *übergeschrieben über gestrichenem* meminit [?] — 5 *vor* sanandis *gestrichen* redun — 6 *vor* credunt *gestrichen* electi sunt — 16 sententiam] *Rhegius setzte an mit* q *und korrigierte dann* — 22 *die hebräischen Worte sind im Manukript unpunktiert gesetzt* — 23 in *übergeschrieben über gestrichenem* atque — 27 f. *vor* ineptientibus *gestrichen* indoctis.

---

[4]) *Es handelt sich um die Rufinsche Übersetzung. Bezüglich der Ausgaben vgl. E. Schaefer: Luther als Kirchenhistoriker (1897), S. 171; Anm. 6. Zu Zwinglis Kenntnis des Origenes vgl. J. M. Usteri: Initia Zwinglii (Theologische Studien und Kritiken 1885, S. 687 f. Er besaß die Pariser Ausgabe von 1512.* — [5]) *In der Zwinglischen Schrift der Abschnitt: „Secundam autem propositionem“ usw.* — [6]) *Zuerst schrieb Zwingli an Rhegius, am 16. Oktober, als Antwort auf diesen Brief (Nr. 537).*

Saluta ex me Pellicanum, virum optimum, Leonem[7] et reliquos verbi ministros.

Sententia Exodi *[Exod. 23. 15]* לֹא יֵרָאוּ פָנַי רֵיקָם, ut ab Eccio opponitur, tibi videtur repugnare propter verba Deute. 16. *[Deuter. 16. 17]* אִישׁ כְּמַתְּנַת יָדוֹ כְּבִרְכַּת יְהוָה אֱלֹהֶיךָ. Fac intelligam, quid velis, quando scripsisti oppositum potius intelligi eius, quod hactenus intelleximus.

Tuus Urbanus Rhegius.

Rana et Agricola[8] boni viri sunt: si quid peccant, non peccant malitia in casu nostro de eucharistia.

Clarissimo viro Huldericho Zuinglio, theologo, Tigurinę ecclesię episcopo, suo in Christo fratri. An Huldrich Zwingli zů Zürch.

3, 5 *die hebräischen Worte sind im Manuskript unpunktiert gesetzt.*

---

[7]) *sc. Iudae.* — [8]) *Zwingli hatte am Schluß seiner Schrift de peccato originali gesagt: salvos iube Ranam et Agricolam, quibus tam abest, ut male cupiam, ut anxiis votis a domino petam, ut fidum eorum in evangelio ministerium et faciat et fulciat (Schuler und Schultheß III 645). Zu Frosch (Rana) vgl. Nr. 340, Anm. 1. Zu Stephan Agricola-Castenpauer Nr. 383, Anm. 12.*

533.

Johannes Comander[1] *an Zwingli.*

Chur, 2. Oktober 1526.

Gratiam et pacem per Christum, charissime. Urget temporis angustia, ut vulgariter tecum loquar.

Ich hatt langeſt zů dir geſchriben von der comunion wägen, wie ir zů Zürich mit den krancken üch hieltind[2]. Und ietz můſſ ich aber eineſt[3] ſchriben; urſach, das der ſterbent by uns inbricht[4]. Ich hann die meinung, das deſ herren nachtmal oder euchariſtia inn der gemein gehalten gnůgſam were, ſo man 'ſ zum jar offter begienge, und bedörffte der geſünderten nůt in den hüſſeren von der krancken wägen, ſo ſy doch in der gemeinſame wärind. Ouch iſt minß bedunkenſ die comunion der krancken von den bennigen[5] herin gefürt, die durch ein fleiſchlich und unchriſtlich leben

10 unchristlich] un *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 2. Aus einem Bande, S. 237. Siegelspur. Abdruck: Sch. u. Sch. VII 545f.

---

[1]) *Vgl. Nr. 374, Anm. 1.* — [2]) *Der Brief Comanders an Zwingli ist verloren; denn schwerlich kann das Schreiben vom 5. Juni 1526 (Nr. 493) gemeint sein, in dem Comander zwar von der Eucharistia, aber nicht von der Krankenkommunion spricht. In Zürich wurde die Krankenkommunion 1525 im Anschluß an die Einrichtung der evangelischen Abendmahlsfeier abgeschafft. Vermutlich im November (Egli: Aktens. Nr. 866) erließ der Zürcher Rat eine Verfügung: „H. Hans Fritz und H. Hans Schmid, lütpriester zum (Großen) Münster, söllend die kranken mit dem wort Gottes trösten, wo es notdurftig sin wirt". Edlibach in seiner Chronik (herausgegeben von J. M. Usteri, 1846, S. 273) schreibt: „Item, es liessend sich in derselben zitt uff den tag fil man und wiber versächen mit dem heligen sacrimentt nach dem alten bruch wie vor, dan eß klein und groß rätt uff dis jar nachglassen hettend den priestren die lüt zü versechen, dero vil warent etc.". Vgl. W. Köhler: Zur Geschichte der privaten Abendmahlsfeier (Zwingliana III 58ff.). Nachzutragen ist, daß der Entwurf des Kirchenbuches für die evang. Landeskirche des Kantons Zürich II (1914) erstmalig ein Formular für Krankenkommunion bietet.* — [3]) *noch einmal* — [4]) *Vgl. Comander an Vadian, 13. August 1526 (Vadian. Briefsammlung IV, Nr. 468): Pestis irruit, quae potissime in Christi familiam grassatur.* — [5]) *Gebannten, Exkommunizierten. Comanders Versuch einer historischen Erklärung der Krankenkommunion knüpft an bei dem katholischen kirchenrechtlichen Grundsatz, daß in articulo mortis ohne jede Einschränkung absolviert wird (J. B. Sägmüller: Lehrbuch des katholischen Kirchenrechts (1904), S. 694). Tatsächlich hat die Krankenkommunion (nachweisbar zuerst bei Justin, Apologie I 67, 4) ihren Ansatzpunkt bei mit dem Abendmahl verbundenen magischen Vorstellungen, doch spielte auch der von Comander betonte Gemeinschafts-*

uſſgeſchloſſen, und ſo ſy mit dem todt angefochten, widerumb inn die gemeinſchafft der glöubigen getrungen und mit der communion bezüget und geoffnet, das ſy nit alſ die uſſgeſchloſſnen und verdampten nach irem tod ouch gehalten wurdind. Und uſſ dem ſye herkommen, das man dz brott der ſterbenden ze dienſt habe inverſchloſſen, ſo ſy uſſerthalb der mäſſ niemand conſecrieren lieſſen. Und darumb hab ich nun uff die communion der gantzen gemein getrungen und inn denn hüſſern by den krancken nüt anders denn allein das wort gottes ze troſt und underwyſung gebrucht. Jetz aber ſo kommen ordnungen von Baſel[6] und Coſtentz[7], wie ſy die euchariſtia by den krancken handlen, und das läſen die unſeren, und wellenß ettlich ouch han. Und in der gemeind iſt eſ noch nit uffgericht, und ſtäcken alſo in angſten, dz ich gantz betrübt bin. Dann mich bedunckte vil gemäſſer der geſchryfft und ordenlicher, man bruchte kein privatam euchariſtiam; es wurde die bennigen wol vil harter bewegen und erſchrecken, ouch die comunion vil in gröſſerem ernſt behalten. Doch wil ich warten uff die beſcheidung, wo ich irrete hierinn, dz du mich wyſeſt.

Gott ſy mitt dir und ſtrecke dir din leben, unß kleinen und übelberichten zů troſt und underwyſung.

Ex Chur, 2. die Octobris 1526.

Tuus Ioannes Comander.

Doctissimo ac piissimo viro Huldricho Zuinglio,
fratri suo observando.

---

gedanke mit. Bezüglich der Stellung der Reformatoren zur Privatkommunion vgl. M. Schian in: Die Religion in Geschichte und Gegenwart III (1912), S. 1738f. Die in der Messe konsekrierte Hostie wurde, wie Comander richtig andeutet, in besonderen Behältern, der sogenannten Pyxis, den Kranken überbracht.

[6]) *Die älteste reformatorische Basler Agende erschien 1526, von Oecolampad, Wyßenburg, Bertschi und Geierfalk gemeinsam veröffentlicht: „Form und gstalt, wie des Herrn Nachtmal, der Kindertauff, der Krancken haymsuchung zu Basel gebraucht und gehalten werden". Hier war die Haus- und Krankenkommunion beibehalten, und eine genaue Liturgie für sie geboten. Vgl. J. J. Herzog: Oecolampad (1843), II 22f. Genaueres bei K. G. Götz: Die Geschichte der Basler Liturgie seit der Reformation (Schweizerische theologische Zeitschrift Bd. 25, S. 113ff.).* — [7]) *In Konstanz veröffentlichte 1526 nach der Badener Disputation der Weihbischof Melchior Fattlin die Schrift: „Wie im Anfang der heiligen Kirchen die Christgläubigen das hochwürdig Sakrament des Altars empfangen haben" (vgl. Heinr. Schreiber: Melchior Fattlin 1832, S. 41; Inhaltsangabe bei Hottinger: Helvetische Kirchengeschichte III 339ff.). Fattlin hatte hier die communio sub una auch gerechtfertigt mit der Gefahr, den Wein zu Kranken und Sterbenden zu bringen, „damit die gstalt des wyns nit zu essich würde". Dagegen richtete sich die „Antwurt der Prediger des Euangeliums Christi zu Costentz uff Melchior Vattlin, Wychbischoffs daselbst, ungegründts büchlin" 1526 Die Prediger beriefen sich hier darauf, daß man doch frischen Wein finden könne und die Apostel das Brot hin und her in den Häusern gebrochen hätten. Sie anerkennen also damit die Privatkommunion der Kranken.*

534.

(Johannes) Oecolampad an Zwingli.

Basel, 6. Oktober (1526).

Gratia et pax a deo patre per Christum. Dilecte frater!

Venundatur hic blasphemiarum et maledictorum Ioannis Fabri liber[1], qui nescio, an tibi redditus sit. Nihil impudentius usquam prodiit, planeque refert insanię Badensis speciem. Quid tibi faciundum sit, meo consilio non eges. Spiritus enim domini suggeret. Nisi bestia illa in omnibus aulis obambularet, contemnenda foret plane. Quis enim falsario publico, tam aperta mendacia obtrudenti, animam suam crederet, nisi qui decipi velit? Ei enim dignum obtingit operculum. Porro, quum laboret in hoc, ut ego a te dissentire videar, et quędam de invocatione sanctorum a me concessa asserat in Badenn, statui libello edito ecclesię meę rationem reddere[2]. Scio enim, nos multis temporibus non dissensisse in ullis ecclesię dogmatis. Fortassis et alia quędam obiter refellam, siquidem nos gratia domini non dereliquerit, ut incommodus liber Fabri commodo nobis sit. Literas ab amicis Argentinensibus[3] non potui citius ad te mittere. Vereor, obscuriores litteras Buceri, quam ut intelligas. Itaque ille noster est Iacobus Sturmius[4], senator Argentinensis. Adversarius autem

11 *vor* libello *gestrichen* ego — edito *übergeschrieben* — 13 *vor* refellam *gestrichen* conab — *vor* dereliquerit *gestrichen* dede.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 57. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 546 f.

[1]) *„Christenliche beweisung“ usw., Druck vom 4. Herbstmonat 1526. Näheres unten Nr. 554, Anm. 8.* — [2]) *Vgl. ebendort Anm. 7 die erschienene Antwort Oecolampads.* — [3]) *Vielleicht gehörte Nr. 531 (von Capito) noch zu diesen Briefen. Der Brief Bucers fehlt, womit auch die Erwähnung Sturms und Fabers nicht deutlich ist.* — [4]) *Jakob Sturm (1489—1553), aus altem Straßburger Adelsgeschlecht, wurde durch Wimpfeling, der ihn 1504 zum Studium der Philosophie und Theologie nach Freiburg begleitete, humanistisch bestimmt, war 1517—1523 in Straßburg Sekretär des Dom-*

infensissimus est Faber. Vides item, quid non attentet ad perdendos nos.

Tanto impetu Turcus [!] urget[5], et nihil curę erat principibus, quam ut pauci quidam euangelizontes pessundarentur. Sunt, qui Turcam existiment a papa adiutum et in Hungaros evocatum coniecturamque habent ex moneta Rhomana, quę in castris Turcicis militibus dispendatur, et quod Turcicę machinę, victo Gallorum rege, in castris papę repertę, et quod interceptus papę ad Turcam legatus. Sed incerta illa sint. Bella Italica satis docent, num pro parte Christi stet, et maxime, quod satellites eius in euangelium Christi ita sęviunt. Nondum pestis desiit, quam audio et isthuc proserpsisse[6]. Vellem studiosos maxime primum prȩservativa non contemnere et deinde absque metu agere. Nam hic potissimum perierunt meticulosi et salutis suę contemptores. Si dissuades, ne Fabro respondeam, fac sciam; et si librum nondum accepisti, mittam. Credo autem, quod pridem amici miserint. Struthio responsum esse aiunt, et Carlstadium a concionibus esse in Tauberna Rottenburg[7].

Saluta Pellicanum, Myconium, Leonem et reliquos fratres. Vale.

Basileę 6. Octobris[8].

Tuus Oecolampadius.

Huldrico Zwinglio, ecclesię *Tigurinę* fidelissimo doctori, fratri suo.

1 *vor* est *gestrichen* nobis — *vor* item *gestrichen* aut — 4 euangelizontes] *ursprünglich* euangelij — 11 f. *vor* proserpsisse *gestrichen* serpere — 17 Tauberna] *ursprünglich* Taubernis — 22 *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen.*

---

propstes Pfalzgrafen Heinrich, gab aber dann infolge des Vordringens der Reformation die geistliche Laufbahn auf und trat in städtischen Dienst, wo er alsbald die stärkste Stütze der Reformation und eifrigster Förderer des Schulwesens wurde. Vgl. J. Ficker in: Handschriftenproben des 16. Jahrhunderts I (1902), S. 6.

[5]) *s. Nr. 531, Anm. 6. Die Gerüchte von Treulosigkeit des Papstes auch sonst erwähnt: „Es ist allenthalben im tütschen land das gemurmel, der papst und Venediger syend des ietzigen Türkenzug uf Ungern nit schlechte ursächer"; Keßler, Sabbata² S. 231.* — [6]) *Nennenswerte Verbreitung fand die Pest um diese Zeit in Zürich nicht. Vgl. aber Nr. 533, Anm. 3.* — [7]) *Seltsam verspätetes Gerücht! Karlstadt hatte nach fünfmonatlichem Wirken Rothenburg ob der Tauber schon Ende Mai 1525 verlassen; Barge, Karlstadt 2, 355.* — [8]) *Jahrzahl fehlt. Wegen Anm. 6 möchte man auf 1525 geraten, wenn nicht alle Gründe, so auch noch die Erwähnung Pellikans in Zürich (am Schluß) auf 1526 führten. — Leo ist Leo Jud.*

535.

Zwingli, Zeugendeposition.

(11. Oktober 1526).

Schuldheyß Hebolt von Solenturnn[1] hott gseyt ze Werd vor den pfaffen, wie imm doctor Lorentz[2] ze Baden gseyt habe von Hansen Äscher[3]: der habe imm gschriben, wir lasind ietz ain büch ze Zürich usgon, darinn stande, Christus sye am krütz verzwyflot, mit vil andren ungeschicklicheiten ꝛc.[4].

Item Hensy Bürgers[5] sag: meister Jacoben Obrecht[6], bichtvattern von den statt knechten, gesagt[7].

1 *vor* vor *gestrichen* Hans åscher habe.

Zürich, Staatsarchiv: E. I. 3. 1 (Zwingli-Autographen, gesammelte Fragmente und Zeddel), Nr. 75, 76, 77. Siegelspur.

[1]) *Schultheiß Peter Hebolt von Solothurn war im Gegensatz zu seinem Mitschultheißen Hans Stölli ein Hauptanhänger des alten Glaubens. Vgl. R. Steck: Die Reformation in Solothurn (1906), S. 9. Dortselbst auch weitere Literaturangaben.* — [2]) *Dr. Lorenz Mär. Er befand sich seit dem 8. Oktober 1523 in Baden, vgl. Nr. 317, Anm. 1.* — [3]) *Über diesen Hans Escher oder, wie ihn sein Bruder Konrad nennt, „Klotzen"-Escher, vgl. Egli, Aktensammlung Nr. 1050 (S. 493f.). Er ist ein Gegner der Reformation und wurde gefangen gesetzt, dann aber gegen Kaution freigelassen. Vgl. a. a. O. Seinen Beruf als Anwalt durfte er zwar fortführen, blieb aber vom Rate ausgeschlossen. Vgl. Mörikofer II 58f.* — [4]) *Falls es sich nicht um bloßen Klatsch handelt, könnte Zwinglis declaratio de peccato originali ad Urbanum Rhegium vom 16. August 1526 (Bd. V, Nr. 97) gemeint sein. Natürlich findet sich jener Vorwurf dort nicht, aber Zwingli verteidigt sich gegen ein evacuare Christum. Im Verhör sagte Hans Escher aus (vgl. Egli, Aktensammlung Nr. 1050, S. 503): „Was er gan Baden geschriben soll haben, wie ein büchli hie usgange, darin stande, daß Christus an dem crütz verzwiflet sye, sagt er, daß er nützit nienenhin sölichs geschriben hab; aber wol uf ein jar sye der pfaff Löw zum „Rüden" kommen und (habe) weiß was geschriften gebracht, darin sölichs stünde. Aber dasselbig hette neisswa ein münch gemacht; das er gehört, aber nieman nützit darvon geschriben noch gesagt, daß M. Uolrich (Zwingli) sölichs usgan ließe". Darnach hätte also die ganze Sache mit Zwingli nichts zu tun, und das dürfte der Tatsächlichkeit entsprechen.* — [5]) *Der Stadtknecht Hans Bürger*

begegnet zum 25. Mai 1519 in den Akten. Es wurden ihm „auf habliche Unterpfande" zehn Kronen geliehen. Alle Monate soll er einen Gulden zurückerstatten (Egli, Aktensammlung Nr. 53). Laut Aktensammlung Nr. 1050, sub e (S. 492) hat Hans Bürger in der Beichte gesagt, „wie die stadtknecht pension hetten, dorumb, daß si die pensioner warneten, wann si si fachen sollten". Der Beichtvater Obrecht hat dann dem Bürgermeister Röist davon Mitteilung gemacht. — [6]) Am 10. Oktober 1494 wurde in Freiburg i. Br. immatrikuliert: Iacobus Opprecht de Sancto Gallo (vgl. Herm. Mayer: Die Matrikel der Universität Freiburg i. Br. I (1907), S. 117). Im Sommer 1494 war er gleichzeitig mit seinen Landsleuten Joh. Wenniger, Herkules Huy und Ulrich Talman in Basel immatrikuliert gewesen und hatte 6 sol. Immatrikulationsgebühr bezahlt. Er ist dann von Freiburg nach Basel zurückgekehrt; denn hier wurde er 1496 baccalaureus in angaria cinerum, 1498 magister artium (Basler Matrikel; freundliche Mitteilung von Herrn Oberbibliothekar Dr. Bernoulli; bei der Eintragung als magister ist beigefügt: dispensatum est secum sub forma communi). Laut Aktensammlung Nr. 1050, sub e (S. 492) muß Obrecht damals, am 11. Oktober 1526, schon gestorben sein, denn Zwingli hat ihn bei seiner Zeugenaussage: „M. Jakob Opprecht selger" genannt. — [7]) Zu dieser Zeugendeposition Zwinglis vgl. Egli, Aktensammlung Nr. 1050, Mörikofer II 58 f., Stähelin II 40 ff. Es handelt sich um die Befreiung des Reformationswerkes von lästigen Gegnern, bei der Zwingli die Initiative ergriff. Die oben abgedruckte Deposition bildet offenbar Zwinglis Aufzeichnung für das Verhör, das Protokoll darüber s. Egli, Aktensammlung Nr. 1050.

536.

(Johannes) Oecolampad an Zwingli.

(Basel), 13. Oktober (1526).

S. in Christo. Mi frater!

Vitus, qui litteras tuas[1] reddidit et Lutheri puerilem libellum[2], Argentoratum profectus est. Scripsi fratribus, qui illic, ut consilium suum communicent, quod nimirum facturi sunt. Meo suffragio Lutherum adorieris, quo relatrante collatrant omnes, qui ab eo pendent, et obmutescente obmutescunt et sui. In Urbano Regio Augustani plerique constantiam desiderant. In enarratione 26. cap. Matthaei *[Matth. 26. 1ff.]* recte se gessisse dicitur[3]. Dominus illi ulterius assistat.

Sychardum[4] autumo gratificatum impio Fabro, et episcopalis cuiusdam aulae ambientem indignis pręconiis Clementem celebrasse.

6 obmutescunt] *ursprünglich* obmutescent — 7 *vor* Augustani *gestrichen* Augustenses *mit* i-*Punkt über dem ersten* e.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 140. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 547.

---

[1]) *Der Brief Zwinglis ist verloren, der Bote weiter kaum bekannt.* — [2]) *Luthers „Sermon von dem Sakrament des Leibes und Blutes Christi wider die Schwarmgeister". Es sind die von ihm am 28. und 29. März 1526 gehaltenen drei Predigten über Beichte und Abendmahl, die, vielleicht ohne sein Zutun, Ende September oder Anfang Oktober erschienen (Näheres s. Weimarer Ausgabe XIX 474 f.). Die Schrift besprach eingehend die Abendmahlslehre Oecolampads (vgl. Köstlin-Kawerau: M. Luther II 83) und erregte heftigen Widerspruch im Lager der Zwinglianer und Oberländer. Johannes Landsperger trat ihr zuerst entgegen (s. den Titel seiner Schrift Weimarer Ausgabe XIX 476), dann Zwingli in der amica exegesis, zu der ja Oecolampad den Reformator direkt auffordert (Meo suffragio Lutherum adorieris).* — [3]) *Bisher galt Rhegius als Zwinglianer; im folgenden Jahr zeigt sich sein Schwanken. Bei der enarratio 26. cap. Matthaei scheint es sich um eine Predigt zu handeln, denn eine besondere Schrift des Rhegius darüber ist nicht bekannt. Vgl. O. Seitz: Die Stellung des Urb. Rhegius im Abendmahlsstreite (Zeitschrift für Kirchengeschichte XIX 293 ff.).* — [4]) *Johannes Sichard von Tauberbischofsheim, Jurist, zirka 1499—1552, war seit zirka*

Factum pœnitendum non probo. Ex cantonibus Helvetiorum non fuerunt hic alii præter Scaphusanos et Glareanos, qui citra euangelii mentionem iuramentum fœderis amplexati sunt[5]. De reliquis nihil auditur. Commendo me tibi et fratribus.

Vale.

13. Octobris[6].

Tuus Oecolampadius.

Hulrico Zwinglio, fratri charissimo. — Zurch.

4 *vor* Commendo *gestrichen* Hezerus.

1525 in Basel Professor der Rhetorik und des Lateinischen. Gebildet auf der Schule zu Erfurt, studierte er 1514 in Ingolstadt, wurde hier Magister und dann nach München an die schola poëtica berufen. 1521 ging er nach Freiburg, ohne hier die erstrebte Professur erhalten zu können; auf Empfehlung des Ulrich Zasius kam er dann nach Basel. 1530 kehrte er nach Freiburg zurück, wurde hier 1531 Dr. jur. und wirkte seit 1535 in Tübingen. Vgl. Eisenhart in A. D. B. XXXIV 143—146; Mandry in: Württemb. Jahrbücher für Statistik 1872. P. Lehmann: Johs. Sichardus und die von ihm benutzten Bibliotheken und Handschriften (1912). In Basel gab er mense Augusto 1526 heraus: Divi Clementis recognitionum libri X, cui accessit epistolarum pars vetustissimorum episcoporum (Mandry S. 36). Darauf spielt Oecolampad an, er schreibt jener Publikation den Zweck der Umschmeichelung eines Bischofssitzes zu. Und das insofern mit Recht, als Sichard seinem Werke eine vom 18. August datierte Widmung an Bischof Bernard von Trient, den Kanzler König Ferdinands, vorausgeschickt hatte. Hier sagte er u. a. de R. T. P. vero quid dicam? Cuius mihi aula usque adeo nihil aulici visa est prae se ferre, ut in Academia quadam me versari existimarem . . . in cuius aula veluti equo Troiano inclusi essent tot literarum proceres, apud quos cum semel atque iterum esset de communibus rebus institutus sermo, forte Clementis memini, cuius ego aeditionem iam tum parabam. Den epistolae vetustissimorum episcoporum hat Sichard noch eine besondere Vorrede voraufgestellt, in der er den Päpsten schmeichelt und auftritt gegen die, welche die ceremoniae ändern wollen.

[5]) *An der Tagsatzung vom 21. August 1526 war zu Baden in den Abschied der Vorschlag gekommen, denen von Basel die Bünde zu schwören, da angezeigt worden, es sei solches Zürich und Basel gegenüber nur von wenigen Orten geschehen usw.; am 10. Oktober wurde dann, ebenfalls zu Baden, mit Mehrheit Verschiebung beschlossen; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 986, 1001. Laut dem Brief Oecolampads wären einzig die Boten zweier Orte in Basel zum Schwur erschienen.* — [6]) *Jahrzahl fehlt. Anm. 2 und 5 ergibt 1526.*

537.

Zwingli an Urbanus Rhegius.

(Zürich), 16. Oktober 1526.

Urbano Regio, apud Augustam Christum adnuncianti, Huldrichus Zuinglius.

Gratiam ac pacem per Christum.

Recte putavisti[1], excidisse nobis, doctissime Urbane, Origenem in hac fuisse sententia, quem ante omnes olim diligentissime in his saltem, quae hodie circumferuntur, legimus[2]. Sed oblivionis haec arbitror causa fuit, quod cacodęmonibus quiddam promittere videtur, quos in rationem nostram non admittimus. Hi enim per Adamum non corruerunt, igitur neque resurgent per Christum. Verba Marci *[Marc. 16. 15 f.]* synecdochica sunt, ac de iis modo intelliguntur, qui audito euangelio non crediderunt. Praecessit enim: „Praedicate euangelium“. Qui ergo praedicato euangelio credunt, inter beatos locantur; et contra, qui praedicato euangelio non credunt, diris mancipantur. Neque hoc electioni praeiudicat. Nam et qui ad Christum veniunt, per patrem huc trahuntur: haec est electio; et qui ad patrem veniunt, ab ipso eliguntur. Sic tamen, ut per Christum, salutis pignus, ad se tandem veniant, cum eis fruendum est perpetuis bonis. Firmam enim esse oportet electionem, etiamsi, qui eliguntur, per unicum Christum adducantur. Eligi enim oportet eos quoque, qui ad Christum veniunt, et electos per eum in gloriam regni ingredi. Ipse enim est via, veritas et vita *[Joh. 14. 6]*. Sic et iste locus, quod sine fide impossibile sit aliquem deo placere *[Hebr. 11. 6]*, synecdochicôs intelligi

Epistolae 1536, fol. 17b f. — Opera 1581, Tom. I 382b f.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 549—551.

---

[1]) *Vgl. den Brief des Rhegius vom 28. September, Nr. 532, worauf Zwingli hier antwortet, indem er zugleich gegen den Schluß konstatiert, daß Rhegius in der Abendmahlslehre ihm beigetreten sei.* — [2]) *Vgl. Nr. 532, Anm. 3. Zwingli lehnt also hier die Dämonenspekulation des Origenes, die in der Lehre der Apokatastasis gipfelte, ab. Vgl. darüber K. Müller: Das Reich Gottes und die Dämonen in der alten Kirche (Preuß. Jahrbücher Bd. 92, S. 1—16).*

debet, de his modo, qui verbum audiunt, ac resiliunt, aut qui audiunt, ac recipiunt. Qui vero per aetatem non audiunt, his universalibus non continentur. Apud illos enim nulla est praevaricatio, cum nulla sit apud eos lex. Si vero ex Christianis prognati sunt, iam virtute testamenti filii dei sunt; sin ex gentibus, iam nihil decernimus. Quanquam, ut ingenue fatear, mihi magis arridet ea sententia, quae virtuti mortis Christi omnium innocentium salutem acceptam fert. Sic enim paria sunt: ubi abundavit delictum, ibi exundavit gratia *[Röm. 5. 20]*. Si quaeres, quomodo possunt haec fieri?, hoc modo: Quicquid uspiam mortalium nascitur, salvum est per Christum. Ubi vero tandem pervenitur in legis cognitionem, eaque vel diligitur vel contemnitur, iam sequitur felicitas aut calamitas aeterna. Si dicas: Quid ergo magis est Christiano, quam impio? Multum per omnem modum; primum, quod Christianis exponitur euangelium, prędicatur innocentia; dein, quod, dum nos peccamus, habemus qui pro nobis advocet *[1. Joh. 2. 1]*, quo monente ac castigante perpetuam agimus poenitentiam. Isti, posteaquam a gratia exciderunt primigenia, ut sciant, quomodo instaurari aut possint aut debeant? Si vero legis opus faciunt, quod in cordibus eorum scripsit deus, iam et isti salvi fiunt. Signum enim electionis est, deum amare ac timere. In adultis ergo sic requiritur fides, ut, ea nisi adsit, frustra salus speretur; in pueris ac innocentibus etiamsi fidem non habeant, non tamen plus est eis metuenda damnatio, quam eis, quorum parentibus dicebatur: „Maledictus qui non fecerit omnia verba legis huius *[Jac. 2. 10]*“. Qui tamen salvi fiebant, quanquam legem non agnoscerent, tam abest, ut, quod lex iubebat, facere possent. Synecdochici igitur sunt huiusmodi sermones. Atque is ex istis locis unus est, qui nos morantur, ne salutem temere prophanorum liberis polliceamur, tametsi non multum obstet. Nobis satis fuerit, non nimium curiosos esse: posteaquam Christianae familiae liberos sciamus vere esse redemptione filii dei liberos. „Non adparebis in conspectu meo vacuus“, interim hunc sensum habet: „Non videbuntur vultus mei frustra“: לֹא יֵרָאֶה אֶת פָּנַי יי רֵיקָם, quemadmodum in Exodo *[2. Mos. 23. 15]* videre licet. Hac enim promissione ἐπιχειρεῖ ὁ θεὸς persuadere, ut ad se veniant: nunquam enim frustra venturos. Aliquando vero istum prae se fert, quod sine munere adparere non debeant. Et hunc sensum omnes sequuti sunt, tam Hebraei quam Christiani, cum nonnihil avaritiae in recessu habere videatur. Locos istos ubique excute, et videbis nos non temere esse locutos, et vim passivi verbi hoc requirere. Tametsi non nesciam, illis nonnunquam

11 diligitur] negligitur *Epp.* — 26 Synecdochici] Synecdochae *Epp., vgl. aber S. 737. 8.* — 32 *Der hebräische Text in den Epp. ist unpunktiert.*

passiva, quamvis rarissime, vice activorum, quo modo Graecis, accipi. Is ergo locus, qui est Deut. 16. *[5. Mos. 16. 16]*. „Non videbitur vultus meus frustra“, magis videtur absolute, quam in consequentiam positus, cum et Hebraei pasuk post „eum“ habeant, quo nonnunquam etiam non in periodo utuntur, scio. Sed isto loco priorem sensum, quem diximus, videtur habere divinus sermo, ut sit sensus: Cum ad me venietis *ἐν παυηγύρει*, non frustra venietis; ut *κατ' ἀποσιώπησιν* obmittatur: „Ego enim reficiam vos“. Quomodo Christus loquebatur, cum diceret: „Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos *[Matth. 11. 28]*“. Ac dein iungatur: Quum ergo venietis, quisque munus quantum dominus dicabit בְּכָרְכָּה *[5. Mos. 16. 17]* secum baiulabit. Qui ergo nihil habebat, nihil quidem adferebat, sed gratiam referebat. Hęc velociter tecum, mi Urbane! Utinam epistolae maturiori tempus fuisset! Sed docto tibi pauca totum sunt pelagus; haustum enim si habeas, ipse iam bibis.

In eucharistiae re gratulor vobis, te nostrum esse factum[3]. Verum gratiam meretur novitas; brevi enim spero omnes, qui adhuc obstrepunt, tropum, qui nullo negocio videri vobis debebat, visuros esse, ac sententiae nostrae simplicitatem ac claritatem. Una est spiritualis manducatio, quo filio dei, pro nobis delitato, fidimus, non duę; quarum altera nescio quod verborum figmentum prodimus, carnaliter, corporaliter, spiritualiter.

Vale, ac constans esto! noli desciscere ad hoc seculum, quod Augustae perhibent vehementer pollere[4]; moneque principes, thesauros omnes ecclesiae in Turcae expugnationem esse expendendos[5]. In hunc enim usum aliquando colligi praetexebant pontificii; citra enim hunc ecclesiae (iam loquor ut isti) thesaurum, non est ubi hauriatur, quo in hunc usum opus est, praesertim in Germania.

16. Octobr*is* 1526.

11 *Das hebräische Wort ist in den Epp. unpunktiert.*

---

[3]) *Vgl. dazu O. Seitz: Die Stellung des Urbanus Rhegius im Abendmahlsstreite (Zeitschrift für Kirchengeschichte XIX 293 ff.).* — [4]) *„Es war wirklich so, wie Spengler im Jahre 1526 schrieb, daß sich die Städte gegeneinander so gar mißtrauisch zeigten . . . Jede der Städte hatte eben außer den allen oder einer Gruppe von ihnen gemeinsamen Interessen noch ihre ganz bestimmten besonderen, zu deren Wahrung sie ihren eigenen Weg gehen zu müssen glaubte. Für Augsburg war ein solches Sonderinteresse außer anderem die Monopolienfrage, die eine Hauptursache wurde, daß es sich während des ganzen von uns umspannten Zeitraumes 1525—1530 in politischer Beziehung überaus vorsichtig zurückhielt, niemals führend hervortrat, alle Bündnisverhandlungen nur zum Schein führte und sich mit allerlei Winkelzügen selbständig durchzuhelfen suchte“ (F. Roth: Augsburgs Reformationsgeschichte, 2. Aufl., Bd. I, S. 273).* — [5]) *Offenbar Anspielung an die Schlacht bei Mohacs vom 29. August 1526, in der Ludwig II. von Ungarn gegen Soliman sein Leben verlor.*

538.

Kaspar Mosager[1] *an Zwingli.*

(Paris?), 16. Oktober 1526.

Extant binę adhuc litterę eodem argumento. Unis[2] Erasmus gratulatur reduci regi et Gallię tandem reddito. Mox in hiis de cerebrosa Bede censura et Sutoris[3] tragedia non nihil tractat. Alteris[4] exorat apud parlamentum, ne Bedę et Sutoris libri vendantur. Sed quia famę et nomini tuo nihil derogant, quod ut proprium curę mihi est, non opus esse, ut transscriptas mitterem, arbitratus sum. Apud bonos et doctos, quorum non pauci sunt Parisiis, bene audis; a morosis, quibus nihil recte fit, nisi quod quęstum sapit, execraris.

Vale.

Saluta ecclesiam Iesu Christi.

Idibus Octob*ris* MDXXVI.

Gaspar Mosager, tuus amiculus.

D*omino* Zwinglio, Tigurinorum episcopo, fratri suo charis*simo*.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 146b. Auf der andern Seite des Blattes (p. 146) die unten folgende Abschrift des Briefes von Erasmus.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 548. — J. H. Hottinger, hist. eccl. 6, 604, mit nachfolgendem Brief des Erasmus; letzterer auch bei J. C. Füßli, Epp., Cent. I, Nr. XI (p. 39), aber ungenau.

---

[1]) *Kaspar Mosager ist nur durch diesen Brief bekannt. Ungewiß bleibt die Vermutung, er sei mit Kaspar Massigerus (Mäßger?) zu identifizieren, der um den 20. Juli 1524 an Farel schreibt, wie es scheint aus Solothurn, wo er als Lehrer an einer Schule wirkte und der evangelischen Partei angehörte; Herminjard 1, Nr. 106 (S. 243ff.).* — [2]) *Erasmus an Franz von Frankreich 16. Juni. Vgl. Erasmi opera ed. Clericus VI 943f., Herminjard 1, Nr. 177.* — [3]) *Vgl. über Beda und Sutor Anm. 3 der Beilage.* — [4]) *Erasmus an das Parlament 14. Juni. Capito schreibt an Zwingli am 1. Januar 1527 (Nr. 568): Scripsit Erasmus diversissimas literas, quae una impressae sunt. Primas ad universitatem Parisiam, in qua Lutherani haeretici sunt, et his pernitiosiores, qui eucharistiam negant (das ist der unten als Beilage gedruckte Brief). Alteras ad barlamentum [!] Parisinum, ut vocant, in quibus novarum rerum studiosos, improbat, atqui non penitus explodendum ait, quod esse novum appareat. Zur Sache vgl. auch P. Feret: La faculté de théologie de Paris I (1900), S. 136ff.*

Erasmus facultati Parisiensi.

S. Magnifici doctores et fratres honorandi!

Equidem sperabam, si pugnans adversus Lutherum defecissem, isthinc mihi venturas supetias, et si hinc factionis, cum qua decerto, fuissem profligatus, apud vos mihi tranquillum portum tutumque refugium. Nunc isthinc veniunt libelli amarulentiores, quam unquam scripti sunt in Lutherum a quoquam vestrum. Ego, ut deficerem ab ecclesie consortio, me ipsum apud Germanos ex gratissimo feci invidiosissimum, provocavi in Lutherum quam venenatam bestiam; liber eius, quem ad vos mitto[1], declarabit. Totius factionis (que potentior est, quam quisque credat, et indies invalescit) fremitus, minas, convitia, famosos ac furiosos libellos iam diu perpetior. Aggressus sum provintiam viribus meis maiorem; sed morem gero pontifici, cęsari et principibus: audax facinus, presertim in hac parte Germanię! Quid profecerim, testantur ipsi, qui clamitant neminem magis obstetisse euangelio, quam Erasmum. Et quasi parum esset Lutheranorum vim sustinere, cum Zwinglianis, qui in eucharistię negotio a Lutheranis dissident, bellum erat suscipiendum. Qua quidem in re non in strenuam operam navavi in conciliabulo, quod nuper habitum est in Baden, civitate Helvetiorum[2]; id indicabunt liber et epistola, quam mitto; ea Germanice versa fuit recitata coram universo consilio et in huius urbis item senatu. Et hec pro viribus agentem cum vestra eruditio me sublevare debuerit, a tergo adoriuntur plus quam hostiliter Sutores et Bede[3], ex quorum libris dici vix possit quantum animorum accesserit Lutheranis et Zwinglianis. Ex meis libris nullus adhuc factus est seditiosus aut factiosus, et si quid erroris excidit hominum more, animus certe sincerus est et facile corrigi poterat, quod offendit. Istos tumultus quorsum attinebat suscitare? Palam est rem agi privatis odiis; verum in hac causa omnium periculosissima conveniebat, si quid esset privatae simultatis, ponere,

14 *vor* a *gestrichen* cum — 18 universo] niuerso, *am Anfang einer neuen Zeile. Mosager glaubte offenbar das* u *schon geschrieben zu haben* — *vor* pro *gestrichen* cum.

---

[1]) *Luthers Schrift „De servo arbitrio" 1525. Vgl. Weimarer Ausgabe XVIII 551ff.* — [2]) *Die Badener Disputation. Erasmus hatte mit Berufung auf seine Kränklichkeit das ihm von der Tagsatzung angetragene Schiedsrichteramt abgelehnt, dagegen richtete er, als Leo Iudae in Zürich zur Empfehlung der Zwinglischen Lehre einige seiner Äußerungen über das Abendmahl in deutscher Übersetzung veröffentlichte, an die eidgenössische Tagsatzung einen Brief (17. Mai, vgl. Bullinger I 353), in dem er sich von jeder Gemeinschaft mit Zwingli und Oecolampad lossagte und zum Einschreiten gegen sie aufforderte (Opp. ed. Clericus X 1580f. Vgl. R. Stähelin in P. R. E.[3] V 443). Das von Erasmus mit dem Briefe überschickte Buch ist das Leo Iudaes, das „bůchli, das diser zyt vßgangen was durch den truck vnd disen tittel hat: des Hochgelerten Eraßmi von Roterdamm vnd D. Luthers meinung vomm nachtmal vnsers Herren Jesu Christi, vßgangen des 18. Aprilis imm 1526. jar" (Bullinger I 352, woselbst eine nähere Charakterisierung des „bůchli").* — [3]) *Noël Beda (vgl. über sein Leben P. Feret: La faculté de théologie de Paris et ses docteurs les plus célèbres II (1901), S. 4ff.), der berühmte Pariser Theologe, schrieb, nachdem er schon vorher die Verurteilung der colloquia des Erasmus durch seine Fakultät betrieben hatte, 1526 seine: „Annotationum Natalis Bedae in Iacobum Fabrum Stapulensem*

donec orbi rediisset tranquillitas. Quid autem sibi vult Sutor? Novum testamentum a me versum in exemplaria plus centies millia propagatum est per typographos[4]; ista debuit in tempore scribere. Porro quum Bedę censuris respondissem sic, ut in multis nihil esset scrupuli, quo spiritu ductus edidit suas censuras, in quibus sunt tot evidentes calumnie, tot manifesta mendatia, etsi nemo respondeat verbum? Quam exultant Lutherani, dum tales legunt libellos! In Fabrum[5] habebat ex re iustiorem debachandi caussam, et tamen in illum mitior est; ad me cum ventum est, fit censor et nihil crepat nisi blasphemias et hereses, neque me fugit, quid exasperet animum hominis, quia colloquium tribus verbis attigit, collegium ipsius ludens de putribus ovis. Gravis vero caussa, cur cęlum terrę misceatur, si ad istum modum nos mutuis morsibus laceramus, quid superest, nisi ut mutuis vulneribus confossi pereamus iuxta Pauli sententiam *[Gal. 5. 15]*? Hec si meam tantum famam lederent, tollerabilis esset iactura; nunc confortatur caussa Lutheri, et theologici nominis odium exacerbatur apud istos. Beda me magnifice contemnit idque facit tuto, quia non sum talis, qualem ipse fingit; quod si essem, res ipsa indicaret, quantam in orbe tempestatem exitari posset Erasmus. Quid si per vos isthinc licebit tales libros edere, quales nobis mittit Sutor et Beda (de in me scriptis proprie loquor) et nostra excludentur, certa nimirum penes istos victoria est, atqui hoc non est coarguere, sed violentia tyrannica opprimere. A me nihil est periculi; sed vereor, ne tales experiamur illud euangelii: „Qui gladio percutit, gladio peribit *[Matth. 26. 52]*“. Somniat Beda profligatam Lutheranam factionem! *Ut*inam esset! Tantum proęmia sunt, nescio quem finem habitura, si talibus modis res peragatur. Si vestra prudentia pernoscet, quo in statu res sunt per universam Germaniam, iudicaretis maiore favore dignum, quam exhibent Sutor et Beda. Lutherani iactitant neminem esse mortalium, qui possit refellere, que congessit argumenta Lutherus de libero arbitrio.

Prefationem meam extemporariam mitto[6]; in reliquo sudebam [!] perfecturus ante Kalendas Augusti, ni Sutor et Beda suis libris interpellassent. Ego post-

2 *vor* millia *gestrichen ein zweites* Millia — 8 censor] *ursprünglich* censura — 22 *Ut*inam] *Ut Ergänzung, da im Manuskript ein Loch ist.*

---

libri duo et in Desiderium Erasmum Roterodanum liber unus, qui ordine tertius est“. Mehr als $^3/_4$ des Werkes richten sich gegen Faber Stapulensis. Erasmus replizierte mit mehreren Schriften, vorab mit den „Supputationes errorum in censuris Bedae“. (Näheres bei Feret a. a. O.) Beda schrieb dagegen die „Apologia adversus clandestinos Lutheranos“ 1529. — Pierre Couturier (Sutor), ebenfalls Professor an der Sorbonne, schrieb 1525 „De translatione bibliae et novarum interpretationum reprobatione“ und trat hier für die Vulgata ein gegen „die Fantome eines gewissen Theologaster“ oder „eines gewissen kleinen Rhetor“, dessen Übersetzung „unpassend“ und sinnlos sei. Auch die Auslegung der paulinischen Briefe durch Erasmus hatte er angegriffen. Erasmus antwortete mit der „Apologia adversus debacchationes Petri Sutoris“ 1525, Couturier replizierte im gleichen Jahre mit der „Antapologia adversus quandam Erasmi apologiam“, Erasmus schrieb dagegen eine Appendix. (Vgl. Feret a. a. O. S. 392ff.) Vgl. Nr. 384, Anm. 5.

[4]) *Des Erasmus Ausgabe des Neuen Testaments erschien seit 1516. Die einzelnen Ausgaben s. in der Bibliotheca Erasmiana 2. ser., S. 57 (Gent 1893).* — [5]) *Faber Stapulensis. Vgl. Anm. 3. Beda hatte Fabers Commentar über die Evangelien und paulinischen Briefe angegriffen.* — [6]) *Erasmus antwortete auf Luthers Schrift „De*

hac quietem agam, si tales auxiliares copias mittit Lutetia, qui, cum hostes habeo communes ecllesie [!], negotium vobis felicioribus et Christo commendo, qui vos omnes conservet incolumes, Bedeque et Sutori det mentem magis Christianam imposterum.

Basilee nono Kalendas Iulias anno 1526.

(Überschrift von späterer Hand:) Apographum literarum Erasmi ad facultatem Parisiensem.

2 *vor* ecllesie *gestrichen* El

---

servo arbritrio" mit einer ausführlichen Verteidigung unter dem Titel „Hyperaspistes". Es handelt sich oben im Briefe aber um den zweiten Teil dieser Schrift, der erste war schon im April erschienen. Der zweite wurde im September 1527 vollendet. Vgl. Köstlin-Kawerau: M. Luther⁵ II 136.

539.

Zwingli an Berchtold Haller.

(Zürich, Oktober/November 1526).

Vide, mi Berchtolde, quomodo conductos habemus hostes, et quibus artibus res ab illis geritur. Remitte, si habes amanuensem, qui describat, sin minus, retine hoc exemplum; nam fratres, qui Parisiis sunt, multo labore penetrarunt ad eam atque ad nos miserunt[1].

Huldricus Zuinglius tuus.

(Adresse fehlt).

2 *vor* habes *gestrichen* nō

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 341 p. 3368. Zwei Blätter in fol. Auf S. 1 oben beginnt eine Abschrift des Briefes des Erasmus an die Pariser Fakultät (vgl. Nr. 538, Brief Mosagers vom 16. Oktober 1526). Auf S. 2 Mitte endigt diese Abschrift, und dann folgen, wie eine Nachschrift, obige Begleitzeilen am Fuße. S. 3 ist leer. Auf S. 4 steht die Dorsualnotiz: Erasmus ad Parisienses, et eiusdem epistolae excussio per Gallum quendam *(welch letztere Schrift aber fehlt; sie mag auf besonderem Blatt oder Bogen zwischen S. 2 und 3 eingelegt gewesen sein). — Die auf S. 1 beginnende Abschrift des Erasmus-Briefes ist ohne Zweifel nach derjenigen Mosagers angefertigt, mit der sie, ganz unwesentliche Abweichungen in der Schreibweise abgerechnet, genau übereinstimmt. Die Hand ist derjenigen Zwinglis ähnlich. — Erwähnt ist das Stück bei Schweizer, Paul, Zwingli-Autographen S. 9.*

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 548 (mit einem Auszug aus dem Brief des Erasmus). — J. C. Füßli, Epp., Cent. I, p. 43, Anm. zu dem Erasmus-Brief.

---

[1]) *Vgl. vorige Nummer, der wir diese Zeilen anschließen, obwohl die Sendung etwas später, z. B. mit dem Brief vom 6. November (Nr. 546), nach Bern abgegangen sein wird.*

540.

(Johannes) Oecolampad an Zwingli.

Basel, 17. Oktober (1526).

S. in Christo. Charissime Zwingli!

Tametsi virulenta Fabri maledicentia[1] supramodum blasphema sit et Christianorum simplicitati nonnihil damnosa, nescio tamen, an expediat, si mox ei respondeatur. Certe indignus est, quicum sermonem ullus conferat bonus. Nunc autem geminandum laborem ne suscipias, differri responsionem operęprecium mihi videtur. Fama enim hic est, ut narrabit Christophorus[2], acta disputationis[3] edenda cum prefatione et conclusione, quarum authorem existimant magum Constantiensem, suffraganeum[4] inquam. Summa earum est:

Premittitur salutatio satis honesta. Deinde, in ipso limine exordii invehitur contra novos prophetas, maxime Lutherum, quorum perversis doctrinis et hereticis dictis, cum sacramentorum contemptu, prava sacrarum literarum interpretatione, conciliorum derisione, missarum abrogatione, confessionum, ceremoniarum ecclesiasticorumque statutorum abolitione, et potissimum sanctorum invocationis pretermissione, fidem religionemque nostram conspurcari dicit, unde seditiones, rebelliones, scandala, errores, vastitates, sanguinis effusiones etc. Conqueritur, nihil profecisse capitum ecclesię Christianę, papę et cęsaris, admonitiones, doctrinas, bullas et edicta ad emendandum Lutherum, qui tanta cura deterior factus sit. Huius tu obedientiss*imus* discipulus

3 *vor* simplicitati *gestrichen* auribus fede [?] — 9 *vor* Summa *gestrichen* cuius — 16 dicit *am Rande nachgetragen* — 20 *vor* qui *gestrichen* et.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 145. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 553—555.

[1]) *s. Nr. 534, Anm. 1.* — [2]) *sc. Froschoverus. Er brachte diesen Brief nach Zürich, s. unten Nr. 543, Anm. 3.* — [3]) *sc. Badensis.* — [4]) *Melchior Fattli, Weihbischof von Konstanz, s. Nr. 207, Anm. 3.*

diceris, qui hoc apud Helvetios, quod ille apud Saxones, egeris, Lutherumque commendaris in scriptis tuis. Proinde laxis frenis, dimisso Luthero, te insectatur, his, quae apud Fabrum leguntur, convitiis, brevi tamen quodam compendio. Ea propter toties admoniti sunt Tigurini, ut resipiscerent, qui ex tua officina respondentes inexorabiles fuerunt, tu quoque nullis vel doctrinis vel admonitionibus curari volueris, confugiens ad scripturas, quas, pro capitis tui sententia, ut tibi commodum, contemptis omnium interpretationibus, dilaceres. Deliberantibus itaque Helvetiorum nunciis, quo pacto huic malo occurratur, obtulerunt sese sponte, non advocati, tres illi, Eccius, Faber et Murner, ad convincendum te, et petierunt sibi disputandi copiam fieri, quod concessum, et consensu iiij provincialium episcoporum decretum. Promulgatus est locus diesque dictus. Invitati episcopi cum doctis. Multum laboratum est apud Tigurinos tuos, ut et tu compareres ac alii vestrae urbis docti. Iterumque post oblatum securitatis summę diploma vana excusatione venire contempsistis. Hęc fere in exordio. Deinde promittitur disputatio edenda, sicut excepta est per notarios. Ad finem promittitur catalogus eorum, qui vel mihi vel Eccio subscripserunt, et narratur fabula Fabri, dolentis, tua absentia se insigni victoria fraudatum, et quomodo librum suum obtulerit. Recitatur etiam de Murnero, quod nuncios Helvetiorum iudices suos fecerit, etiam cum periculo vitę, et ipse quoque libellum obtulerit, in quo xl nominibus te infamem se probaturum gloriatur. Subiicitur postremum conclusio, in qua exprobratur tua absentia, et condemnamur nos, qui comparuimus, quod hęretica docuerimus et, quamvis victi, erudiri noluerimus; proinde mereamur haberi pro hereticis, iuxta patrum prescripta. Ipsi autem tanquam victores decernunt quędam, post hac inviolate servanda:

1. Euangelium volunt doceri iuxta patrum sanctorum interpretationem, quatenus priscis laudatis consuetudinibus non adversetur; non obtemperantes autem puniendos.
2. Ne quis admittatur ad predicandum, nisi ab ordinario prius examinetur et idoneus iudicetur.

1 *vor* diceris *gestrichen* disseris — 9 Helvetiorum nunciis *übergeschrieben über gestrichenem* eis — 10 *vor* non *gestrichen* ta — 11 *vor* sibi *gestrichen* dari — 12 concessum et *übergeschrieben* — provincialium] *das* a *korrigiert aus* l — 13 *vor* Promulgatus *gestrichen* et — 14 tuos *am Rande nachgetragen* — 15 et *korrigiert aus* tu — *vor* urbis *gestrichen* ditionis — 16 venire] *unter der Zeile unter gestrichenem* anueritis — contempsistis *am Rande* — 17 *vor* edenda *gestrichen* pan *(oder* pom?*)* — 18 *vor* promittitur *gestrichen* reces — 19 *vor* dolentis *gestrichen* qui — 25 *vor* qui *gestrichen* tanquam — 26 victi] *ursprünglich* uicti — 31 *vor* puniendos *gestrichen* ob

3. Ne quid in missa et communicatione sacramentorum, aliisque constitutionibus et consuetudinibus, utpote ieiuniis, orationibus, confessionibus, oblationibus, feriis, anniversariis pro defunctis, innovetur, sed omnia serventur, ut a patribus accepimus. Minantur poenam non confitentibus ante communionem et sub utraque specie communicare petentibus.
4. Punituros se dicunt eos, qui esu carnium, vel aliorum prohibitorum ciborum, aliis sunt offendiculo.
5. Typographis lex datur, ne libros vel picturas excudant, nisi per ordinarios examinati fuerint et admissi. Insuper nihil Lutheranum vel Zwinglianum ematur vel vendatur, vel dono detur in terra ipsorum. Praeter prefectos constituentur observatores, id est proditores.
6. Si quis eiectus fuerit ex uno centone propter prevaricationem in iam dictas constitutiones, idem eiectus esto et ex aliis centonibus, neque his, qui fugerint metu penę, ullus apud ipsos securitatis locus sit.

Ecce, mi frater, sapientiam mundi, quam nimirum irritabit et infatuabit dominus *[1. Cor. 1. 19]*. Bene spero de Basiliensibus, quod non sint subscripturi[5], nisi dominus eis totus iratus sit. Igitur sive edantur sive non edantur acta cum prefatione et conclusione *ab* illis sanctissimis, dabitur occasio respondendi maior cum mansuetudine vehementi. Nam si acta non edentur, pretexes te frustra tanto tempore expectasse, ut una opera satisfacias duobus exactoribus; sin edentur, mira commoditas erit respondendi.

Mallem autem, ut consuleretis, quid cum Luthero agendum, cuius arrogans ingenium, si quo pacto esset placabile citra veritatis preiudicium, utile foret, si ei parceretur. Si enim contingeret illam praefationem edi, posset concordia sua, et brevi scripto, non parum iuvare piorum causa, tametsi illi non ab homine pendeant. Quin et in actis ubique nobiscum male audit. Porro, quum non aliunde gravius periclitemur quam ab his, qui Lutherum sequuntur, videtur adhuc consultum congredi cum illo. Nihil enim habet aliud, quam quod perpetuo sonat: „Hoc est corpus meum“. Media via esset, si Struthionem acriter perstringeres, et mansuete in calce libri exponeres

4 f. *vor* accepimus *gestrichen* ex — 7 eos *übergeschrieben* — 9 *vor* excudant *gestrichen* pugn — 16 ullus] *ursprünglich* nullus — 19 de *übergeschrieben* — — 21 illis] *ursprünglich* illos — 23 *vor* pretexes *gestrichen* erit — 33 aliud *übergeschrieben* — 35 *vor* in *gestrichen* demũ

[5]) *Es geschah auch nicht; s. Nr. 543, Anm. 4.*

Martini quoque scriptis satisfactum, quae leviter confutabuntur, si ostendatur, qualia sunt. Sed quid ego sus Palladem?[6] Age, ut soles, viriliter, et dominus suppeditabit servo suo virtutem multam.

Vale.

Basileę 17. Octobris[7].

Tuus Oecolampadius.

Huldrico Zwinglio, fratri suo charissimo.

---

[6]) *Vgl. Otto S. 224.* — [7]) *Angabe des Jahres fehlt; 1526 ist zweifellos.*

541.

Wolfgang Capito an Zwingli.

(Straßburg), 17. Oktober 1526.

Gratiam Christi.

Degustato libello Struthionis Badensis[1] respondendum videtur, non hominis gratia, qui hinc insolescit, sed propter causae patrocinium, cui deesse non poteritis. Scripsit enim pro captu suo satis feliciter, id est in causa desperata non pessime. Inconstantiam tibi et mutatum nomen *exprobrat*, qui pro Zuingly Zuinglius[2]; et quod a me in literis ad ipsum nominaris Christi minister, apostolus et forte fidelis electumque dei organum nominaris, id urit hominem scilicet invidię oestro excecatum. Locuples ipse argumentum est respondendi. Vitę institutum et nomen commutavit: nuper factus est doctor Iacobus ex

7 nominaris *übergeschrieben, aber verwischt; deshalb wohl schrieb Capito Zeile 8 noch einmal* nominaris.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 270. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 551—553.

---

[1]) *Gemeint ist die Schrift „Wider den unmilten Irrtum Maister Huldreych Zwinglis", vom Juni 1526. Die in aufgeregter Eile geschriebene Schrift suchte die wahre Gegenwart des Leibes und Blutes Christi im Abendmahl zu verteidigen. Hochfahrend als Doktor der Theologie, trat Strauß gegen den einfachen Magister in Zürich auf s. P. R. E.[3] XIX 96. Es trat dann Strauß entgegen der Straßburger Johann Schneewil mit der Schrift „Wider die unmilde Verdammung nach art vnd aygenschaft aller gleychßner auß aygenem Kopf dem ainfältigen verschließen väterlichs reych wider alle Billigkeit" (August 1526). Zwingli selbst antwortete mit der „Antwort über Dr. Strussen Büchlein" (abgedruckt Bd. V, Nr. 103). —* [2]) *Strauß hatte a. a. O. Bl. Aij (im Drucke fehlerhaft Bij) gesagt: „Aber dergleichen Prediger . . . mißbrauchen darzu die theuren sprachen Hebraisch, Kriechisch und Lateinisch . . . Sy schöpffen auch ihnen selbs nüwe unbekantliche namen, alß ob sy vonn gmaynn Teütscher geburt nit weren". Darauf antwortete Zwingli: „Und das er, der Strauß, one zweyfel wenet, Zwingli sey ain Griechischer nam und spielt doch auffs teütsch durchauß und auß darmit nun gantz lustig und frölich".*

fratre Iacobo. Dominicalis enim fuit, et nescio quod in sectas commutatus de censibus inconstantissime scripsit[3]. Fac Leo noster[4] libellum, qui extat, legat! Inveniet contra scripturam et publicam tranquillitatem hominem pronuntiasse. Is Isnacis capitis reus agebatur ob plebem motam; precibus Lutheri donatus est per principem Saxonię. Moniti feruntur Badenses, ut sibi ab eo, tanquam a pestilentissima noxa, caveant. In Badensium Thermis[5] hac ętate quidam Saxo[6], clarus, ut aiunt, imaginibus, palam nebulonem contumeliae causa vocitavit et crimen aliquod in illum se probaturum affirmabat. Fertur turbatis agricolis dixisse: „Es wurt nit mer gelten hertzog Hanß, sunder bruder Hanß". Libellus eius de eucharistia assentatio est: Witenbergenses, quos antea lividus mordebat, demereri studet. Huiusmodi leni articulo forent obiicienda, tanquam fama autore ac rumoribus vulgi didicisses, sic tamen, ne te autorem constitueres; nam molliores sunt, a quibus ea accepimus, quam quod testificari velint, etiamsi verissima sint. Atqui des operam, mi Zuingli, gravitate ac moderatione, habita ratione quid te deceat, peragas fabulam illam. Scribitur ad me placidum vestrum tractandi genus profuisse plurimum. Nolim tamen quiddam decedat modestię gratia veritati. Praeterea libellum ęditum ad nos des cum literis ad principem Badensem, quibus rogabis, ut ius fiat tua atque Oecolampadii publice vendendi[7]. Nos omnia perferenda studiose curabimus. Fucus iste diu molestus non erit, quamlibet blandis officiolis quosdam sibi devinciat; nam pulchre incipit, si vera scribunt amici, demereri adversarios. Utraque sella excutietur.

Lutheri „Sermones"[8] in nostro conventu legimus in confirmationem dubitantium fratrum, quos evanidis illis ratiunculis abs se absterret prorsus. Quidam ex his, mediocris venę homo: Si legit, inquit, quę Zuinglius et Oecolampadius toties scripserunt, vehementer con-

1 f. commutatus] *ursprünglich* commutatos — 9 aliquod *übergeschrieben über gestrichenem* probaturum [?] — 11 de eucharistia *übergeschrieben* — 14 *vor* didicisses *gestrichen* istud — 25 *vor* adversarios *gestrichen ein nicht mehr leserliches Wort.*

---

[3]) *Vgl. über Strauß Nr. 356, Anm. 19 und Nr. 458, Anm. 1.* — [4]) *sc. Iudae.* — [5]) *Wohl zur Zeit der Disputation.* — [6]) *Name kaum zu ermitteln.* — [7]) *Die Schriften beider waren von dem Markgrafen in seinem Lande verboten, s. Nr. 530. Strauß in dem oben Anm. 1 genannten Büchlein erzählt, er habe neulich auf dem Markte zu Baden, trotzdem durch die Regierung der Verkauf der Schriften der „Sakramentierer" im Lande verboten worden sei, ein neues Büchlein Zwinglis feilbieten sehen. Vgl. Vierordt: Geschichte der evangelischen Kirche in dem Großherzogtum Baden I (1847), S. 248.* — [8]) *Luthers „Sermon von dem Sakrament des Leibes und Blutes Christi wider die Schwarmgeister". Vgl. Nr. 536, Anm. 2.*

tumeliosus est; si non legit et adeo damnat incognita, superbissimus. Certe aliud dicere nequeo, quam quod hominem vehementer producat. Tractandus est virili prȩsentia, sed tanquam frater, quamlibet nos tradat iratus Satanę. Ex spiritu domini sunt, quę interim docet de gratia, lege, euangelio et id genus, ex carne autem, quę contra de miserabili pane suo destomachatur. Bile incita mens — meliora nequit. Commiseratione itaque dignus, quam odio, potius videtur. Age candorem praestes, veras dotes hominis agnoscas ingenue, et quid in hac causa humanitus patiatur, ostende suaviter et, ut soles, perspicue. Ab odiosis interim abstine, sicut de origine motorum agricolarum, de intolerabili arrogantia et id genus. Nam omnino praestet, ut ceu sanabilem tractes. Capita tibi oculatissimo frustra indicarem et spacio excludor. In missam omnes machinas iterum dirigemus, quę argutissimo commento, ceu tibicine, his diebus subfulta est; ruet tamen Christo auspice[9]. In vitia publica interim propius animadvertetur. Magistratum in dies robustiorem dominus dabit. Exhilaravit nos maiorem in modum frater iste[10], ex quo de spiritu tuo eximia cognovimus, et forte augustiora coniecimus, quam referre sufficeret. Benedictus dominus, qui det, ut isto tenore consumas. Ecquid probas, quę in Fabrum fabricavimus?[11] Probasses forte, si conventus principum de subito non desiliisset. Ea enim causa ratio nostra tota inversa est. Fortissimum sensisset antagonistam, et erant idonei adiutores parati.

Vale xvij. Octobris anno 1526.

Vuolfgangus Capito.

3 *vor* frater *gestrichen* fr *mit Abbreviatur* — 18 coniecimus *übergeschrieben* — 20 forte *übergeschrieben.*

---

[9]) *Hier zeigt sich, worauf A. Baum: Magistrat und Reformation in Straßburg S. 160 aufmerksam macht, die Wirkung des Speyerer Reichstagsabschiedes von 1526.* — [10]) *Unbekannt. Möglicherweise der Nr. 550, Anm. 1 erwähnte Iodocus, der ja aus Zürich stammte.* — [11]) *Vgl. Nr. 494, Anm. 1. Es sind die deutsche oder lateinische Antwort Capitos auf Fabers „neüwe Zeitung" gemeint, über die Zwingli z. T. schon unterrichtet war (s. Nr. 519), und die Schrift: „An gemeyne stend des heyligen Römischen Reichs, yetzund zu Speier versamlet wider D. Hanns Fabri, Pfarherrn zu Lindau etc. Missiue vnd Sendbrief Wolfgang Capitons. Mense Augusto Anno MDXXVI" (Baum: Capito und Butzer S. 582). Über die Aufnahme der Capitoschen Schriften auf dem Speyrer Reichstage s. Baum a. a. O. S. 360. Die idonei adiutores, die Capito nennt, sind Jakob Sturm und Philipp von Hessen gewesen. Sogar die katholischen Fürsten haben Faber verspottet. Es muß dann aber die Stimmung umgeschlagen sein, wohl in Zusammenhang mit den Ausgleichsversuchen auf dem Reichstage. Capito schreibt am 15. August 1526 an Spalatin in Speyer: Mitto tibi libellum, quo Fabro impudentissimo respondeo, age causam nostram apud principem. Mihi scribere fuit animus, sed excidit titulus. Nam solita reverentia monarchae sunt*

Leonem[12] et fratres omnes in domino salutes! Vicissim, si quando (ut soles) vulgaria scripseris, omnes nostros comministros ex te iube salvere: huiusmodi officiolis infirmi retinentur. Alioqui quę prodi nolis, privatim indices!

Uxorem tuam, sororem probatissimam, ignotam licet a facie nobis absentibus, optamus in Christi cognitione pergere, qui [!] in te Christo nupsisse videtur. Comministra enim est verbi, quę tali servit apostolo.

(Adresse fehlt).

2 f. ex te *übergeschrieben.*

---

salutandi. Im Straßburger Rate gab es Unstimmigkeiten infolge der bekannten Auffangung und Verwertung der Capitoschen Briefe. Vgl. Mitteilungen der Gesellschaft zur Erhaltung der geschichtl. Denkmäler im Elsaß Bd. 19, S. 147.

[12]) *sc. Iudae.*

542.

Johannes Oecolampad an Zwingli.

Basel, 19. Oktober (1526).

S. in Christo.

Rogavit author libelli istius[1] curarem excudendum. Porro quum hoc typographis nostris non sit commodum propter censorum austeritatem, ne aliud dicam, indignum autem foret et noxium ecclesię tantorum nebulonum imposturas non detegi, qui nobis ubique gentium maxime obstant, quo minus verbum fructificet. Rogo igitur, mi frater, per Christum, cuiusi n hoc gloria quęritur, ut isthic vel per Christophorum[2] vel alium cures evulgari. Vir bonus est, qui scripsit, tametsi nomen suum non asscribat. Gratificemur in hoc nostris Constantiensi et Frisingensi suffraganeis[3], ut vel insaniant, si emendari nolunt.

Bene habe cum ecclesia tua, mi frater.

Basileę 19. Octobris[4].

Io*annes* Oecolampadius tuus.

Hulrico Zwinglio, fratri charis*simo*. — Zurch.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 90. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 555.

---

[1]) *Unbekannt. Die Schrift handelte de suffraganeorum imposturis, s. unten Nr. 544, Anm. 5.* — [2]) *sc. Froschover.* — [3]) *Melchior Fattli, vgl. Nr. 540, Anm. 4, und Augustin Marius, dieser Prediger am Münster in Basel, vgl. Nr. 412, Anm. 2.* — [4]) *Jahrzahl fehlt. Sie steht durch Nr. 544 fest. Die Zahl 19 ist undeutlich geschrieben, vielleicht ist 14. Octobris zu lesen.*

543.

(Johannes) Oecolampad an Zwingli.

Basel, 20. Oktober (1526).

S. in Christo.

Intra paucos dies certiora nos opinor de Wittembergensibus cognituros. Expedit igitur tardius responsionem parare Martino[1] et interim orare dominum, ut spiritu suo nobis assistat, ne quid ministerio nostro indignum agamus. In Struthione opprimendo quid interim utile iudicent fratres Argentinenses, ex Capitonis literis[2] intelliges. Me nihil aliud movet, quam ut Marchionatui per te consuleretur.

Quin neque Fabro mox responderi velim ob causam, quam nuper cum Christophoro scripsi[3]. Quantum ex amicis expiscari licet, nostra civitas prefationi et appendici actorum Badensis disputationis non subscribet[4]. Spero autem, quod et alios centones quosdam suae sententiae suffragatores habitura sit, ut irritentur per Christum impiorum consilia *[Ps. 33. 10]*. Dominus spiritu suo indies magis ac magis te roboret.

Pellicanum et Leonem saluta. Adiunxi et meas, quas ab Argentinensibus accepi, literas[5] tuis, ut illorum animum ipse ediscas uberius. Preterea nullo tibi opus calcare.

Vale.

Basileę, 20. Octobris[6].

Tuus Oecolampadius.

Hulrico Zwinglio, fratri suo charissimo. — Zurch.

10 *vor* expiscari *gestrichen* me — 17 *vor* ipse *gestrichen* nunquā.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 100. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 555.

[1]) *sc. Luthero.* — [2]) *Nr. 541, Anm. 1.* — [3]) *Vgl. Nr. 540 im Anfang.* — [4]) *Wie Oecolampad erwartet hatte, s. Nr. 540, Anm. 5.* — [5]) *Nicht nachzuweisen.* — [6]) *Jahrzahl fehlt, ergibt sich aber aus Anm. 2 ff.*

544.

(Johannes) Oecolampad an Zwingli.

Basel, 30. Oktober (1526).

Gratiam et pacem a Christo, dilecte frater.

Displicuit nostris, quod reliquis fortasse arridebit. Ita bene vaticinatus es, dominum consilia impiorum dissipaturum *[Ps. 33. 10]*. Salva enim sunt hic nostra, siquidem non subscripserint nostri[1]. Argentini fratres crebro instant, ut Luthero respondeatur. Mitto literas Buceri fideliter admonentis[2], quas legito. In una re licebit excusare Martinum, nempe quod vereatur, ne qua vis verbis divinis fiat, et ita aperiatur fenestra omnia sacra semel prophanandi. Alioqui non video, quomodo boni consulamus, quod scripsit. Si mihi esset exemplar Lutheri, periclitarer utique, an obiectionibus eius respondere possem. Itaque tu servata modestia scommatisque ac convitiis missis perge et quam primum potes apologiam matura, quod utilius fuerit, quam ineptissimo mendacissimoque Fabro horas collocare[3]. Missi sunt hodie ex Argentorato libelli duo Struthionis[4], in quem usum ignoro, fortassis, ut deprehendamus errata crassiora et ea illi obiiciamus. Verum

8 prophanandi] *korrigiert aus* prophanari — 10 eius *übergeschrieben* — 13 Fabro] *ursprünglich* Fabros — 14 Argentorato] *ursprünglich* Argentarato — 15 illi *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 108a. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 537.

[1]) *sc. der Vorrede und dem Anhang der Badener Disputationsakten, s. Nr. 543, Anm. 4.* — [2]) *Vgl. ebendort, Anm. 1. Der Brief Bucers fehlt.* — [3]) *Vgl. Nr. 540 im Anfang, Nr. 543, Anm. 3. Die von Oecolampad gewünschte apologia sollte eine Verteidigung der Reformatoren sein gegenüber der bevorstehenden Ausgabe der Akten der Badener Disputation. Vgl. Nr. 540.* — [4]) *Welche Schriften von Strauß gemeint sind, wird sich mit Sicherheit nicht sagen lassen. Da Oecolampad sie noch nicht gelesen hat, kann die gegen Zwingli gerichtete Schrift (Nr. 530, Anm. 1) nicht gemeint sein; denn die hatte Oecolampad gelesen (a. a. O.). Möglicherweise ist gemeint die*

quid in alienis vitiis tam oculati essemus? Mitto exemplaria; quibus si non habes opus, fac, ut ad me redeant; nondum enim legi.

Prȩterea si libellus de suffraganeorum imposturis[5] a typographis ad excudendum non suscipietur, satage, ut et ipsum recipiam. Petitur enim ab authore. Verum expediret illorum fraudes et stoliditates detegi. Qui hic in cathedrali concionatur[6], licenter ineptit et immodica adulatione, quis sit, etiam pituitosis ostendit.

Chunradum Pellicanum in Christo resaluta.

Vale.

Basilȩe 30. Octobris[7].

Oecolampadius.

Hulrico Zwinglio, ecclesiae Tigurinę fidelissimo pastori, suo fratri. — Zurch.

1 oculati] *ursprünglich* oculatis — 4 *vor* ad *gestrichen* non — *vor* satage *gestrichen* fac — ipsum *korrigiert aus* illum [?].

1526 gedruckte Predigt „Auffrur, zwytracht und unainigkeit zwischen waren ev. Christen fürzukommen“ und die 1524 verfaßte Schrift „Das Wucher zu nemen und zu geben unserem christlichen glauben und brüderlicher lieb entgegen ist“. Die weiteren Schriften von Strauß s. P. R. E.[3] XIX 92 ff.

[5]) *Vgl. Nr. 542, Anm. 1.* — [6]) *Augustinus Marius, s. Nr. 542, Anm. 3.* — [7]) *Jahrzahl fehlt. Sie kann nach Anm. 3 nur 1526 sein.*

545.

Ambrosius Blarer an Zwingli.

Konstanz, 4. November 1526.

Gratia tecum!

Nunc per cerebri gravissimum fluxum, qui me diu iam domi continet, nihil possum, mi Zuingli. Hoc unum te peto, ut hunc caecum fratrem nostrum[1] cum uxorcula commendatos habeas, simul et aliis Christianis fratribus, qui isthic sunt, christianice commendes. Dices: Quin vos hos vobiscum fovetis? Certe, mi frater, non deest animus, nec nobis nec plebi, et magno dolore hinc dimittimus tam pios et syncęros homines, ad quorum ingressum benedixisse nobis videtur Christus. Sed senatus noster fractus nescio quibus minis comitis a Sultzo ablegandos duxit, scilicet plus etiamnum homines timens, quam deum, et nos mutare non possumus, quod is fieri decrevit. Age igitur, mi Zuingli, charitatis officium etiam nunc non illis solum, sed nobis quoque alacriter exhibe. Hypocaustulum aliquod et cubiculum, ut habeant forte in vacuo quopiam cenobio, diligenter cura. Nos vicissim, quibuscunque occasionibus poterimus, tuis olim petitionibus non segniter inserviemus.

Legimus epistolam Eras*mi* ad magistros nostros[2]. Mire pla-

9 fractus *am Rande nachgetragen.*

St. Gallen, Stadtbibliothek: Litt. misc. II. 281. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 557f. Tr. Schieß: Briefwechsel der Brüder Ambrosius und Thomas Blaurer I (1908), S. 139f.

[1]) *Johannes Rebmann von Wigoltingen im Thurgau, 1521 zu Konstanz zum Priester geweiht, wurde zwei Jahre Helfer zu Elsaßzabern, dann evangelischer Prediger zu Klebau. Am Sonntag vor Martini 1525 ließ ihn Graf Rudolf von Sulz fangen und blenden. Von Konstanz nach Zürich gewiesen, wurde „Blindhans", wie man ihn nannte (Egli, Aktens. Nr. 1714, S. 734), 1527 Pfarrer von Lufingen und 1558 an der Spanweid. Vgl. Miscell. Tig. 2, 33ff. Im Totenbuch Bullingers steht er zum 29. August 1568.* — [2]) *s. Nr. 538, Beilage und Nr. 549, Anm. 12.*

cuit, nisi quod vehementer dolet, Erasmi res eo lapsas, ut nunc praesidium suum in illos tanta fiducia collocare cogatur, a quorum castris iam dudum transfugerat. Hęc domĩni iusta iudicia *[Ps. 119. 75]*, ut seipsos tandem vel inviti prodant, qui toti mundo imponere conantur. Subolent mihi imbellis homuncionis bellę machinę, quas miras et praestigiosas, at non itidem firmas, videbimus. Nulla speratur ecclesie tranquillitas, quamdiu isti quidam apud principes valent, qui Christi negocium non ex conscientia gerunt, sed suis ipsorum commoditatibus student.

Vale, mi ornatissime frater.

Egre ista scripsi per adversam valetudinem.

Salutant te fratres omnes, in primis germanus meus[3].

Saluta Leonem, Pellicanum, adulescentem Hieronymum[4].

Ex Constantia, 4. Novembris anno *15*26.

Tuus Ambros*ius* Blaurerus.

Clarissimo Hulderycho Zuuinglio, Tiguricensium episcopo, domino et fratri suo observando.

---

[3]) *Thomas Blarer, s. Nr. 517, Anm. 1.* — [4]) *Hieronymus Guntius von Biberach, der Famulus Zwinglis; s. Brief vom 8. Dezember 1529.*

546.

Zwingli an Berchtold Haller.

Zürich, 6. November 1526.

Huldrichus Zuinglius Berchtholdo
Bernensium euangelistae S. D.

Gratiam ac pacem a domino.

Equidem, fidelissime Berchtolde, sic sentio verum esse, quod Paulus dicit *[1. Cor. 9. 16 f.]*: Dolere sibi, si quando non euangelizet, ut et mea mediocritas, si quando, periculorum metu aut quorundam pigritiae fastidio capta, cessationem ac desertionem meditetur, prae eo, qui mentes excitat, ferias agere non possit. Tam abest ergo, ut pro vobis non advigilem, ut, etiam si nollem, nequirem. De locis autem, de quibus quaeris[1], ad hunc nos sentimus modum: Quod 1. Cor. 15. *[1. Cor. 15. 29]* Paulus dicit: „Quid ergo facient, qui pro mortuis baptizantur? Si porro mortui non resurgunt, quid, inquam, pro mortuis baptizantur?“, sic expedimus: Resurrectionem interim accipi pro publica mortalium omnium coram throno Christi comparitione, de qua Matth. 25. *[Matth. 25. 31 ff.]*, interim pro immortalitate animae; quae sic Hebraico more a קוּם surgendi verbo vel consistendi appellatur. Ut Iosuae 7. *[Jos. 7. 12]*: „Non poterunt filii Israël consistere ante hostes suos“. Ubi Hebraei habent לָקוּם, Graeci ὑποστῆναι, hoc est, consistere; Latini vero, stare[2]. Sitque ut resurrectio

14, 16 *Das hebräische Wort ist in den Epistolae unpunktiert.*

Epistolae 1536, fol. 19 f. — Opera 1581, Tom. I 383—384 a.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 558—560.

---

[1]) *Der Brief Hallers ist nicht erhalten. Sein Inhalt betraf das Problem der Auferstehung des Fleisches, wie aus Zwinglis Antwort hervorgeht.* — [2]) *Jos. 7. 12 liest der hebräische Text* וְלֹא יָכְלוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל לָקוּם לִפְנֵי אוֹיְבֵיהֶם; *die Septuaginta:* καὶ οὐ μὴ δύνωνται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ὑποστῆναι κατὰ πρόσωπον τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν; *die Vulgata: nec potuit Israel stare ante hostes suos.*

mortuorum perinde valeat atque mortuorum vita, quae alibi agitur, vel animarum duratio aut perseverantia. De Hebraismo alia quoque exempla invenies aliquando in iis adnotationibus, quas Leo ex ore nostro prę aliis probe excipit, tibique impartitur peculiari amico[3]. Nolim enim quibusvis earum copiam etiamnum fieri. De re vero ipsa exemplum habes Christi, apud Matth. 22. *[Matth. 22. 31]*: „De resurrectione vero mortuorum, non legistis, quod vobis a deo dictum est?“ Ubi manifestum est, Christum non loqui de carnis resurrectione, sed de immortalitate animae. Nam exemplum, quod adducit de Abraham, Isaac et Iacob, non trahit ad carnis resurrectionem, sed ad animae immortalitatem, cum ait *[Matth. 22. 32]*: „Non est deus deus mortuorum, sed vivorum“. Huc ergo penetrat Christus, ut probet, Abraham, Isaac, et Iacob vivere. Non enim posset hoc exemplum carnis resurrectionem probare; sed quod animae durent ac vivant, postquam corpora posuerunt. Ad hunc ergo modum occurrit apostolus sciolis stis, qui nunc perinde atque illius tempestate prorepunt, ac dicunt, somno quodam animas sepeliri ac teneri usque ad ultimum iudicium[4]. Quod quid aliud sit, quam animae immortalitatem negare, non video. Mos ergo erat gentibus quoque (nam et omnis ferme cura, quam nos pro mortuis gessimus, a priscis gentibus ad nos est translata) non aliter pro mortuis tingi, atque nos eorum monumenta lustrali liquore humectamus[5]. Probat igitur ex eorum ritu, animas esse immortales. Nam si minus, hoc permittant iam contradicere publicae consuetudini, qua quidam pro mortuis sese tingant. Qui si mortuorum animas crederent simul cum corpore extinctas, non baptizarentur pro eis.

---

[3]) *Leo Iudae. Es handelt sich um Aufzeichnungen Leo Iudaes nach den Erklärungen Zwinglis in der „Prophezei“. Vgl. auch Zwingliana I 124 über die gemeinsame Arbeit Zwinglis und Leo Iudaes. Benutzt wurden jedenfalls die Aufzeichnungen bei der Edition der Zwinglischen Bibelerklärungen.* — [4]) *Gemeint sind die Täufer. Zwingli widerlegte ihre Ansicht eingehend in seiner Auslegung des apostolischen Glaubensbekenntnisses innerhalb seiner ersten auf der Berner Disputation 1528 gehaltenen Predigt. Vgl. A. Baur: Zwinglis Theologie I 543. Wie schon im obigen Briefe sieht Zwingli in der Ansicht der Täufer eine Leugnung der Unsterblichkeit der Seele, da die Seele „doch eine solche Substanz ist, die nicht Schlafens noch Ruhens bedarf, so wenig als die Sonne, sondern sie wird unter die* ἐντελεχείας *gezählt, das ist unter die Dinge, die in steter Bewegung und Übung bestehen und ziemt ihr der Schlaf nicht von Natur, sondern ewig Wachen und Wirken“. Man vgl. auch die Ansicht Karlstadts: die Seelen der Gläubigen schlummern, bis Gott sie am jüngsten Tage zu sich führen wird (H. Barge: Karlstadt II 1905, S. 5ff.). Übrigens hatte auch Luther am 13. Januar 1522 (Enders 3, 269) auf eine Anfrage Amsdorfs hin geschrieben: proclive mihi est concedere tecum in eam sententiam, iustorum animas dormire ac usque ad iudicii diem nescire, ubi sint.* — [5]) *Zwingli denkt offenbar an die Besprengung der Gräber mit Weihwasser. Man beachte, daß Zwingli 1. Cor. 15. 29 nicht auf die Christen, sondern auf die Heiden deutet.*

Non quod Paulo probetur ista baptizandi consuetudo; sed ut adversarium suo iugulet gladio, cum se ritum observare inficiari nequit, quo se putat mortuis prodesse. Unde colligitur: Ergo mortuorum animae vivunt: estis enim pro eis solliciti. Si vero nunc dicas, videri tibi Paulum eo loci de publica resurrectione loqui, respondeo, me non inficiari, propter omnium doctorum huius loci expositionem, apostolum de utraque resurrectione promiscue loqui, sicut et Christus Matth. 24. *[Matth. 24. 46.]* promiscue et de ultimo adventu suo, et de iis, quae per eam aetatem, quae est inter priorem adventum eius ac secundum, eventura sunt, pleraque disserit. Ut interim non dicam, quae Paulus in hoc loco de corpore spirituali dicit, posse de anima potius quam corpore sensibili intelligi; sicut et alio loco *[Col. 2. 9]* dicit, in Christo habitare omnem plenitudinem divinitatis corporaliter. Non quod deus sit corpus, sed quod corpus apostolo accipiatur pro essentia; velitque dicere, per essentiam Christum esse deum. Sicut Germanice quoque dicimus: er ist 's lyplich[6], id est: ipse vel ipsissimus est deus. Consimilique hic modo dicat: moritur corpus animale sive terrenum, et resurgit; hoc est: vivit, mortuo scilicet terreno corpore, corpus spirituale, hoc est: ipsa animae substantia. Sed quoniam multa videntur obstare, quae isthic loci habentur, nihil temere adsero; simul etiam ne videar Manichaeis adhaerescere, qui mortuorum, hoc est: carnis resurrectionem, negant[7]. Quae tamen ex aliis probari locis posset, etiamsi iste locus de immortalitate animę tantum intelligeretur. Sed, ut dixi, tutissimum est agnoscere, quod Paulus resurrectionem mortuorum in praesenti loco promiscue accipit, nunc pro publica resurrectione, nunc vero pro animae immortalitate. Quod autem nemo veterum hoc de immortalitate animae prodiderit, sed omnes per omnem hunc locum resurrectionem carnis intellexerint, efficit, ut tibi liberum relinquam, quamcunque sententiam sequi. Ego autem in ista sum, quam adeo multis exposui. Veteres enim, quos ego vidi, quum in hunc locum veniunt, adparent paulo tepidius rem gerere, praeter unum Ambrosium[8], qui videtur in ista esse sententia. Sic enim super his Pauli verbis: „Quid et nos periclitamur *[1. Cor. 15. 30]*“, ait: „et subauditur: Nisi quia speramus futuram resurrectionem, sicut supra memorat. Securi enim, quia post istam mortem vera vita sequetur, pericula non timent etc.“. Hactenus Ambrosius. Alios sensus, quorum hic veteres meminerunt, non est, cur tibi, alias multa legenti, adsignem. Expende autem,

---

[6]) *leiblich* — [7]) *Der schroffe metaphysische Dualismus der Manichäer zwischen Licht und Finsternis vertrug eine Auferstehung des Fleisches nicht. Näheres P. R. E.*[3] *XII 193 ff.* — [8]) *Commentarius in epist. I ad Cor. Migne, Patrologia, series Latina XVII 280. Zu Zwinglis Kenntnis des Ambrosius vgl. Usteri: initia Zwinglii (Theologische Studien und Kritiken 1885, S. 695).*

quae dicimus, ad iustam bilancem; et videbis, non ab re in hac esse sententia. Secundum vero locum, qui est 1. Pet. 4. ca. *[1. Petr. 4. 4]* talem esse putamus, quales Porphyrius[9] multos esse apud Homerum existimat; puta non tam difficilem, ut prima fronte adparet, sed simplicem ac planum, si sermonum ac troporum schemata recte nobis perspecta sint. Ad quae dum hallucinamur, haud aliter fallimur, atque hi, qui strenue quidem currunt, sed extra oleas, quod dicitur[10]. Est autem hic eius loci sensus: Mirabuntur et novum et peregrinum, quid patientur gentes, cum vos non concurritis in eandem cum ipsis intemperantiae luxuriam, ac innocentiam vestram calumniabuntur ac despuent. Verum rationem reddent ei, qui constitutus est, ut iudicet vivos ac mortuos. (Quod nunc sequitur, confirmatio est, ac veluti *προσαπόδοσις*, quod Christus omnium mortalium futurus sit iudex, tam vivorum quam mortuorum). Ad hoc enim mortuis quoque adnuntiatus est (sic enim interpretanda est Graeca vox *εὐηγγελίσθη*), ut iudicentur, quod ad carnem attinet, vulgari more, quo iudicabuntur omnes homines, spiritu vero per deum vivant. Vide hic primum, Christum mortuis adnunciatum esse, quod isti interpretati sunt non pessime: Mortuis praedicatum est euangelium. Perinde enim debet intelligi, ac si nobiscum dixissent: mortuis adnuntiatus est. Quid enim euangelium praedicari aliud est, quam Christum animarum salutem advenisse adnuntiari? Sic ergo mortuis adnuntiatus est, et his, qui in carcere erant, ut idem Petrus 1. cap. 3. *[1. Petr. 3. 19 f.]* testatur, cum mortis eius precio captivitas redempta est, quam victor secum duxit ad superos. Et hoc est, quod in symbolo confitemur: „Descendit ad inferos“. Ut nervum istic comminueret, hoc est, mortis suae fructus ac vis iis quoque profuit, qui apud inferos tenebantur. Si vero nunc intra te quaeras: Quomodo igitur prodierunt? amicti corpore, an nuda solummodo animae habentes corpora, hoc est: an pura spiritus substantia?, anteaquam in verba prorumpas, occupat Petrus quaestionem *κατ' ἀνθυποφοράν*, hoc est: per praeventionem vel occupationem, ac dicit: Iudicabitur quidem et eorum caro, qui Christo victore liberati sunt, tunc cum omnis caro iudicabitur; interea

8 Mirabuntur et] Mirabuntur ut *Epp.*

---

[9]) *Vgl. Porphyrii philosophi homericarum quaestionum liber, Romae 1518 und Venedig 1521. Eine bestimmte Stelle ist nicht gemeint, es wird nur ganz allgemein die Erklärungsweise des Porphyrius charakterisiert. Doch vgl. z. B. Ed. Kammer: Porphyrii scholia Homerica emendatiora (1863), S. 55:* δεινός ἐστιν Ὅμηρος καὶ διὰ μιᾶς λέξεως ὅλον τὸν ἄνδρα σημαίνειν. — [10]) *Horaz: ep. 2, 1, 31: Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri als Beispiel für eine augenscheinlich unrichtige Behauptung (Otto S. 248).*

vero spiritus eorum in deo per Christum vivunt ac laetantur. Dein vide hoc quoque, quam belle probaverit, Christum vivos ac mortuos iudicaturum, Petrus. Dixit enim *[1. Petr. 3. 19 f.]*, ad mortuos quoque pervenisse euangelii medelam. At simul innuit, carnem eorum non resurrexisse; consentaneum ergo esse, ut in publico carnis iudicio iudicentur; postremo, inde carnis resurrectionem hic fundari ac probari. Haec fortasse brevioribus, mi Berchtolde, quam requiras; sed in isto tumultu, qua fronte plura exigeres? Gratia domini tecum.

Salvum iube adfinem meum Trempium[11], Vadivillios[12], Lupulum[13], Madios[14], omnes. Nam Telemanus[15], frater charissimus, epistolam fert.

Tiguri, 6. die Novembris. 1526.

9 Vadivillios] Vediuillios *Epp.*

---

[11]) *Leonhard Tremp. Vgl. Nr. 461, Anm. 1.* — [12]) *Nikolaus von Wattenwil (vgl. Nr. 214, Anm. 9, Nr. 311, Anm. 1) und seine Schwestern Margaretha und Katharina (vgl. Nr. 289, Anm. 1); erstere war mit ihrem Gatten Lucius Tscharner seit Juli 1526 in Bern. Vgl. Nr. 522, Anm. 6.* — [13]) *Heinrich Wölflin. Vgl. Nr. 214, Anm. 10.* — [14]) *Die Familie Mai. Vgl. Nr. 369, Anm. 2.* — [15]) *Bernhard Tillmann. Er begleitete als Mitglied des kleinen Rates die Prädikanten Haller und Cuntz auf die Badener Disputation (Anshelm 5, 149). Er war Goldschmied, und Anshelm 5, 184 notiert z. J. 1526: „Diß jars ist abgeraten ze buwen die vil cöstliche canzli, nach geschnitner form meister Bernhart Tilmans, des goldschmids". 1516 war er Mitglied des großen, 1525 des kleinen Rates geworden. 1528—1534 war er Seckelmeister und starb 1541 (H. Türler in: Schweizerisches Künstlerlexikon III 312).*

547.

(Johannes) Oecolampad an Zwingli.

Basel, 9. November (1526).

S. in Christo. Charissime Zwingli!

Certum est disputationem impressam. Rotwilę vidit eam Egmundus[1], notarius noster, quo usi sumus in Baden, et nomen suum subscriptum agnovit. Cętera legere illi non est permissum. Ferunt Struthionem revocasse in Baden pręsente marchione[2]; nihil autem super ea re scripserunt Argentini fratres.

Nordlingensis Billicanus scripsit Bucero, se non posse nobis repugnare[3].

Augustani amici scribunt, Regium nostrarum esse partium, hoc est Christi, idque male habere Ranam et Agricolam[4].

Mitescit, ut audio, Landtgravius, Francfordini et Vangiones consentiunt.

Hollandini tuam eruditionem mirantur.

Interim aspergimur hincinde et traducimur ut omnium mortalium pessimi; sed quanta non ferremus, ne a veritate abalienaremur?

Eccius libello famoso et convitiorum pleno Constantiensem urbem et pientissimum Blorerum [!][5] perstrinxisse dicitur[6].

3 quo . . . Baden *am Rande nachgetragen* — 5 Struthionem] *ursprünglich* Sthruthionem — 9 amici] *ursprünglich* amica.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 80. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 561.

---

[1]) *„Egmunt Rysysen von Billicam, Colner Bistums, und kaiserlichs gwalts ein offenbarer schryber und notari“ unterzeichnete die Badener Disputationsakten; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 929.* — [2]) *Vgl. über Jakob Strauß Nr. 458, Anm. 1 und spätere.* — [3]) *Der Brief Billikans an Bucer fehlt. Billikan schwankte in der Abendmahlslehre immer wieder.* — [4]) *Vgl. Nr. 532, Anm. 8.* — [5]) *Die Schreibweise Blorerum erklärt sich daraus, daß das ā in Blarer wie ō gesprochen wurde. Vgl. G. Bossert in Theologische Literaturzeitung 1909, 364 und 1910, 434 ff., F. Keidel in Blätter für württembergische Kirchengeschichte XV 89 ff.* — [6]) *Als am 10. Juni 1526*

Turcus [!] Pannonia relicta et illesis Metanastis[7] retrocessit. Hallweyda quidam, comes prȩcipuus regni Pannonici, qui male audit, tanquam Turcam adduxerit, proceres convocat, ipse diadema regium ambiens[8]. Eodem authore ferunt, Syriam et Aegyptum a Turca ad Sophum defecisse. Sed pauci credunt. Vanum prȩterea tradunt, quod tantam crudelitatem Turcus [!] exercuerit, ut quidam τῶν κρατούντων publicis invulgant literis, quo plebs magis expilari queat. Ferdinandus Lutheranus non est[9], sed omnium templorum ac monasteriorum ad Athesin vasa aurea et argentea conflat, Turcam scilicet expugnaturus.

Hic non est aliud, quod gravius me angat, quam quod magistratus fert tam diversa hic doceri. Adversariis plura licent, quorum nos puderet. At fortasse domino placet, ita nos exerceri. Indoctiores sunt, quam ut cum eis contendantur [!]. Interim tamen semper suam

1 Turcus] *ursprünglich* Turca — 3 *vor* proceres *gestrichen* vt is — 4 ferunt *übergeschrieben* — 7 literis *übergeschrieben* — 12 tam] *korrigiert aus* non.

---

die Gelehrten von der Badener Disputation nach Konstanz zurückkehrten, machten Ambrosius Blarer und Dr. Wanner beim Konstanzer Rate noch einmal den Versuch, den Dominikaner Pirata zu einem Gespräch vor den Gelehrten des Bischofs mit den evangelischen Predigern zu bewegen. Die Verhandlungen scheiterten an der bischöflichen Forderung, die evangelischen Prediger hätten die anwesenden Gelehrten als Richter anzuerkennen. Pirata begab sich nun auf den Reichstag zu Speier und übergab dem Ausschusse der Stände eine Bittschrift mit der unwahren Erklärung, er habe die evangelischen Prediger nach Speier zur Disputation geladen; man möge ihm bescheinigen, daß er gekommen sei. Trotzdem der Konstanzer Gesandte, Bürgermeister Gaisberg, die nötige Aufklärung gab, wurde Pirata vom Erzherzog Ferdinand die Bescheinigung erteilt, auf die hin nunmehr ein starker Federkrieg sich erhob. Ambrosius Blarer schrieb in seinem und seiner Amtsgenossen Namen eine Entschuldigung der Diener des Evangeliums. Eck, der sich gerühmt hatte, er wolle die Kunst der evangelischen Prädikanten in einer Morgensuppe aufessen und gegen eine Verantwortung des Rates eine „Ableinung der Verantwortung" verfaßt hatte, schrieb nun gegen Blarer die „Antwurt uf das ketzerbüchlein Bruders Ambrosi Blarers" (E. Issel: Die Reformation in Konstanz 1898, S. 57f.). Diese Schrift ist gemeint.

[7]) *Nach der Einäscherung Ofens wurde von Soliman der Rückmarsch schon am 17. September angetreten. Er zog dann unter schrecklichen Verwüstungen bis Peterwardein über Szegedin, dann eilte er bedrohlicher Nachrichten wegen so schnell wie möglich nach Konstantinopel (vgl. J. W. Zinkeisen: Geschichte des osmanischen Reiches II (1854), S. 655. Bei dieser Marschroute blieb Siebenbürgen verschont. Da die dortigen Bewohner überwiegend eingewanderte Sachsen sind, werden sie als* Μετανάσται *= die Eingewanderten (s. Stephanus, thesaurus s. v.) genannt.* — [8]) *Zapolya wurde zum König der Ungarn gewählt und gekrönt am 11. November 1526; Ranke 2, 300.* — [9]) *Man hatte früher Ferdinand von Österreich vorgeworfen, daß er seine Gemahlin mit lauter Deutschen umgeben habe, die alle Lutheraner seien; dann suchte er seine katholische Reputation sorgfältig zu behaupten; Ranke 2, 299.*

cantilenam canunt. Proxima hebdomada tres postremos minorum prophetarum prelis commendabo[10].

Vale.

Basileę 9. Novembris[11].

*T*uus Oecolampadius.

H*uldr*icho Zwinglio, *Ti*gurinę ecclesiae fidelis*simo* doctori, suo fratri in Christo.

1 Proxima *unter der Linie unter gestrichenem* Futura — 6 H*uldr*icho *Ti*gurinę] *uldr Ti Ergänzung, da die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen.*

---

[10]) *In postremos tres prophetas, nempe Haggaeum, Zachariam et Malachiam, commentarius, p. Ioan. Oecolampadium. Basel 1527, in 4°. Strickler, Literaturverzeichnis S. 39.* — [11]) *Jahrzahl fehlt. Sie steht außer Zweifel.*

548.

Johannes Haner[1] *an Zwingli.*

Nürnberg, 11. November 1526.

Gratiam et pacem.

Dedi e Francofordia ad te literas[2], Zuingli eruditissime, quarum auspitio coeptam inter nos amiciciam perpetuam esse volui, quibus eciam oravi, ut, quam primum fieri posset, tu contra animum mihi tuum quoque testareris atque adeo, si non pluribus, paucis certe rescriberes. Quod cum a te hactenus dilatum, nescio quo consilio aut eventu, video, commodum putavi te nunc iterum monere, ut fidi nuncii copiam nactus officium non negligas. Prodidi tibi prioribus animum meum, verum coactius et quasi per transennam[3], communicaturus cetera, quam mox prioribus meis calculo tuo occurreris.

Vale.

E Neroberga in die Martini *MD*XXVI.

Tuus ex animo Ioannes Hanerus.

Suo Hulderico Zuinglio, Tigurinorum ecclesiasti.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 150. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 561f.

[1]) *s. Nr. 529, Anm. 1.* — [2]) *Nr. 529.* — [3]) *Vgl. Otto S. 351 (Cicero, de orat. 1, 35, 162).*

549.

Zwingli an Johannes Wanner[1].

Zürich, 29. Oktober und 12. November 1526.

Gratiam et pacem a domino.

Calculum ferunt sic tecum agere, ut lecto decumbas, carissime Vanni; qui nos dolor haud parum adficit. Non enim ignoramus, quam acerbus sit eius *παροξυσμός*[2]. Sed ad hunc nos modum exercet ac macerat deus: te nobile euangelii organum ac fidele sic excarnificat, ut probet, anne ipsum ex toto corde diligas; nos vero tentat, an compati sciamus membro male adfecto *[1. Cor. 12. 26]*. Quamobrem tibi ferendo ad commiserationem flectendus est is, qui exanimat ac reficit; in cuius manu sunt omnia *[5. Mos. 32. 39]*. Ipse enim nisi cruciatus istos daret nostro bono, non dixisset: „Capilli capitis vestri omnes numerati sunt *[Matth. 10. 30]*“; neque apostolus eius adperta nos voce certos redderet eiusdem rei, sic pronunciando: „Scimus, quod diligentibus deum omnia cooperantur in bonum *[Röm. 8. 28]*“. Atqui hoc ipsum, quod nobis foeliciter illius prudentia cedit, frequenter latet, dum adhuc non est ad terminum perventum; sed ubi finem tenuerimus, iam tandem sentiscimus, cur quidque fecerit[3]. Ipse

4 παροξυσμός] παρόξυσμος. — 10 istos, *fehlt Epp.* — 11 omnes] omneis *Epp.* — 12f. Scimus] SCIMVS — 14 foeliciter] feliciter *Epp.* — 16 quidque] quicquam *Epp.*

St. Gallen, Stadtbibliothek: Litt. misc. II. 280. — Kopie in Zürich: Msc. F. 43, p. 823f.

Abdruck: Epistolae 1536, fol. 192b (ohne die Nachschrift). — Opera 1581, Tom. I 417 (ebenso). — Sch. u. Sch. VII 556.

---

[1]) *Vgl. Nr. 209, Anm. 1. Zu den dort angegebenen Quellen kommen die inzwischen erschienenen 3 Bände „Briefwechsel der Brüder Ambrosius und Thomas Blaurer, herausgegeben von Tr. Schieß“ (1908—1912) hinzu.* — [2]) *Wohl eine Anspielung an Zwinglis Pesterkrankung 1519. Zwingli zeigte durch seine seelsorgerliche Tätigkeit damals wirklich, daß er es verstand, compati membro male adfecto.* — [3]) *Man vgl. etwa den Schluß von Zwinglis Gebetslied nach der Pest. Bd. I, S. 69.*

inter tot turbas orbis, urbis autem nostrę procellam nunc omnia concutientem[4], crebris etiam gemitibus pestem aut morbum aliquem oro, ut mihi sit male propicius; sed nequicquam omnia, surdo fabulam narro[5]. Ubi vero exitus adpetet, iam per speculum *[1. Cor. 13. 12]* et transcennam[6] videbimus, quem in usum quodlibet dispensaverit. Sic et ęgritudo tua tuo tibi bono infligitur; id autem aliquando scies. Hęc hactenus. Monuit nuper amicus quidam, quam male audiam apud quosdam propter prędicatores, aut potius proditores, quorum hoc sęculum est fertilissimum, quasi eorum persecutio ex nobis sit, autore scilicet[7]. Quam famam, si vera esset, tam abest, ut deprecarer, ut etiam laudi darem ac glorię; si videlicet huic malo exitium possem asciscere. Quod nisi tollatur, urbi saltem nostrę exitium adferet. Sed non ad hunc modum res habet. Nos neque violenti sumus, neque tumultuosi; sed in hoc unum intenti, ne quid per seditionem ac turbam tentetur.

Saluta fratres omnes, prędsertim Zuickium[8], Blaurerum[9] ac Mennlishoferum[10], dicitoque nos propediem, si modo exitum hoc negocium invenire potest, scripturum[11]. Mittito prima occasione literas istas communi amico ac fratri, Gulielmo a Cella[12], ac quantum dominus dat convalesce.

Tiguri, 29. die Octobris.

Uxorem quoque saluta.

M·D·XXVI. verte!

Huldrichus Zuinglius tuus.

3 propicius] propitius *Epp.* — 6 ęgritudo] aegritudo *Epp. (entsprechend sonst)* —. 9 persecutio, *fehlt Epp.* — 11 asciscere] adsciscere *Epp.* — 15 Zuickium] Zuiccium *Epp.* — 16 Mennlishoferum] Menlishoferum *Epp.* — 17 negocium] negotium *Epp.*

---

[4]) *Zwingli spielt hier auf den Prozeß Jakob Grebels an. Die Hinrichtung erfolgte am 30. Oktober 1526, also einen Tag nach Zwinglis Briefe. Näheres darüber, auch Literaturangaben, bei Bernhard Wyß S. 73f.* — [5]) *Vgl. Otto S. 335 (bei Terenz, Horaz, Hieronymus nachweisbar).* — [6]) *Vgl. Nr. 548, Anm. 3.* — [7]) *Schuler-Schultheß VII 556, Anm. 1 bemerken dazu: sine dubio hoc spectat Balthasarem Hubmeierum. Aber das ist schwerlich richtig. Hubmaier befand sich damals in Nikolsburg in Mähren und wurde nicht verfolgt (s. Hegler P. R. E.³ VIII 422). Die Worte beziehen sich offenbar auf den Grebel-Prozeß (s. Anm. 4, man vgl. oben die Worte:* urbi nostrę ... exitium adferet*). Die Härte des Urteils erregte bei vielen Mißbilligung (vgl. Stähelin II 45f., Bullinger I 373: „Darvon ward vil geredt, und vermeint man, so er nitt in yl dahin gericht, were imm hernach amm läben nüt beschähen"). Wer der amicus quidam ist, bleibt offen.* — [8]) *Johannes Zwick, vgl. Nr. 251, Anm. 1.* — [9]) *Ambrosius Blarer, vgl. Nr. 310, Anm. 1.* — [10]) *Johannes Mennlishofer, vgl. Nr. 209, Anm. 7 und Hartfelder in Zeitschrift für Geschichte des Oberrheins Bd. 47, S. 11—13.* — [11]) *Zwingli schrieb eine Rechtfertigung seines Verhaltens im Grebel-Prozeß nach Basel und Straßburg, s. Nr. 552.* — [12]) *Wilhelm von Zell, s. Nr. 415, Anm. 5.*

Vide, mi Vanni, quid occupatissimo acciderit. Nuper hanc epistolam inter alias multas ad te scripseram, cumque iam signanda esset, turba epistolarum factum est, ut copiam epistolę Erasmicę[13] aut tibi aut forsan Guilielmo[14] consignaverim. Quamvis in hoc non peccatum sit, quod Erasmicę epistolę copia ad vos pervenit, sed in isto, quod hec non simul comitata est. Boni ergo consule, quicquid hic admissum est. Et si forsan ad Guilielmum dicta copia esset missa, da operam, ut, quę ad eum est epistola, mittatur. Sed arbitror eius epistolam recte inscriptam esse.

Vale.

XII. die Novembris.

Ioanni Vannio, Constantiensium euangelistę fidelissimo.

---

[13]) *Es handelt sich jedenfalls um den Brief des Erasmus an die Pariser theologische Fakultät. Vgl. Beilage zu Nr. 538 und Nr. 545, Anm. 2. Möglicherweise hat Blarer a. a. O. die von Zwingli irrtümlicherweise am 29. Oktober verschickte Kopie vor sich gehabt.* — [14]) *s. Anm. 12. Der Brief Zwinglis an Wilhelm von Zell ist verloren.*

550.

Wolfgang Capito an (Zwingli).

(Straßburg), 12. November 1526.

Gratiam et pacem, charissime frater.

Ex literis amici istius ad filium suum[1] *τὰ ἐφ' ὑμῶν γεγενημένα μηδὲ πάνυ σαφὲς λογιζόμεθα*, quę vos scire plurimum refert, ut nos affecti simus. Felicia enim candide, quibus expedit, exponuntur; adversa autem, si qua istinc nuntiantur, commodius ferimus, *εἴπερ ἀδελφὸς ὁ ἀληθὴς παρεξήγησεν*. Habes igitur, dum scribis pro occasione nunc Greculam nunc Hebręam voculam, aut integras interim sententias, quibus tenebras incauto lectori, imo nasutissimo interim

1 frater *übergeschrieben über gestrichenem* Zuingli.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 269. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 562 f.

---

[1]) *Vgl. Nr. 552, Anm. 1 und Nr. 564, Anm. 7. Aus diesen Briefen geht hervor, daß der Vater des Iodocus, der als amicus der Reformation bezeichnet wird, aus Zürich an seinen in Straßburg befindlichen Sohn über den Prozeß gegen den alten Grebel geschrieben hat. Der Bruder des Vaters, also der patruus Iodoci, wird von Zwingli als ‚Catilinarii gregis perditissimus' bezeichnet; ihm ist es gelungen, in einem Mistwagen aus Zürich zu entkommen. Aus Nr. 578 geht hervor, daß es sich um Iodocus Brennwald handelt, den Sohn des Propstes zu Embrach und Chronisten Heinrich Brennwald. Er war bis zum 19. September 1524, wo das Stift säkularisiert wurde, Chorherr in Embrach, erscheint als solcher noch im Mai 1528 auf der Synode (Aktens. Nr. 1414). Der Oheim des Iodocus ist Felix Brennwald. Am 17. November 1526 schreibt Rudolf zum „Storchen" — der „Storch" war Hauptquartier der Gegner Zwinglis — an Bürgermeister und Rat zu Zürich und entschuldigt sich, daß er Felix Brennwald heimlich aus der Stadt zu entkommen verholfen habe. Er wird daraufhin mit 100 Pf. gebüßt (Egli, Aktens. Nr. 1070, vgl. auch Nr. 1268). Felix Brennwald wurde dann unter Zusage sicheren Geleites vorgefordert (aus Konstanz oder Schaffhausen, Aktens. Nr. 1268), aber am 16. Oktober 1527 „des Pensionennehmens und etlicher ungeschickten Reden" zum „Rößli" verdächtig, freigesprochen und ihm der Zutritt zu Rat und Ämtern wieder eröffnet (Aktens. Nr. 1294).*

adversario offundes[2]. Verum, quia interim maius est argumentum, quam quod invulgandum sit temere, huiusmodi tegere poteris, si quod scribendum in mentem veniret, notulis his adiunctis effingasque, non, inquam, epistolam integram, sed illa, quę intellecta, reliqua prodere possent. Quemadmodum (exempli gratia id scribo) narraturus tibi per literas, qua spe modo alantur papistę[3] sine exordio de repente scriberem. Ἐλπίδας οὐδὲ σμικρὰς, οὐδὲ περιέργας οἱ Θtę ἤδη μὲν ἔχονται. Causam accipe כי זוהצד הצלכו Facile autem. liogfse τὸν ὅλον ἀφανίσειεν. Hec modo hic circumferunt. Sed sunt inania.

Vide καταγέλαστον Capitonem, qui sic tecum inepte nugor! Atqui vehementer desyderamus tuas, quibus nostrae ecclesię velut apostolus es. Neque externa illa contemnenda; quocunque enim pacto, ut Christum et publica commoda promoveamus, conandum est. Praeterea videntur hac cautione scriptę literę nihil negocii allaturę. Nomen equidem haud adiiciam, neque tu tuum. Adhęc signa eiusmodi notę videntur elementorum peregrinę linguae. Obsecro utaris ingenio, aut hac nostra argutiola, ut interea de te ex te sciamus. Cętęrum libellus Fabri, quo Zuinglium traducit[4], multis ridetur.

3 effingasque] *ursprünglich* effingam — 7 οὐδὲ] *beide Male* ὐυδὲ — *vor* σμικρὰς *gestrichen* ο — 8 τὸν ὅλον *am Rande* — 13 conandum est *übergeschrieben.*

---

[2]) *Die Geheimschrift, für welche Iodocus (vgl. Anm. 1 und Nr. 564, Anm. 7) den Chiffreschlüssel überbringt, ist veranlaßt durch die unliebsamen Erfahrungen, die Capito durch die Abfangung seiner Briefe mit Fabri gemacht hatte. Vgl. W. Baum: Capito und Butzer (1860), S. 356 ff. und oben Nr. 494. Eine Auflösung der Geheimschrift ist uns bisher noch nicht gelungen. Sicher ist nur, daß in dem griechischen Satze:* Ἐλπίδας οὐδὲ σμικρὰς *etc.* οἱ Θte *bedeutet: papistae; das geht aus dem Vorhergehenden hervor. Das Übrige bleibt vorläufig rätselhaft. Sollte der die Hoffnungen der Papisten zu schanden machende* liogfse *Franz von Frankreich oder vielmehr der Kaiser sein? Das Letztere ist das Wahrscheinlichere, wenn man sich die politische Situation vergegenwärtigt. Karl V. hatte gegen die zwischen dem Papste und Franz von Frankreich abgeschlossene heilige Liga vom 22. Mai 1526 appelliert an ein Konzil und ließ im November 1526 seine Armee gegen Rom marschieren. Aber es fragt sich, ob Capito wirklich die politischen Verhältnisse im Auge hatte? —* [3]) *s. Anm. 2. —* [4]) *Im Zusammenhang mit dem Vorhergehenden könnte die im Anschluß an die abgefangenen Briefe Capitos von Faber herausgegebene Schrift: „Neue Zeitung und heimliche wunderbarliche Offenbarung etlicher Sachen und Handlung, so sich auf den Tag, der zu Baden im Aargau von den Sendboten der XII Oerter der loblichen Eidgenossenschaft auf den 26. Tag des Brachmonats Anno 1526 gehalten worden, zugetragen und begeben hat" gemeint sein. Vgl. W. Baum: Capito und Butzer (1860), S. 357 ff. Fabri hatte hier gegen Zwingli Anklage erhoben (Stähelin II 38). Am 18. September 1526 hatte Fabri an Schaffhausen und andere Orte geschrieben: „Ich schick ü. G. hie mit ein buoch, so ich nit on sondern kosten hab wider den Zwinglin trucken lassen, darin ich verhoff, die selbig ü. G. und ire verwandten vernemen werdent, mit was untogenlichen unchristenlichen leren gedachter Zwinglin menig frumm christenherz verfiert hab" (Eidg. Abschiede IV 1a, S. 996). Wahrscheinlich jedoch ist hier wie dort gemeint: „Christen-*

Plerique interim hominis stuporem rident, nos interea ne legimus quidem; tantum abest, ut aliquid possimus statuere. De Luthero varia expectatio, qui interim friget; evanidis quidem coniecturulis adversus tantam lucem graditur. Quid nobis videatur operęprecium fore, nuper attigimus. Nuncius à ⁄|, de quo nuper[5], necdum rediit; in horas expectatur, ex quo scies omnia per nos, auspice Christo. *Πολιτίαι γειτνιῶντες* [!] non solum persequuntur Christum, sed furiosis mandatis plebeculam adigunt ad observantiam papisticę impietatis[6]. Quos quidem autores scelerum dominus perdat. Amen.

Hic alioqui satis in cursu est verbum domini, melioraque in dies nobis pollicemur. Quo pacto *τηλικαῦτοι* [!] *προδόται ὑμῶν τὸ δικαστήριον ἔφυγον*[7], scire cupio. Incertissima plerique affirmant, et adversarii neutiquam inclinant credulitate in partem veriorem. Hęc potes manu amaniensis [!] tui[8], quem modo peritissimum habes, tutissime.

Salutat te nostra ecclesia tota, siquidem votis creberrimis, pro animo tuo, favorem domini ęqualem precantur, neque sane ecclesiam agnoscimus aliam, quam quę tecum domino servit.

Vale.

12. Novembris anno 1526.

Tuus, quem in domino nosti.

Amico et fratri meo in domino charissimo, zu Zirich[9].

21 Zirich] *ir Ergänzung, da die Buchstaben durch Faltung des Briefes mi dem Siegelstreifen absprangen.*

---

liche beweisung Doctor Johann Fabri über 6 Artikel des unchristenlichen Vlrich Zwinglins, Meister zu Zürich, überantwort offentlichen in der pfarrkirchen vor den verordneten vieren Bischoffen, Costenz, Basel, Losan und Chur" usw. Die Vorrede datiert vom 20. Juni 1526; laut Schlußvermerk erschien der Druck in der Presse von Ulrich Morhart zu Tübingen „am vierten tag des Herbstmonats" (= September).

[5]) *In einem verloren gegangenen Brief.* — [6]) *Gemeint ist das harte Vorgehen der Obrigkeit gegen die Bauern, mit dem sich eine antireformatorische Reaktion verband. Vgl. P. R. E.³ II 447 ff., speziell für das Elsaß: J. Roth: Bilder aus dem elsässischen Bauernkrieg 1911.* — [7]) *Es handelt sich nicht um die Flucht von Wiedertäufern (so Schuler-Schultheß), obwohl solche (vgl. Egli: Die Zürcher Wiedertäufer 1878) beständig vorkam, sondern um die Flucht einiger Gesinnungsgenossen des alten Grebel. Vgl. Zwinglis Antwort Nr. 552: Fugiunt Grebelio interfecto quidam alii, portis nequicquam serratis; nam patruus Iodoci (Anm. 1) in plaustro stercore omisso evectus est. Vgl. auch das Folgende.* — [8]) *Wohl einer von den in Zwinglis Hause wohnenden Studenten. Der Name ist unbekannt. Das „modo" deutet vielleicht darauf hin, daß der Überbringer des Briefes, Iodocus, gemeint ist, der dann also in Zürich geblieben wäre. Darauf läßt schließen Capitos Bemerkung gegenüber Zwingli im Briefe vom 22. Januar 1527 (Nr. 578).* — [9]) *Der Name Zwinglis fehlt auf der Adresse, offenbar wegen des streng vertraulichen Charakters des Briefes. Vgl. S. 772, Z. 15.*

551.

Wolfgang Capito an Zwingli.

Straßburg, 14. November 1526.

Gratiam et pacem.

Quod eadem toties moneo, charissime frater, boni consule. Cura id a me impetret de verbi ac fratris optimi successu sollicito, qui nihil in votis prius habeam, quam ut Tiguri verbum domini per te diu ac longiss*ime* provehatur, cum edificatione etiam reliquarum ecclesiarum. In Lutherum scripturus es[1]. Res ipsa ita fieri efflagitat. Modum ut serves, vehementer refert, ne cum furente insanias. Tota Wittenberga, hoc est plerique, palam in te, Oecolampadium et nos loquuntur acerrime. Sunt, qui illic nos fortiter defendant. Sunt rursus, qui istorum impudentia maledica ad nostras ab illis partes concedunt, quippe sciunt falsi naturam esse, cum viribus suis nequeat, aliorum calumniis niti. Adeo depugnat Lutherus autoritate nacta potius, quam scripturarum nervis. Philippus Melanchthon videtur nihil in vos acturus. Odit cruentas pugnas pro sua interim vocatione; sic enim loquitur; profana potius tractabit, quam quod cum tanto iurgio divinis immorari deberet. Hęc a Martino Cellario[2]

3 verbi] *ursprünglich* verbo — 6 fieri *übergeschrieben* — 11 sciunt *übergeschrieben* — 13 Melanchthon *am Rande* — 16 Martino *übergeschrieben über gestrichenem* Ioanne.

Zürich, Staasarchiv: E. II. 349 p. 180. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 563 f.

[1]) *Wie Nr. 552, Anm. 16 beweist, ist Zwinglis Amica exegesis gemeint; sie erschien Ende Februar/Anfang März 1527. Wie die Vorrede zeigt, hat Zwingli den von Capito gegebenen Rat zur Milde befolgt. Etwa gleichzeitig erschien die mehr populär, aber auch maßvoll gehaltene Schrift: „Fründliche Verglimpfung und Ableinung über die Predig des trefflichen Martini Luthers wider die Schwärmer". Zu der Stimmung der Wittenberger vgl. Enders, Luthers Briefwechsel 5, Nr. 1097.* — [2]) *s. Nr. 649, Anm. 1.*

didici, qui tuum potissimum nomen ob Christi gloriam acerrime asserit. Habet tamen sua dogmata: illustrandam totam gentem Israelitarum ac terram Chananeorum hic possessuram, in terrena etiam potestate praesignes, si rite hominem assequor; praestare baptismum parvulorum eliminatum, sed usurpandum modo, dictante charitate, quę externa omnia dispensat. Et id genus quędam. Interea tamen ad charitatem appositissimus est. Totus huc spectat, ut summa Christi salva mutuo nos feramus; daturum dominum in posterum maiorem lucem gratię. Cum Luthero, post multa, de eucharistia contulit, sed reiectus est repente, tanquam cum fastidio, sed citra contumeliam tamen. Libri tui et Oecolampadii prostant Wittenbergę, et sunt, qui lectis subscribant, adeoque Lutherus meditatur silentium, si ex animo omnia loquitur, tametsi hinc amatores suos magis inflammet. Verum plerique certum habent, organum dei esse et hac in causa desipere, ut sic uni deo gestorum gloria omnis tribuatur, qui cum talibus affectibus tantum spiritus sui donum commiscuerit. Quare operęprecium feceris, et ex re Christi, ut respondeas, sed moderatissime, neque ex primo calore. Optarem ego modo deliniare te, quę huius esses post alterum mensem editurus, ut refrigerato affectu, quo forte cales, ceu iudex tuam fęturam per intervallum respiceres diiudicandam. Eo quidem pacto sanissima prodiret, quę alioqui fortassis morbidum quiddam spirabit. Simili iudicio Lutherus non scribit et noxiis studiis distentus est; proinde sui amorem refert, quicquid hac in re conatur. Hęc scribo, mi Huldriche, ut ardentior de favore nominis tui, tametsi facile coniicio, id me frustra scribere, quia per te es praestaturus, quicquid vel temperatissimum iudicium exigere potest.

Qui has pertulit[3], mirifice te colit, cui dare literas tam accurate efflagitanti oportuit. Hominem igitur amice interpelles. De techna episcopi proximo scribemus[4]; nam certam necdum deprehendimus; aliqua tamen est, quantum exploravimus.

Argen*torati* 14. Novembris anno 1526.

Vuolfgangus Capito tuus.

Huldericho Zuinglio, fratri suo charissimo, episcopo Tigurinorum.

2 totam *übergeschrieben* — 11 tamen *übergeschrieben* — 18 ego *übergeschrieben* — 19 te *übergeschrieben* — 21 diiudicandam *übergeschrieben* — 30 f. aliqua . . . exploravimus *am Rande.*

[3]) *Name unbekannt.* — [4]) *Diese Absicht hat Capito nicht ausgeführt. Es handelt sich um Intrigen des Bischofs Wilhelm von Hohenstein gegen die Bestrebungen der Straßburger Bürgerschaft auf Abschaffung der Messe; der Bischof konspirierte mit den Patriziern. Vgl. Baum: Capito und Butzer S. 394.*

551a.

(Johannes) Comander[1] an Zwingli.

Chur, 20. November (1526).

Gratiam et pacem Christi precatur. Charissime!

Sunt multa, quae te scire vellem, sed angustia temporis artatus potissima obtinere cogor. Nam ea non parum temporis exigunt. Tuae aeditionis psalterium[2] accepi grato animo, quo utar interim, donec excusum fuerit alterum. Si quae nova sunt pro defensione euangelii, ad nos non pervenerunt hiis nundinis. Causa est, quod praefectus ille Sangansae[3] institorem illum[4], qui frequenter ad nos divertebat, detinuit, libellis spoliatum demum dimisit. Pontificii multas machinas struunt, consilia addunt consiliis, et copias copiis, quo insignem victoriam nacti triumphent. Sunt autem eorum consilia et machinae inter alia istaec: extorserunt ex comitiis Spirensibus atrocissimam quandam epistolam, admonentem tres ligas, ut desistant a coeptis suis et minitantem immanissima, si pergant[5]. Aliud consilium: fertur

•13 minitantem] *ursprünglich* minitantes.

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349, 214. Siegelspur.
Sch. Sch. VIII 374 (zum Jahre 1529 gestellt).

---

[1]) *Vgl. Nr. 374, Anm. 1.* — [2]) *Es wird sich um „das dritt teyl des A. T.“ handeln, der 1525 bei Froschauer erschien und die Psalmen enthielt. Vgl. J. J. Mezger: Geschichte der deutschen Bibelübersetzungen in der schweiz.-reform. Kirche 1876, S. 70 ff. Eventuell wäre auch an ein Manuskript zu denken, obwohl dem der Ausdruck: tuae aeditionis nicht günstig ist. Zwingli hatte eine deutsche Übersetzung des Psalters 1525 im Mskr. vollendet (Schuler-Schulthess IV, 208 ff.), dieselbe ist abgeschrieben worden (a. a. O.), vielleicht auch für Comander?* — [3]) *Nicht Ludwig Tschudi (vgl. Nr. 309, Anm. 1) wie Sch.-Sch. angeben, sondern Niklaus Omli, der Landvogt von Sargans. Eidgen. Absch. IV 1a, S. 1542. Er war von Februar 1526 bis Februar 1528 Landvogt in Sargans.* — [4]) *Dieser hausierende Buchführer ist wohl kaum mit Sicherheit ausfindig zu machen. Vielleicht ist er identisch mit dem Sch.-Sch. VIII 34 (Nr. 596 unserer Ausgabe) genannten Michael, d. h. Michael Schwyzer, dem Knecht oder Faktor Froschauers, der, wie nach S. Gallen (s. Vadianbriefe), auch öfters nach Chur gekommen sein dürfte.* — [5]) *Laut Mitteilung von Tr. Schiess in Zwingliana I, 173, Anm. 4 berichtet ein Mskr. im bischöflichen Archiv Chur, Episcopatus Curiensis ab*

fama, quod doctorculum illud Badense[6] revocare conentur, quod cum venerit, ut alter Helias restaurabit omnia *[Matth. 17. 11]*. Caeterum Christus praedicatur apud nos, sed parum foeliciter[7]. Omnes enim quae sua sunt quaerunt et nullus quae Christi sunt *[1. Cor. 10. 24]*. Attentabimus, si aliquem doctum et Christianum virum in locum Salandronii, subrogare possimus[8]. Da igitur operam et proinde nobis de aliquo, qui etiam in linguis aliquid possit et qui non pueris solum, sed et omnibus nobis, qui plerique rudes sumus, prodesse queat.

Vale.

Ex Chur. 20. die Novembris[9].

Comander tuus ex animo.

Piissimo viro Huldricho Zuinglio ecclesiastae Tigurino, fratri suo observando.

---

anno 1392—1599 C fol. 143[1]: A° 1526 habent die kays. Mt. Carolus quintus für Bischof Paulo den h. Eydtgenossen, so im Octobri zu Lucern beysamen gwest, geschriben". Tatsächlich tagte die Tagsatzung damals am 30. Oktober in Luzern (Eigene Absch. IV 1a 1006), doch wird das Schreiben nicht erwähnt.

[6]) *Jak. Jonas. Vgl. Nr. 487, Anm. 6.* — [7]) *Vgl. Nr. 533, 512, 522, 493.* — [8]) *Vgl. Nr. 565, Anm. 3, sowie Schieß in Zwingliana I 167 ff. Salzmann ist wahrscheinlich der Pest zum Opfer gefallen.* — [9]) *Die Jahreszahl fehlt; daß sie 1526 ist, hat Schieß a. a. O. erwiesen. Laut Anm. 5 kann ja nur zwischen 1526 und 1529 die Wahl sein, die Erledigung der Schulmeisterstelle, die Anfang 1527 wieder besetzt ist, weist auf 1526.*

552.

(Zwingli) an Oecolampad und die Straßburger, besonders Wolfgang Capito.

(Zürich), 29. November 1526.

Gratiam et pacem a domino.

Quid, carissimi fratres, pater filio suo Iudoco[1] per epistolam significaverit, equidem ignoro; at hoc scio, quidquid tandem scripserit, vobis non magnopere curandum esse. Trahit enim hominem adfectus fratris[2], quem, ut nostrorum vitia postremi discimus, bonum aut saltem aequabilem virum esse putat, cum sit Catilinarii gregis perditissimus. Sic autem ἀφ' ἑστίας res habet. Habuerant comitia ἐν Θερμοπύλαις[3], quibus convenerat, ut senatum populumque Tigurinum denuo hortarentur, ut vel unam missulam admitterent. Id ubi Bernam nunciatum est per eum, qui legatione functus fuerat[4], quidam candidus ac fidelis urbis nostrae amicus[5] sic occurrit: Quid frustra sumitis

11 urbis nostrae amicus] urbis, noster amicus.

Autograph (s. folg. Zeilen) gegenwärtig nicht zu ermitteln (Prof. Seedorf, Stadtbibliothekar in Bremen).

Abdruck: Bibliotheca Bremensis, class. VI, fasc. V (Bremae 1723), p. 1007/12, „ex αὐτογράφῳ, quod Cl. Isingii est". *Danach bei Sch. u. Sch. VII 564—566.*

---

[1]) *Vgl. Nr. 550, Anm. 1.* — [2]) *Der Oheim des Iodocus, Bruder seines Vaters, Felix Brennwald. Er starb 1536, wurde 1515 schwer verwundet aus der Schlacht bei Marignano heimgetragen, war 1516 Mitglied des Rates, 1518 Landvogt zu Sargans, in erster Ehe mit Martha Ammann, der Tochter des Stadtschreibers, in zweiter mit Anna Schmid, der Tochter des Bürgermeisters Felix Schmid, vermählt, die sich dann nach dem Tode ihres Gatten mit Peter von Wellenberg verband. (Luginbühl in: Heinr. Brennwalds Schweizerchronik II (1910), S. 589f.) Vgl. Egli, Aktensammlung im Register.* — [3]) *Auf der Tagsatzung zu Baden („Thermae Helvetiorum") 14. Mai f. wurde den Boten von Basel, Schaffhausen und Appenzell, die vermitteln wollten, geantwortet, „sie mögen bei Zürich versuchen, ob es die Messe wieder dulden und die Kirchen bezieren lassen wolle; dann würde man vermutlich in dem Andern nachgeben". (Eidg. Abschiede IV 1a, S. 890.)* — [4]) *Ritter Caspar von Mülinen.* — [5]) *Wer gemeint*

operam? Nonne videtis in diem minus ac minus profici apud Tigurinos? nec immerito. Dicitur enim non modo apud istos, sed passim ac vulgo missam esse missam faciendam. Tum, qui legatus fuerat: Non fuisset, inquit, istud temere a nobis decretum, si non essent Tiguri, qui precibus, quamvis tacitis, nos expugnavissent? Hanc vocem amicus indicavit. Quid ergo nobis oscitandum erat? Omnia ergo circumspicientibus videbatur hulcus istud pensionariorum, potius proditorum ac praevaricatorum, aliquantum exulcerandum esse, maxime cum omnes liquido viderent cuncta in comitiis μισθοδοσίᾳ corrumpi consilia, neque hoc solum, sed etiam eadem ratione conduci μισθοφόρους, ut euangelio resistant, quomodo principibus contra patriae salutem adsistant. Adparebat etiam istud: gregem Catilinarium perpetuo concursare ac gratulari, si quid adversi passa esset ecclesia, eosque omnes, qui in suspicione essent alienae pecuniae, pertinacissime stare contra euangelium. Quid multa? Adparebat eos omnia facere, quae solent corrupti homines, qui lectione vobis non possunt esse ignoti, qui Salustios ac Cicerones olim perlegistis; nobis vero non possunt non esse notissimi, qui experimur vivam proditionem. In hoc ergo statu cum res essent et homines isti ad omnem occasionem se magis esse metuendos, quam hostes ipsos factis dictisque omnibus probarent, fateor: constantissime invexi in proditionis flagitium ipsumque sic admotis omnibus arietibus concussi, ut conscia pars aperte videret murum concidisse, quamvis alii, quod metus erat, iram ac indignationem simularent, alii tamen, quod res erat, aegre dissimularent. Excidit per eas orationes non imprudenti, sed volenti, haec similitudo: Cardueles semine canapi[6] vivere, at non nisi trito; si et hos patriae proditores ac mistophoros non possent testimoniis (ad quam isti anchoram confugiunt) convinci, quis enim tam stultus sit ac sui negligens, ut in tanto crimine arbitros admittat? tormentis ergo, quae per canapi funes, qui et ipsi torti ac veluti semen triti sunt, apud nos irrogantur, inquirendum proditorem, sed neminem esse tormentis tentandum, nisi de quo aliqua extarent indicia. Dixi quiddam me quoque in hac re scire. Hoc autem non vanus feci. Repertae enim erant literae quaedam, quas omnes putabant me ignorare, super quibus optimi quique diligenter consultabant ac clanculum; sed et aliunde pluribus tum viis tum modis multa didiceram. Constituitur ergo dic-

---

ist, wird nicht ausgemacht werden können, da der „amici urbis nostrae" in Bern mehrere waren. Von dem Besuche eines Berners in Zürich um diese Zeit meldet die Zwingli-Korrespondenz nichts; nur obiger Brief sagt, daß der amicus Zwingli Mitteilung gemacht habe.

[6]) *canapus: species leguminis, ut videtur (Du Cange).*

tatura ad praesens malum, non Romanorum more, ut unus aliquis summae totius rei praeesset, sed optimates viri undecim, quibus inquirendi ac disponendi provincia demandatur[7]. Inquiritur; inveniuntur multa tum levia tum ardua, sic tamen, ut, qui aliquando edixissent, quorum erant conscii, infitiationem meditarentur. Sic enim solet vulgus ac tepidum illud hominum genus, quod etiam ad iudicis machaeram pallescit. Ibi Grebelius[8], pater Cunhardi Grebelii[9], qui fuit

[7]) *Dieses Gericht von elf angesehenen Männern ist damals ins Leben getreten, um die Untersuchung gegen die Angeklagten zu führen. Es handelte sich um einen vernichtenden Schlag gegen die religiösen und politischen Gegner Zwinglis, die während der ganzen Zeit der Reformationseinführung sein Werk belästigt und nach der Badener Disputation neue Hoffnungen geschöpft hatten (s. Stähelin II 42 ff.). An dieser Partei sollte jetzt ein Exempel statuiert werden. Zwingli brachte die Sache zuerst auf die Kanzel (s. oben den Text). Auf Grund seiner Predigt wurde eine Untersuchungskommission ernannt, die nachforschen sollte, wer in der Stadt von fremden Herren Miet und Gaben empfange, und Zwingli wurde aufgefordert, seine Anklage vor Gericht zu begründen. Zwingli rechtfertigte sich und betonte, daß er um so mehr auf strenge Bestrafung der Schuldigen dringen müsse, als er erkannt habe, daß die Gegner mit der katholischen Partei in der Eidgenossenschaft in geheimer Verbindung ständen und auf den Umsturz der evangelischen Ordnung in Zürich hinarbeiteten. Die Obrigkeit habe die Schuldigen wider Gesetz straflos ausgehen lassen, aber er werde nicht schweigen, so lange die Obrigkeit dem Übel nicht in wirksamer Weise entgegentrete. Wenn bestimmte Beweismittel fehlten, solle unbedenklich die Folter angewendet werden dürfen (s. im Texte). Während des Prozesses gegen Grebel hat Zwingli in seinen Predigten fortgesetzt die Ausrottung des Übels verlangt und suchte auch durch Briefe an Bekannte sich neue Beweismittel gegen die Schuldigen zu verschaffen; er sah eben in dieser Sache eine Existenzfrage. —* [8]) *Jakob Grebel, geboren zirka 1460 als Sohn des Zunftmeisters Ulrich Grebel; 1486 gab er sein zürcherisches Bürgerrecht auf und brachte einige Jahre im Ausland zu, 1489 ist er wieder in Zürich und heiratet bald darauf Dorothea Fries; 1494 wurde er Mitglied des großen Rates, 1499 Landvogt zu Grüningen und bekleidete diese Stelle infolge seiner Wiederwahl im Jahre 1506—1512; dann kehrte er nach Zürich zurück, wurde 1515 Mitglied des kleinen Rates und verwaltete in der Folge verschiedene Vogteien und Ämter; er ist verschiedentlich Tagsatzungsgesandter gewesen und wirkte 1517 bei den Friedensverhandlungen mit Frankreich zu Freiburg mit. Seit 1520 trat er energisch auf die Seite Zwinglis und der Reformation; er erscheint regelmäßig als Vertreter Zürichs auf den Tagsatzungen, vertrat auch die Zürcher Interessen im Ittinger Handel. Eine latente Gegnerschaft zu Zwingli ist trotzdem von Anfang an vorhanden. Grebel bekämpft die Politik Zwinglis und will seine Tätigkeit ganz auf die Evangeliumspredigt beschränkt wissen. Der Übertritt des Sohnes Konrad Grebel auf die Seite der Wiedertäufer hat die Spannung verschärft; ebenso Grebels Freundschaft mit einem Hauptgegner Zwinglis Joachim am Grüt. So ist Jakob Grebel wirklich ein Führer der Anti-Zwinglischen Opposition gewesen. Das rasche und scharfe Vorgehen gegen ihn — er wurde am 30. Oktober 1526 auf dem Fischmarkte mit dem Schwerte hingerichtet — hat schon damals (vgl. Stähelin II 45) Mißbilligung erregt. Die rechtliche Seite der Frage ist von P. Schweizer: Geschichte der schweizerischen Neutralität (1895), S. 181 ff. klargestellt worden: „Im Prozeß gegen Grebel sind folgende Punkte zu beachten. Das Pensionenverbot war allerdings 1503 in der Tagsatzung durch Widerstand eines einzigen Ortes nicht zum*

catabaptistarum coryphaeus, capite plexus est, vir nobilis ac summae apud nos auctoritatis, quod a caesare, Gallo, pontifice Romano plus mille quingentos florenos filii praetextu accepisset[10]. Adde (quod

---

gemeineidgenössischen Gesetz geworden, wohl aber von Zürich wie von den meisten andern Orten besiegelt und für sein Gebiet festgehalten, auch trotz der ungünstigen Volksantwort von 1508, die keineswegs eine durch Verfassungsbestimmungen erforderte und verpflichtende Abstimmung war, von der Obrigkeit nicht förmlich abgeschafft, im Gegenteil 1513, 1518 und 1522 ohne Volksanfrage wieder aufgerichtet und seitdem alle Halbjahre beschworen worden. Das letzte dieser Verbote, welches allein in authentischem Texte erhalten ist (Egli, Aktensammlung Nr. 293), verpflichtet jeden, der von einer Übertretung wisse, beim Bürgereid und Stellenentsetzung zur Anzeige. Zwingli hat bei seiner Denunziation einfach seiner Bürgerpflicht gehorcht, freilich der einzige, der es wagte". Daß Grebel Pensionen, wenn auch nur für seine Kinder — was aber durch ein Gesetz ausdrücklich verboten war — empfangen hat, steht fest, ebenso daß die Gesetze die Kompetenz zur Verhängung der Todesstrafe gaben, wenn sie auch nicht die reguläre Strafe sein sollte. Die Untersuchungsakten sind leider nur unvollständig erhalten, das Urteil ist unbekannt. Schweizer sagt: „Wenn die Räte und Bürger, welche das Urteil zu fällen hatten — nicht etwa die Untersuchungskommission, bei der man eine starke Beeinflussung durch Zwingli vermuten könnte — trotz diesen mildern Gesetzen doch von der darin eingeräumten Kompetenz zu härteren Strafen so entschieden Gebrauch machten, daß sie bis zum Todesurteil gingen, so müssen sie besonders erschwerende Umstände gefunden haben, und diese lassen sich schon nach den unvollständigen Untersuchungsakten darin erkennen, daß nicht nur die Annahme von Pensionen an und für sich bei Grebel nachgewiesen war, sondern die durch diese Bestechung veranlaßte Wirksamkeit zugunsten des Friedens mit Frankreich und des Anschlusses Zürichs an das französische Bündnis; damit haben die sämtlichen Pensionen Grebels nach den Untersuchungsakten in Verbindung gestanden". Schon 1523 hatte man wegen Annahme einer französischen Pension Konrad Hegner hingerichtet. Aber mit dieser Frage des formalen Rechtes, das auf Zwinglis Seite liegt, ist die moralische Seite der Angelegenheit noch nicht entschieden. Mißlich für Zwingli und seine Anhänger bleibt, daß z. T. mit Gesetzen operiert wurde, die auch gegen Zwingli selbst hätten angewendet werden können, da er bis 1520 eine päpstliche Pension empfangen hatte. Mißlich bleibt ferner, daß doch gerade Zwingli inzwischen eine Schwenkung gegenüber Frankreich vollzogen hatte; sein „Commentarius de vera et falsa religione" war Franz von Frankreich gewidmet. Endlich: warum das Vorgehen gerade jetzt nach der Badener Disputation, wo doch Grebels Vergehen weiter zurücklagen? Man wird sagen dürfen: man hätte Grebel auch weiter unbehelligt gelassen, wenn nicht für die Situation nach der Disputation zu Baden ein Einschreiten Zwinglis erforderlich erschienen wäre, für das man dann die vorhandenen gesetzlichen Handhaben benutzte. Dieses Verfahren aber ist moralisch anfechtbar. Vgl. zur Sache und zu den Personalien auch C. Keller-Escher: Die Familie Grebel (1884), S. 42 ff. — [9]) Vgl. Nr. 27, Anm. 1. Konrad Grebel war im Juli oder August 1526 im Kerker gestorben. Daher sagt Zwingli „fuit" und weiter unten: ante menses aliquot mortuo.

[10]) *Grebel gestand ein, er habe zur Zeit, als mit Frankreich über den ewigen Frieden und das Bündnis verhandelt wurde, ihm selbst angebotene Pensionen ausgeschlagen, aber auf die Frage des Unterhändlers, ob er Söhne habe, denen man etwas geben könne, hat er geantwortet: „ich habe zween Sün; der ain ist uf dem Studium zu Wien, der's villicht nemen möcht oder wollt". Die von diesem bezogenen Pensionen zog*

ipse non olim arbitratus sum), quod Cunhardi, filii eius, uxor[11] marito ante menses aliquot mortuo apud socerum haereditatem petivisset, quae ex triente uxoribus apud nos evenit; repulsa est a socero hac responsione, quod filius nihil peculii habuisset. Ac postmodum inventi sunt quadringenti adhuc aurei, quos ille nomine filii in suum receperat marsupium. Fugiunt Grebelio interfecto quidam alii, portis nequicquam serratis; nam patruus Iudoci[12] in plaustro stercore omisso evectus est. Sic scilicet in stercore salutem invenire debent, qui ventris stercorisque causa patriam produnt. Laborant nunc pro reditu isti[13], innocentiam praetexentes, quod Grebelius maior fuit, quam ut conscium se negotiorum istorum hominum faceret, quamvis hac parte imprudens fuit, quod ipsi eius negotiorum conscii fuerant. Est et alius quidam, nomen est N. N.[14], tortus, homo mancus, cui brachium sinistrum, quod dextero brevius esset, mox inter initia dissiluit flagitioso homini ac audacissimo; hanc remoram iniecit dominus flagitii cumulo. Viget adhuc dictatura et inquisitio. Nos inter haec omnia ad constantiam non minus adhortati sumus, ut malum tollatur, quam exempla protulerimus, quibus hoc hominum genus imperitis fieret cognitum. *Καὶ ταῦτα μὲν ταῦτα.* Contra Struthionem apologiam excudet chalcographus ante natalitium diem domini[15]. Expostulationem Latinam ad Lutherum nondum orsi sumus; dabimus tamen, si dominus velit, ad nundinas Francfordanas[16]. Plutarchi „Vitas“ arbitror utiliter legi posse; at exemplar Aldinum, cum sit nimis carum, praestaret, ut Cratander in duos tomos scinderet, ac ad dictas nundinas priorem daret, posteriorem ad autumnales[17]. Si ergo

---

er ihm dann vom väterlichen Erbgut ab (P. Schweizer a. a. O. S. 182). Vgl. auch Aktens. Nr. 1050, S. 493f. Zwingli sagte aus: „Jakob Grebels son hab im gesagt: min vatter hat mir min pension ingenommen und gibt mir, was er will und ist mir schuldig bi den 335 kronen“. In seiner Deposition bestätigte Binder die Aussagen Konrad Grebels, sagte aber von 800 Gulden. Jakob Grebels Aussagen selbst s. Aktens. Nr. 1050, S. 496f. „Kaiserliche“ Pension hat Grebel darnach für seinen Sohn in Wien empfangen, „päpstliche“ vom Legaten Antonius Pucci 1521. Vgl. Nr. 115, Anm. 1.

[11]) *Konrad Grebels Frau war eine Elsässerin, Agathe von Fynland, er hatte sie gegen den Willen seines Vaters 1522 geheiratet, nachdem sie schon seit zwei Jahren seine Geliebte gewesen war. 1528 heiratete die Witwe den Zürcher Bürger Jak. Ziegler. Vgl. Keller-Escher (Anm. 8), S. 58.* — [12]) *Felix Brennwald s. oben Anm. 2 und Nr. 550, Anm. 1. Auch ihn beschuldigte man des Empfanges von Pensionen (Aktens. Nr. 1050, S. 493).* — [13]) *Diese Rückkehr zu erwirken, ist bei Felix Brennwald gelungen. Vgl. Nr. 550, Anm. 1.* — [14]) *Nach Nr. 557, Anm. 3 Thomas Wellenberg.* — [15]) *Die „Antwort über Dr. Strussen Büchlein“, abgedruckt Bd. V, Nr. 103.* — [16]) *Die Amica exegesis. Vgl. Nr. 551, Anm. 1.* — [17]) *Im Jahre 1509 erschienen in Venedig: Plutarchi opuscula LXXXXI. In aedibus Aldi et Andreae Asulani Soceri. (Vgl. British Museum, Catalogue of printed books, sub Plu. S. 36.) Zu der Cratanderschen Ausgabe vgl. Nr. 554, Anm. 9.*

Argentinenses, Basilienses, Norimbergenses nostrum consilium approbarent, fieret, ut centenarium unum aut alterum certo se venditurum sciens ocius ad hanc operam sese accingeret. Mihi certo omnes auctores contemplanti unus iste videtur non tam ob stilum quam ob argumentum honestissimum græculis nostris manibus terendus.

Valete, fratres carissimi, ac dominum pro nobis orate.

Penultima Novembris ad lucernam M.D.XXVI[18].

Oecolampadio ac fratribus Argentinensibus, maxime Capitoni.

---

[18]) *Unterschrift fehlt.*

553.

Gregor Bünzli[1] *an Zwingli.*

Basel, 1. Dezember 1526.

Gratiam et pacem tibi a domino.

Dilecte mi frater! Tuis literis ac nuncio supervenientibus eodem momento dictum fuit, d*ominum* Waltherum[2] peste infectum. Quare concito adire eum cogebar, cordate autem nec aloqui [!] gerulum nec literas legere potui. Reperi W*altherum*, uti erat nunciatum. Postea tamen, ubi magis tuam trutinavi epistolam, mentem et animum tuum intime sensi. Quid autem respondeam, quod tibi satis fiat, per salutem animę mee non habeo. Ego namque, qui vix recordor hesternarum rerum, quomodo potero memor esse, quae acta tot diebus fuerunt? Nihil enim optabilius et magis eligibile, quam publicam iusticiam promovere, deinde tuo satis facere desiderio, non diffido, cum memineris talia a me audisse. Sic sit, ego non minus; a quo tu per viventem cordaque omnium scrutantem *[Apok. 2. 23, 10. 6]*, mihi minime constat. Ob id, mi H*uldriche*, aliter iudicare non velis, quam ego totus tuus,

4 gerulum *am Rande* — 12 minus *(Manuskript:* m̄ı9*) ist auffallend; zu ergänzen* nescio? *oder* non minus = *ich bestreite es nicht?*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 151 (Brief mit Nachschrift). E. II. 349 p, 281 (Nachschrift „Inquire . . . Vale“, *auf besonderem Zeddel). Siegelspur.*

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 539 f., der zweite Nachtrag (irrigerweise dem Brief Bünzlis vom 20. Februar 1529 angehängt) VII 112.

---

[1]) *Bünzli, Zwinglis erster Lehrer in Basel, später Pfarrer in Wesen (s. Nr. 117, Anm. 1), schreibt hier aus Basel. Er wird schon im Oktober 1526 in einem Verhör von Zwingli erwähnt als „Gregorius Bünzli, der jetz zů Basel sye“; Egli, Aktens. Nr. 1050 (S. 493 unten). Von Wesen scheint er schon vor längerer Zeit weggezogen zu sein, da in Baden an der Disputation im Frühjahr 1526 als Pfarrer von Wesen Johannes Schindler aufgeführt ist; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 933. Der Brief Zwinglis an Bünzli ist verloren. Vgl. die Biographie Bünzlis von Egli: Zwingliana II 444 ff.* — [2]) *Vgl. Bd. VII, Nr. 5, Anm. 8.*

et non alius, quantus quantus sum; qua parte et tuas indicor [!] literas quasi noctem totam insomnem duxi, an forsan occurreret; sed omnis labor vanus et inutilis. Precor igitur optimum maximum deum, per quendam alium tibi satis fieri, ut a tantis periculis liberareris et victor contra dei publicęque rei inimicos evadas[3].

Vale.

Obiit in vigilia Petri et Pauli nostra . P . Iuvenis vero didicit profanum artificium sartoris. Ubi sit, nescio.

Salvos dic Leonem[4], tuam uxorem ac ceteros bonos, tuos ac meos fautores.

Datum 1. die Decembris. Ex Basilea anno *1526*.

Gregorius *Bünzlius* tuus.

Frater mi, in Christo carissime!

Si unquam aliquam cum capitaneo Fögili ex Wallenstadio[5] familiaritatem seu amiciciam contraxeris, scrutare aliquo medio ab eodem. Is enim succedere debuisset *Waltherum* Nusboumer[6] in pensione. Quis praeripuerit, ignoro. Est enim non ignarus omnium rerum.

Inquire diligenter per eum in calce literarum mearum signatum. Videor mihi a fratre suo percepisse; certo non dico. Si personaliter eum habere poteris, diceret singula! Sin, vide, ut mediatorem erga eundem habeas Iacobum Nusboumer[7], Wallenstadtensem, fau-

4 liberareris] *ursprünglich* liberaberis.

---

[3]) *Es handelt sich um das Vorgehen Zwinglis gegen seine Zürcher Gegner. Bünzli war in diese Angelegenheit insofern mit verwickelt, als Zwingli bei seiner Zeugendeposition vom 10. Oktober ff. sich auf ihn berufen hatte. „Brennwald, als er vogt zuo Sanaganza (Sargans) gewesen und Wolf Nußboumer mit tod abgangen, sye Gregorius Bünzli, so jetz zuo Basel sye, (gekommen?) und (habe) zuo im, Zwingle, gesagt: rat, wem ist Wolfen pension worden? Und als er, Zwinglin, das nit hat mögen wissen, hat derselbig Bünzli im gesagt, das die dem vogt Brennwald worden sye" (Aktens. Nr. 1050, S. 493). Offenbar hat Zwingli von Bünzli Näheres über seine damalige Aussage erfahren wollen. Brennwald war 1518 Vogt zu Sargans s. Nr. 552, Anm. 1. Daß es sich um diese Angelegenheit handelt, beweist Bünzlis postscriptum. Zwingli soll sich bei Vögelin erkundigen, wer W. Nußbaumers Pension bekommen hat. —* [4]) *sc. Iudae.* — [5]) *In den Eidg. Abschieden wird häufig erwähnt Kaspar Vögeli, Schultheiß vom Walenstadt. Seit Herbst 1526 wird dieser auch Hauptmann genannt; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 999, 1010, 1027. Er war einst in Pavia gefangen.* — [6]) *Weiter nicht bekannt; vgl. Anm. 7 und 3.* — [7]) *Jakob Nußbaumer, 1530 Mitglied des Rats von Walenstad (Eidg. Abschiede IV 1a, S. 860), kommt im Jahr 1531 in naher Beziehung zu Zwingli vor; vgl. Brief vom 14. September 1531.* — [8]) *Die Matrikel von Freiburg i. Br. verzeichnet zum Dezember 1504: Baltassar Vögelin de Wallenstatt, die von Basel zum Sommer 1509: Balthasar Fögely de Walenstad baccal. Frib. Er ist 1523*

torem evangelii ac iustitie. Persuasum tibi hoc scribere habeo a dilectissimo fratre nostro Balthasar Jögeli[8] cui pandi ac lapidi negocium, in quo ambo solliciti fuimus.

Vale.

Huldricho Zuinglio, fratri suo in Christo carissimo.

2 ac lapidi] *der Sinn ist unklar.*

---

und 1527 als Helfer bei St. Leonhard in Basel bezeugt; vgl. Basler Chron. 1, 37 und unten Brief vom 6. November 1527, auch zum Jahr 1530 in Eidg. Abschiede IV 1a, S. 860.

554.

(Johannes) Oecolampad an Zwingli.

Basel, 1. Dezember 1526.

Gratiam et pacem a Christo.

Perquam gratam mihi rem fecisti, frater dilecte, quod literis tuis[1] aliquid sollicitudinis nostrę ademisti. Nunciat enim rumor ferme graviora[2], et nobis salus tua plurimum curae est. Capito iterum atque iterum de rebus tuis certior fieri petivit, sed nihil certi habebam, quod responderem. Nunc, deo *laus*, uterque tranquilliore animo erimus, qui faxit, ut hoc malum isthinc et h*ic* propediem tollatur. Nullis opinor temporibus mammonem tam impudenter euangelico negocio sese opposuisse. Quantos s*ibi* addictos habeat, non ignoras forsitan. Expectant in singulas horas, quando expiret, quem crucifigunt et blasphemant. At meliora pię ac sanctę plebi speramus daturum nostrum, qui in cęlis est patron*us*. Terrent exteri Cęsaris et Ferdinandi fortuna, a quibus novas minas in populum dei et urbes euangelium amplexas referunt. Sed assueta est invicta Zion audire blasphemias precibusque expugnare armatos[3].

A Wittenberga Argentinensibus nihil aliud allatum est pręter inhumanissimam illam epistolam, qua Bucerum, sincerissi*me* et optime meritum, ingratissimus flagellat[4]. Pręmiserat hic noster in tomum

6 *vor* responderem *gestrichen* sperabam — 7 malum *übergeschrieben* — 11 blasphemant] *ursprünglich* blasphement — 16 *über* Argentinensibus *gestrichen* Ex Argentorato — 6, 7, 9, 12 *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da das Manuskript am Rande beschnitten ist.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 349 p. 6. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 566 f.

[1]) *Es wird der Brief Zwinglis vom 29. November gemeint sein (Nr. 552).* — [2]) *Näheres ist nicht bekannt. Es handelt sich um Widerspruch gegen Zwinglis Vorgehen gegen die Pensionäre; s. Stähelin II 45 ff.* — [3]) *Zitat? Jedenfalls kein biblisches; allenfalls könnte an II. Chron. 14. 8–12 und 20. 1–24 gedacht sein.* — [4]) *sc.*

quartum lucubrationum Lutheri, quas latinitate *do*narat, prefationem Christiana mansuetudine et pietate ren*iten*tem eruditionisque plenam, et in ea submonuit et de eucharist*ia*, cum honesta tui ac mei memoria. Id tam indigne fert hom*o* ille miser, ut furoris sui nullum finem esse sinat. Misit eam epistolam Secerio, typographo Hagenoiensi, ut, si illam Hervagi*us* nolit imprimere, ipse imprimat. Visum autem Bucero, ut Hervagi*us* excudat, sed antidoto Buceri adiecto, nempe apologia, qua et Pomerani criminationi respondebit[5]. Donet Christus, ut felic*iter*! Quem non terreret iudicium domini? Si enim cedros Libani ventus sic prosternit *[Ps. 29. 5]*, quis suis viribus deinceps confidet?

Tuum erit, mi frater, epistolam bene expendere et furibundas voces, quas contemptissime in nos tanquam adversarios Christi et regni eius iacit, non dissimulare, sed Christiana mititate amoliri; maxime autem illum perpetuum tenorem: Aperta verba dextre tractabis.

Quę contra Struthionem scripsisti[6], fac quamprimum habeamus.

Mitto sermonem „De invocatione sanctorum“, in quo Fabro respondeo[7]. Spero autem ex eo liquidum fore nos in ea re nihil dis-

3 *vor* cum *gestrichen* tui — 10 *vor* ventus *gestrichen* sic — 15 Aperta verba] APERTA VERBA — 1, 2, 3, 4, 6, 7, 9, 19 *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da das Manuskript am Rande beschnitten ist.*

Lutherus. Sein Brief an Joh. Herwagen datierte vom 13. September 1526 (Enders, 5, Nr. 1098).

[5]) *Der Druck trägt den Titel: Praefatio M. Buceri in quartum tomum Postillae Lutheranae, continens summam doctrinae Christi. Eiusdem Epistola, explicans locum 1. Corinth. 10: An nescitis q[uod] qui in stadio currunt, usque: sed plures illorum non approbaverit Deus, cum Annotationibus in quaedam pauculis Lutheri. Epistola M. Lutheri ad Iohannem Hervagium superiora criminans. Responsio ad hanc M. Buceri, Item ad Pomeranum satisfactio de versione Psalterii. Probate omnia etc. Anno M.D.XXVII. (Straßburg, Herwagen.) Vgl. (Festschrift) zur 400jährigen Geburtsfeier Martin Bucers (Nr. 14 (S. 110f.).* — [6]) *Die Antwort Zwinglis an Strauß wurde vom Verfasser am 11. Januar 1527 an den Markgrafen von Baden übersandt; s. Brief von diesem Datum.* — [7]) *„Von Anrůffung der heyligen Ioannis Ecolampadij vff ettlicher widersecher vnd zůuorab Doctor Fabri vnnutz gegenwurfflich tandt andtwort Offenlich gepredigt an aller heyligen tag“. Am Schluß: Basel, Adam Petri 1526. Auf der Rückseite von Blatt Av steht: „Neüwlich ist ein dick bůch wider Vlrich Zwinglin . . . vßgangen, durch den Fabri zůsamen bracht (vgl. Nr. 534, Anm. 1 und unten Anm. 8). Ir kent den man wol . . . In disem zeucht er mich an, Ich hab in der disputatz zů Baden zůgelassen: die heyligen bitten, vnd wir sollen sie aber nit anrůffen, das syg im ein seltzams“. Oecolampad zeigt nun näher, daß und warum zwischen beidem allerdings ein großer Unterschied sei. Dann weist er noch einen zweiten Vorwurf Fabers zurück, daß Oecolampad etwas geschrieben, was dem*

sidere, et si forte tu mendaciis illius responsurus es olim, in hoc nihil morari habeas.

Adhuc constans fama est, disputationem Badensem depravatissime impressam Tubingę solis adversariis nostris sub arctissimo sacramento communicari. Aiunt et Schaphhusię aliquot exemplaria esse. Quam traducetur ἡ τῆς ἡμετέρας χώρας πίστις! Scribe de ea re Bovillo[8].

Cratandrum[9] nondum conveni, sed vereor illi non esse commodum, ut det nobis Plutarchum. Nunc sub prelo habet Hesychium, antiquum doctorem in Leviticum, qui in re eucharistię bene nobiscum facit, item Zachariam meum et Theophylactum; fortasse post Pascha nobis morem gereret.

Baldassarem Waldshutanum[10] ferunt rebaptizasse nobilem quendam in Stiria et adhuc dogma suum stabilire. Audivi, quae in

3 Badensem *am Rande.*

---

von ihm zu Baden Geredeten widerspreche, und woraus man überdies sehe, daß er und Zwingli zwiespältig seien, und bemerkt weiter von Faber: „Er hat sich in meinen gschrifften nit gehalten, wie er sagt. Ich weyß selbs kum, wie er sie zůsamen gebracht hat. Das hinder setzt er harfür vnnd das forder dahinder, vnnd lasset auß vnnd verteutschet gferlichs, wie wol nichts gferlich inn meinen worten am selben ort ist“ . . . Vgl. Oecolampads Entschluß zur Antwort schon Nr. 534, Anm. 2.

[8]) *Zu Bovillus (Öchsli) in Schaffhausen vgl. Nr. 484, Anm. 1. Dazu vgl. O. Clemen: Studien zu Melanchthons Reden und Gedichten (1913), S. 3. (Der hier genannte Bovillus ist Öchsli, vgl. die Anzeige von P. Flemming in: Deutsche Literaturzeitung 1914, Oktober/November.) An die Obrigkeit von Schaffhausen hatte, laut Eidg. Abschiede IV 1a, S. 996 (litt. n), Faber mit Begleitschreiben vom 18. September 1526 aus Tübingen folgenden Druck gesandt: „Christenliche beweisung doctor Johann Fabri über sechs artickel des vnchristenlichen Vlrich Zwinglins, Meister zů Zürich, überantwurt offentlichen in der pfarrkirchen vor den verordneten vierer Bischoffen, Costentz, Basel, Losan vnd Chur, auch der zwölff orten gemeiner Eidtgnoßschafft vnnd ander treffenlichen bottschaften vnd gelerten, darzů aller [so] gemein in dem heiligen geist von Christenlicher einigkeit wegen zů Baden im Ergöw vff den 16. tag May Anno M.D.xxvj by einander versamlet gewesen sind“. Vorwort an Lienhart von Harrach, österreichischen Obersten und Hofkanzler, vom 20. Juni 1526. Am Schluß: Tübingen, Ulrich Morhart, 4. Herbstmonat 1526. In 4°, 441 ungez. S. (Strickler, Literaturverzeichnis Nr. 239, Weller Nr. 3783). Dieses Buch hatte Faber den Eidgenossen in Handschrift (Kopie von anderer Hand) überreicht, worauf sie es im Dankschreiben von zirka 9. Juni an F. D. von Österreich zur Publikation im Druck empfahlen; Eidg. Abschiede IV 1a, S. 913. Heute ist diese Handschrift, ein starker Foliant, Msc. F. 5 der Stadtbibliothek Zürich; vorn hat Johann Heinrich Hottinger, dessen Thesaurus sie angehört, einige im Druck hinzugekommene Zusätze angemerkt. Den Druck erwähnt schon Nr. 534, Anm. 1. —*

[9]) *Buchdrucker in Basel, s. Nr. 87, Anm. 2. Zur Plutarch-Ausgabe vgl. Nr. 552, Anm. 17. Cratander gab wirklich den Plutarch erst 1530 heraus (Plutarchi Chaeronei*

te moliantur miseri catabaptistę, nec dolui. Manifestant enim insipientiam et malignitatem suam, quibus seipsos, non te perdunt. Oportet nos variis modis exerceri. Incidi nuper in dialogum quendam[11], quem in me et fratres Basil*ienses* idem Balthassar expuit. Interceptus est ipso fugiente. Sed nihil habet, quod urget, quam ut probemus scripturis, ubi Christus vel apostoli pueros baptizarint; alias convitiis et nugis et scommatis morbum prodit.

Saluta Pellicanum[12], Leonem[13], Miconium[14] ac uxorem tuam.

Basileę, prima Decembris anno 1526.

Tuus Oecolampadius.

Huldrico Zwinglio, suo charissimo fratri, Tigurinę ecclesię doctori.

6 *vor* vel *gestrichen* pue — pueros] pueri.

---

philosophi historicique clarissimi opuscula, quae quidem extant omnia . . . Basileae . . mense Septembris M.D.XXX; vgl. Panzer, Annales VI, Nr. 782). Die Hesychius-Ausgabe erschien im März 1527 (Isychii, Presbyteri Hierosolymorum in Leviticum libri VII. Basileae apud Andr. Cratandrum Mense Martio anno XXVII; vgl. Panzer a. a. O. Nr. 672). Oecolampads Sacharja-Commentar erschien unter dem Titel: In postremos tres prophetas, nempe Haggaeum, Zachariam et Malachiam commentarii Basileae 1527. Die Theophylact-Ausgabe trug den Titel: Theophylacti archiepiscopi Bulgariae in quatuor evangelia enarrationes, Io. Oecolampadio interprete. Basileae apud Andr. Cratandrum anno M.D.XXVII; vgl. Panzer a. a. O. Nr. 674. — [10]) sc. Hubmaier. Er war etwa im Juli 1526 über Ingolstadt, Regensburg, Steyr nach Nikolsburg gekommen und wandelte hier die sich eben bildende Gemeinde um in eine täuferische. Es gelang ihm u. a. auch den Herrn Leonhard von Lichtenstein, der in Nikolsburg den Evangelischen Duldung gewährte, für das Täufertum zu gewinnen. Er ist der im Texte erwähnte Nobilis. Das Täufertum schien vor einer glänzenden Entwicklung hier zu stehen. Vgl. P. R. E.[3] VIII 422.

[11]) „Von dem Khindertauff Ecolampadius, Thomas Augustinianer Leesmaister, M. Jacob Immeler, M. Wolffg: Weissenburger Balthasar Hubmör v. Fridberg Nicolsburg". Simprecht Sorg, genannt Froschauer 1527. Vgl. J. Loserth: B. Hubmaier (1893), S. 138). Oecolampad hat also entweder einen früheren (aber wie es scheint, untergegangenen) Druck in Händen gehabt, oder ein Manuskript. Vermutlich ist der (in Basel? oder Zürich?) begonnene Druck inhibiert worden, vgl. das interceptus est ipso fugiente. Oecolampad antwortete am 18. August 1527 mit der „Antwort auff Balthasar Hubmaiers buchlein wider Predicanten gespräch zu Basel von dem Kindertauff. Durch Io. Ecolampadium". Basel, Cratander. Vgl. Loserth 148 ff. — [12]) Konrad Pellikan, der seit Anfang 1526 in Zürich war. — [13]) scil. Jud. — [14]) Oswald Myconius s. Nr. 44, Anm. 1.

555.

Zwingli an Johannes Haner[1].

Zürich, 3. Dezember 1526.

Huldrichus Zuinglius Ioanni N. Norimbergio S.

Gratia tecum.

Quod ad binas epistolas tuas[2] semel tandem respondeo, hinc est, doctiss*ime* N., quod amici mei filius[3], qui secundam attulit, sic me inscio ad vos properavit, ut abeuntem mirarer nihil admonuisse profectionis. Ante hunc autem neminem habui, cui tuto credere omnia possem. Quae ergo de auspicanda amicitia civiliter ac docte agis, supervacanea esse scito. Is enim sum, qui gratiam potius debere debeam, quod nomen meum inter tuos patiaris amicos, quam difficilem aut superciliosum exhibere. Primum ergo inter nos rogemus legem, ut N. Zuinglio, et vicissim Zuinglius N., sit animae dimidium[4]; liceatque utrique ad alterum quod Castori et Polluci, Theseo et Pirithoo[5]. Quae de ipso pietatis fonte sancte ac pene divine disseris, tam abest, ut asperner, ut unicam adversus Lutherum ancoram eiicere mediter[6], cum de suo languidum hoc telum, non ex armamentario Christi promit, carne Christi adesa confirmari fidem. Sic enim occurrere etiamnum statuimus: Qui credit in me, non sitiet in aeternum *[Joh. 4. 14]*. Qui enim Christo fidit, non fidit eo, sed eo, qui ipsum misit, Ioan. 12. *[Joh. 12. 45]*. Atque hoc unum est, quo tendimus, cum

Epistolae 1536, fol. 114b f. — Opera 1581, Tom. I 407b—408b.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 568—570.

---

[1]) *s. Nr. 529, Anm. 1 und Nr. 548, Anm. 1.* — [2]) *Vom 18. September und 11. November (Nr. 529 und 548).* — [3]) *Nicht bekannt.* — [4]) *Vgl. Horaz Od. I 3, 8.* — [5]) *Castor und Pollux, die Dioskuren, die Zwillingssöhne der Leda. Theseus half seinem Freunde Peirithoos bei der Vertreibung der Kentauren und bei dem Versuche der Entführung der Persephone aus der Unterwelt. Umgekehrt half Peirithoos dem Theseus bei der Entführung der Helena.* — [6]) *Zwingli schrieb damals an der Amica exegesis. Vgl. Nr. 551, Anm. 1.*

probare volumus, eos, qui carnem in eucharistia defendunt, aut imbecillem habere fidem, aut, si habeant, temere loqui. Ipsa enim fidei πληροφορία, sive firmitas, sive securitas, tunc adest animo, cum summo immutabili bono sic fidit, ut alio spectare nequeat, aliunde gratiam aut auxilium sperare non possit. Breviter omne tulit punctum[7], qui summo nititur bono. Non ergo fidem confirmare potest ulla creatura. Sed istud simul nobis negligendum non est, ne [!] caveamus, ne Christomastiges videamur esse. Quae enim de fide in Christum aut eius mortem dicuntur, non spectant humanam in eo naturam. Quin et ipsa mors, quae oblatio est pro peccatis nostris *[Hebr. 9. 28]*, tam preciosa non esset, nisi is, qui secundum unam naturam mortalis erat, secundum alteram vita esset. Cum ergo dicimus, nos carne Christi fidere, per carnem mortem intelligimus. Ac continuo morte fidere, κατ' ἀλλοίωσιν, hoc est: commutationem, nihil aliud est, quam eo fidere deo, qui secundum alteram naturam mortuus est. Ipseque haud scio, an quisquam dixerit carne Christi fidere pro Christo fidere. Unde quomodocunque sermones fingamus, fidei ipsius vis non in alio conquiescit, quam qui deus est. Nam et neoterici theologi hos cancellos nunquam transilierunt, ut admitterent puram, hoc est: solam nimirum humanitatem Christi adorari adoratione λατρίας posse; quod non potest aliud esse, quam ea niti non licere[8]. Nam quo niti licet tanquam summo bono, ipsum indubie adorari potest. Sed quoniam is, qui filius dei est, itidem est filius hominis, una ὑπόστασις, naturae tamen duae, fit, ut humanitati sive carni tribuatur, quod solius divinitatis est. Ut cum Christus dicit *[Joh. 6. 55]*: „Caro mea vere est cibus". At animae cibus esse nemo potest, nisi deus. Cum ergo carnem ibi pro morte accipiat, iterum est commutatio ἰδιωμάτων. Neque enim mors Christi vivificare posset, nisi Christus simul vita esset. Atque hoc deest Iudaeis ac gentibus, quod Christum nolunt agnoscere deum esse; et quod sub carnis proprietate de divinitate locutus est, non intelligunt. Carnem ergo Christi edere, est credere ipsum pro nobis mortuum esse. Verum quid hoc est? An non et Decii[9], Curtii[10],

13 morte] morti *Epp.* — 32 Curtii] Curij *Epp.*

[7]) *Vgl. Horaz, A. P. 343.* — [8]) *Da laut dem Konzil von Chalcedon 451 die beiden Naturen in Christo nicht getrennt werden dürfen, kann eine Anbetung natürlich nicht einseitig auf eine Natur bezogen werden. Unter den neoterici theologi versteht Zwingli die Scholastiker. Vgl. denselben Gedanken Bd. III, S. 808. 17, 817. 21ff.* — [9]) *Publius Decius Mus war 340 Konsul im Kriege mit den Latinern. Als ihre Heere am Vesuv einander gegenüber lagerten, verkündete ein Traum dem Volke den Sieg, dessen Feldherr die Feinde und sich selbst dem Tode weihe. Als daher des Decius Flügel in der Schlacht wich, ließ er durch den Oberpriester die Feinde und sich selbst feier-*

Codri[11] pro aliis mortui sunt? Sed his niti nemo debuit. Creatura enim fuerunt. In Christo autem hoc est admirabile, quod, cum deus est, per quem omnia creata sunt et gubernantur, etiam pro nobis mortuus est, qui vita erat omnium. Hoc ergo credere, ista bonitate summi boni salutare est. Quid ergo caro est? Symbolum ais. Hoc nimis leviter dixisti, quantum ipse video. Nam symbolum est alterius rei signum; Christus autem est ipsum salutis pignus ac veluti satisfactio. Id autem quomodo velim intelligi, accipe. Perinde iustus est deus atque misericors, quemadmodum in „Commentario“ nostro[12] fusius tractatum est. Si dicas: qui deo fidit, iam eius misericordia saginatur ac laeto fruitur ocio, misericordiam tenet, non veretur iustitiam, respondemus: et iustitiam dei timeri ac coli non minus oportere, quam misericordia niti. Sacrosanctam enim et inviolabilem aeque decet esse iustitiam atque misericordiam. Summae ergo atque inadulabili iustitiae cum nemo satisfacere, nemo eam demereri posset, iam ut ipsa inconcussa maneret hominique misericordia succurreret: Christum fecit deus filium suum, qui pro nobis morte sua perlitaret, iustitiamque placaret. Caro ergo precium fuit pro peccatis nostris? Minime, si per carnem genus intelligas; sed caro Christi, hoc est: totus homo divinitati coniunctus. Nulla enim caro vivifica est *[Joh. 6. 63]*; sed caro eius, qui vita natura est, vivifica dicitur propter naturarum unionem. Nam vita proprie divinitatis est, non carnis. Sed ferimus locutiones istas, carnem pro nobis dependisse, carnem Christi, (quam Ioan. 6. *[Joh. 6. 51]* interim panem vocat, interim carnem) vitam mundo dare; et: „Ecce agnus dei, qui tollit peccatum mundi“ *[Joh. 1. 29. 36]*; et: „Christus pro nobis passus est, et factus est pro nobis maledictum“ *[Gal. 3. 13]*, propterea quod ista quidem divinitati irrogari fuit impossibile, non etiam humanitati. Quis enim flagris deum maceret? sed cum is flagellatur, qui deus et homo est, ex ea parte caeditur, qua homo est; et ex ea salus currit, qua deus est.

---

lich der Unterwelt weihen, sprengte unter die Feinde, fand den Tod und errang damit den Römern den Sieg. — [10]) Marcus Curtius stürzte sich 362 in eine in der Mitte des römischen Forums entstandene tiefe Kluft. Die Wahrsager hatten verkündet, die Kluft, deren Vorhandensein für den Staat die höchste Gefahr bedeute, werde nur dann sich schließen, wenn das beste Gut Roms hineingeworfen werde. Da bestieg Curtius mit den Worten: „Nichts Besseres hat Rom als Waffen und Heldenmut!“ in vollem Waffenschmuck sein Roß und stürzte sich in den Abgrund, worauf sich dieser schloß.

[11]) Codrus, der letzte König von Athen. Bei einem Einfall der Dorier (um 1068) erklärte das Orakel, die Athener würden nur dann siegen, wenn ihr König von den Feinden getötet werde. Codrus führte das herbei, indem er als Bauer verkleidet im feindlichen Lager Streit anfing. — [12]) Im „Commentarius de vera et falsa religione“. Vgl. Bd. III, S. 676ff., 693ff.

Ea enim parte et summa ei data est innocentia. Quis enim de virgine, praeter eum, qui deus est, unquam natus est? Divinitas ergo est, propter quam virgo parit. Quoniam autem hic, de quo loquimur, deus et homo, unus est Christus, non fimus harum locutionum impatientes, qua de humana natura quidem dicuntur, proprie tamen de divina solummodo possunt intelligi, cum et Christum hanc commutationem servasse videmus, Ioan. 3. *[Joh. 3. 13]*: „Nemo ascendit in coelum“, inquit, „nisi filius hominis, qui est in coelo“. At non erat tunc in coelo secundum inferiorem naturam; per filium ergo hominis natura dei filium intelligit. Sic ergo, mi N., et nostram in hac re sententiam habes, non alienam a tua, quam quod nostra cavet, ne plus aequo videamur abiecisse humanitatem, in qua ille tam dira passus est. Nam etsi nihil aliud ex ea provenisset, exemplum tamen, quod nobis, teste Petro *[1. Petr. 2. 21]*, ut eius vestigia sequamur, reliquit, tanti esse debebat, ut non *μικρολογίζωμεν* de Christi humanitate. Nunc autem, cum velut instrumentum ac pignus est, cuius contemplatione irata nobis iustitia placatur — quid enim negabit, qui proprio filio non pepercit? —, nunquam debet fastidiosus sermo de illa e limine oris nostri prodire, cum et ipsa divinitas, per quam omnia sunt condita, atque adeo haec ipsa, de qua loquimur, humanitas per eam et condita, et in unitatem *ὑποστάσεως*, ut divini esset organum mysterii, adsumpta est, cum ea communicaverit quę sua sunt. Hactenus haec, quod ad eucharistiam attinet, satis perspectum habemus, quo modo euangelistae vestri eam causam agant. Qui ergo isthic feliciores estis, alia parte suppetias ferre debetis, quam qua isti tecti atque muniti sunt. Magistratus enim imperio, ne dicam violentia, ne veritas publice legatur, se tutos putant[13]. Vobis ergo his bipennibus viam sternite *[1. Thess. 5. 21]*: „omnia probate, quod bonum est tenete“; et 1. Corinth. 14. *[1. Cor. 14. 29. 32]*: „Caeteri adiudicent“; et: „Prophetarum spiritus prophetis subiecti sunt“, hoc est: propheta prophetam audiat, et ecclesia omneis iudicet. His ergo rutris sentes figmentorum humanorum excindite *[Matth. 13. 40]*, ac ut Oecolampadii et nostri libri[14] perinde legantur atque Lutherani et aliorum adversariorum, effectum dabitis. Quod ubi datum erit, iam nullo negocio reclamantibus cunctis hypocritis veritas in adfectus penetrabit ac vincet.

---

[13]) *Vgl. Nr. 500, Anm. 2.* — [14]) *Man vgl. mit diesem Rate Zwinglis seine Worte an den Rat von Nürnberg (Nr. 500, S. 636, Zeile 7—9): cavere voluistis, ne quis incomparabilis viri d. Ioan. Oecolampadii et nostros quoque libros in urbem vestram inferret. Dieses Verbot will Zwingli unwirksam machen.*

Iam tandem vale etiam amicissime N., ac Zuinglium tuum, quoties per occasionem licet, status tam Christi, quam tui, certiorem redde! Responderit enim, etsi non protinus per occupationes, tamen aliquando.

Salvos iube amicos omneis.

Tiguri, 3. die Decembris MDXXVI.

Oremus pro nobis mutuo.

556.

Zwingli an Johannes Zwick[1] *und Ambrosius Blarer.*

Zürich, 5. Dezember 1526.

Gratiam et pacem a domino.

Audivimus iam crebro profectum vestrum[2], tametsi in rebus externis, quem quidam huius faciunt, haud quaquam circumspecte. Permittant enim cerimoniis locum suum! Sentient brevi et euangelii fidem obscurari. Duce ac exercitu e fuga servatis facile est bellum instaurare; cęsis autem nihil aliud licet quam superatis esse ac mortuis regnumque adversario cedere. Sic si Romani pontificis exercitus salvus relinquatur, facile sperat se omnia recuperaturum. Consilia igitur, versutias, artes omneis exerit, quo votis potiatur. At dissipatis imaginibus, vectigalibus illius ablatis, simul nervi eius, spes, conatus et quocunque tandem fidit, uno impetu labuntur. Ne ergo parvam rem fecisse putemus, cum externa exterminavimus. Iusticiam vero internam prȩcipue colamus, sed domini incrementum dantis *[1. Cor. 3. 6]* adventum prȩstolemur.

3 huius] *ist unverständlich; zu ergänzen* urbis? *(so Schieß)* — 12, 13 *Das in Kursiv Gesetzte ist Ergänzung, da das Manuskript am Rande beschädigt ist.*

St. Gallen, Stadtbibliothek: Litt. misc. II. 283.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 570f. Briefwechsel der Brüder Ambrosius u. Thomas Blaurer, herausgegeben von Tr. Schieß I 140f.

---

[1]) *s. Nr. 251, Anm. 1.* — [2]) *Das Jahr 1526 brachte für Konstanz u. a. Ende August den Wegzug des Bischofs und eines Teils des Domkapitels, „welches unsere vätter, so sy erlebt, für das gröβt glück gehalden hettint“ (Vögeli). „Also sind die thomherren und alles pfaffenthum uß der stat Costantz kummen; Gott wöll sy ewiglich vor inen beschirmen“ (Mangolt).*

Commendo vobis Nicolaum Argentarium[3], qui, nobis iudice, videt*ur* paulo gravius, atque admissi pondus commereatur, tractari. Uxorem percussit, at leviter, etiamsi levem ob causam. Si sic pergetis uxoribus credere, pessimum exemplum constituetis. Magistratum dixit se nihil reveriturum, quo minus coniugem verberet, sed iratus id fecit; utque spem in senatus presidium, quam propter patrem senatorem filia nimirum habebat, eximeret. Uxoris bonę erat, mariti dicta non prodere; senatus equi, si reliqua vita dissimilis esset, non credere contumeliis uxoris gratia in se iactis. Quodsi vir esset maxime contumax, at hanc contumeliam oportuit vanitatem citius iudicare quam crimen. Tenetis me, fratres carissimi. Agite in hac re, si profuturum putatis. Avienum[4], urbis vestrę a libellis, adgrediamini, quo bono virunclo salvis adhuc reculis subveniatur. Non bene consulitur huic ętati divortio. Iungendi ac colligendi erant, si ipsi se disiunxissent. Avienum ac fratres omnes meo precor nomine salvos iubeatis, maxime germanos vestros.

Valete per dominum.

Tiguri 5. die Decembris 1526.

Huldrichus Zuinglius.

Ioanni Zuickio et Ambrosio Blaurero,
fratribus in domino carissimis.

1 iudice] *Schieß korrigiert* iudicibus *und fragt, ob vielleicht* a iudice *zu verbessern sei? Notwendig ist das nicht, da* nobis *als plur. modestiae gefaßt werden kann* — 2 videt*ur*] *ur Ergänzung, da das Mannskript am Rande beschädigt ist.*

[3]) *Weiter kaum bekannt.* — [4]) *Georg Vögeli, Stadtschreiber, Verfasser einer Reformationschronik der Jahre 1519—1531, verließ später seine Vaterstadt Konstanz und starb in Zürich. Über ihn und die Chronik s. Zwingliana 1, 346 ff.*

557.

Wolfgang Capito (an Zwingli).

(Straßburg), 10. Dezember 1526.

Gratia tecum, charissime in domino frater.

Nos hic metus habuit haud inanis de statu vestrę istic ecclesię, postquam nunciatum esset, quantum turbarum daret avaritia inimicorum et papistarum profusio[1]. Verebar equidem omnia. Reputavi mecum, quanti causae involverentur, et quam difficile tibi immunem durare ab omni affectu, periculosum autem, si quid, studio procurandę ecclesię, praeter exemplum ac praescriptum verbi designasses; porro calamitosissimum fore piis omnibus casum tuum, sicut vicinus es discrimini omni tot potentibus lesis. Duplex me spes confirmavit, quod de animo tuo omnia summa expectabam, et quod benignitatem dei praesentissimam suis cognoscebam. Neque enim expectandum, inquam, ut dominus tantam ecclesiam, tot invicta pectora deserat, quę quidem deserta essent te illis erepto. Orandus dominus, in portum aliquem tranquilliorem faciem publicam ecclesię ducat. Iodoci parens[2] rem omnem descripsit ad nos candidissime, nihil affectui tribuens, qui esse erga fratrem potuisset, quas literas amicis spectandas circumtuli; adeo ex dignitate verbi atque autoritate tua scriptae videbantur. Quę tu scribis de torto in Winterthur[3] et remora alias iniecta, hic non

3 daret *übergeschrieben* — 10 tuo *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 271. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 571 f.

[1]) *Vgl. Nr. 554 im Anfang.* — [2]) *s. Nr. 552, Anm. 1 und Nr. 550, Anm. 1.* — [3]) *Vgl. Nr. 552, Anm. 14. In Winterthur wurde Thomas Wellenberg festgehalten; die Verordneten stellten fest, daß er „mit namhaften Personen und Beamteten Anschläge gemacht, die Unterthanen den Herren von Zürich treulos, ehrlos und meineidig zu machen"; auch habe er gegen den Eid von Herzog Ulrich von Württemberg jährlich 30 Gulden Pension bezogen. Endlich „habe er durch Beherbergung (des Trebitz)*

vulgabimus; tantum abest, ut suspicari queas ab isto tuo quid scriptum esse praeter decorum; amicum tibi et Christo discipulum iisdem literis se comprobavit. Caeterum doleo, Iodocum alieniorem factum. Olfeci iuvenem amare, et forte habet, qui mollem animum in divorsum instigent. Concedas hoc ętati, quę rudior infirmiorque est; nam quantus illi sis, nobis identidem comprobavit. Quoties gesta per te magnifice ac pie summis laudibus vexit! Puellę mores probantur; sinceri, venusti et graves sunt, quę [!] honestatem matronalem prae se ferunt. Det dominus inter se eorum animi coalescant, ut solidum atque equabile coniugium reddatur. Dignus est optima uxore, et hęc marito tali. Quare rem [!] commodis blanditiis, hoc est: arte et ingenio, quatenus ratio pietatis tulerit, tractanda videtur, ne magis metu quam iudicio perneget. Animadverte, qua sis autoritate, quam proclive deiici a gradu adulescentis animum, et quoties usu veniat in rebus humanis, ut initio leviter, progressu temporis odiosius inficiamur factum. Id moneo, quod me rerum peritior, haud dubium acutius, prę-cogitasti. Dispiciam mecum, an et ipse quiddam huius ad istum scribam et fortassis ad parentem. Nam, ut historiam Iliadis huius captę a puella hactenus audirem, ocium non fuit prae incommoditate valetudinis. Dabo tamen operam, ut singulas fabulę partes, quatenus ad rem sit, perdiscam, his absolutis. Placet satis, quę in adulteros senatus vester statuit, neque movet ultimi supplicii productio[4]. Quid fieret enim in tanta morum corruptela! Assiduitas verbi dabit repurgatiora olim. Ostentabo eas literas, ceu velites nostrę pugnae, quam cum adulteris instituimus[5]. Pestis[6] hic nonnihil inolescit; ęstate duram

16 f. prę-cogitasti] *ursprünglich* prę-cogicasti.

---

eines Feindes der Reichsstädte und Straßenräubers in meiner Herren Eigenthum, dem Schlosse zu Pfungen, wie er selbst gestehe, seinen argen und bösen Willen gegen Obrigkeit und Vaterland bewiesen" (Egli, Aktens. Nr. 1050, S. 509). Zürich verlangte strenge Bestrafung, wenn nötig mit „strenger frag". Wie der Text oben besagt, ist Wellenberg gefoltert worden. Das Endurteil in der Sache s. Aktens. a. a. O. S. 510.

[4]) *Nachdem am 20. November 1526 zwei Verordnete den Auftrag erhalten hatten, Räten und Bürgern Anträge bezüglich der „offenen" Ehebrecher zu stellen, erschien am 15. Dezember die „Ordnung und Satzung von eim ersamen rat der stadt Zürich von wegen der straf des ebruchs und unelicher biwonung". Egli, Aktens. Nr. 1072, 1087, vgl. 1088, 1089. —* [5]) *Am Montag nach Misericordiae (16. April) 1526 haben Capito und Hedio im Rat vorgebracht . . . 2. „die hurery und eebruch abzustellen" (Mitteilungen der Gesellschaft für Erhaltung der geschichtlichen Denkmäler im Elsaß 2. F., XIX 137). —* [6]) *Über die Pest in Straßburg ist zum Jahre 1526 nichts bekannt (vgl. J. Krieger: Beiträge zur Geschichte der Volksseuchen, zur medizinischen Statistik und Topographie von Straßburg i. E. 1879), wohl aber von einer Seuche im Oberelsaß (ebenda S. 102). Capitos Befürchtung ist also wohl nicht eingetroffen.*

expectamus. Impii diffugient, pii praestolabuntur nobiscum domini voluntatem. Ibi agetur, quod superiori tempore pacis actum oportuit. Aspiret dominus gratiam, ne quid studio carnis conemur, quo vehementer obnoxii sumus. De Plutarcho scribam Cratandro[7], nos curaturos, ut hic publice praelegatur, auditorio non omnino infrequenti. Facile distrahet istic et apud nos exempla centum et suos interim mercatores habet, quibus reliqua obtrudet, imo divendet cupidis. Egregius enim autor est, et passim grecissant modo. Ioannes Denckius[8] hic nobis turbas dat, homo vafer et varius, qui magna fide atque autoritate traducit omnes undique verbi ministros. Spiritum talium hominum non intelligo, nisi quod sciam, ex deo non esse *[1. Joh. 4. 1]*, qui nobis praecipuam partem Christianismi adimunt neque fidutiam in passionem domini relinquunt. Missa hic dabit aliquid negocii. Nescio, quid subodoror, necdum enim certum explorare potui; nam de abrogandis reliquis quinque[9] agitur modo per senatum. Ad publicum forte colloquium res devergetur. Bucerus et fratres te salutant. Orestis Saxonici[10] furores, opinor, ab Oecolampadio accepisti pridem.

Vale in domino.

10. Decembris anno 1526.

Vuolfgangus Fab*ritius* Capito.

(Adresse fehlt).

---

[7]) *Buchdrucker in Basel; vgl. Nr. 554, Anm. 9.* — [8]) *Johannes Denk, ein geborener Bayer (aus Heybach = Habach?), wurde 1523 Rektor der Sebaldusschule in Nürnberg, nachdem er in Ingolstadt studiert und in Basel Korrektor bei Cratander, dann bei Curio gewesen war und mit Oecolampad freundschaftlich verkehrt, bei ihm auch 1523 Vorlesungen über Jesaja gehört hatte. 1525 wurde er, verwickelt in den Prozeß gegen die „drei gottlosen Maler", aus Nürnberg ausgewiesen und ist nun heimatlos. Er taucht in Mühlhausen in Thüringen, St. Gallen, wo er mit den Täufern verkehrte, Augsburg, wo er mit Urbanus Rhegius eine Disputation hatte, Straßburg auf. Hier rief er große Aufregung hervor, wie Capitos Brief und der Bucers an Farel (Herminjard I 467) beweist. Nach einer öffentlichen Disputation mit Bucer vom 22. Dezember 1526 wurde er aus Straßburg ausgewiesen. Nach Aufenthalt in Bergzabern, Landau, Worms, in Süddeutschland und der Schweiz starb er im November 1527 in Basel. Hegler in P. R. E.[3] IV 576 ff.* — [9]) *Vgl. Nr. 551, Aum. 4.* — [10]) *Luthers. Vgl. Nr. 554, Anm. 4 und 5.*

558.

Aegidius a Porta[1] *an Zwingli.*

Como, 15. Dezember 1526.

Gratiam et pacem, per Iesum Christum, dominum nostrum.

Voluptatem haud quaquam vulgarem cępi ex tuis literis[2], mi Huldrice, tum quod erudierint me de nonnullis, super quibus iampridem te rogaram, tum quod indices tuae istius pietatis extiterint. Prudentissime egisti, opinor, cum profectionem nostram neque prohibere ausus es, neque iubere[3]. Eque enim meum ignoras holoclerum, atque conditionem, que quidem, parentibus ad id minime conniventibus, pauperior esse non potest. In hoc poteris nobiscum ad deum preces fundere, ut, quam ocyus sibi placuerit, suam ipsius fieri faciat voluntatem. Agnosco nihilominus tuum istud amicabile pectus, quandoquidem fidelem promittis, si venero, operam. Confido, quia lignum hoc, plantatum secus decursus aquarum, fructum suum dabit in tempore suo *[Ps. 1. 3]*. Testamentum preterea quod vertimus, dubito, quia diutius expectabis, quam voles[4]: a sexcentis enim fere negociis praepedimur. Modo namque mittimur ad sordidum quęstum[5], modo ad horas, ut loquimur, canonicas; modo huic, modo illi per pagos ac plateas erranti destinamur in socium[6]; atque ita bonam temporis

4 extiterint *übergeschrieben.*

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 142. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 572—574.

[1]) *Vgl. Nr. 421, Anm. 1.* — [2]) *Der Brief Zwinglis ist nicht erhalten. Sein Inhalt geht z. T. aus dem Texte oben hervor.* — [3]) *a Porta hatte zu Zwingli kommen wollen; s. Nr. 421, S. 461.* — [4]) *Offenbar hat a Porta eine Übersetzung des (Neuen) Testamentes, wohl ins Italienische, sich vorgenommen.* — [5]) *zum Bettel* — [6]) *Die Augustiner, wie überhaupt die Bettelmönche, durften nur zu zweien das Kloster verlassen. So ist auch Luther in Gemeinschaft mit einem Ordensbruder nach Rom gereist. Vgl. Ad. Hausrath: Luthers Leben I (1904), S. 61f., der auf Dante (Inferno*

partem in rebus nihili absumimus. At quo, queso, pacto fiet, ut excussum undequaque mendosum haud exeat, nisi Italicus quispiam adfuerit, qui et legat, et quod legit, intellegat? Puto, quum hic calchar abunde satis acutae cuspidis erit ad urgendam nostram istam profectionem. Sed missa haec faciamus. Excitavit in me dominus spiritum suum, quem vult per te perficere. Ego quod a me requirit impleo, his nimirum scriptis revelando; tu autem ad sublimiora vocatus videris, nisi quod reliquum est, per te fuerit fideliter adimpletum. Mediolanum ac universi fines eius, ob nimia, quae passus [!] est nuperrime, bella[7], eo usque depauperatum est, ut quamplurimis etiam ex his, qui fuerant mediocris fortunae, hominibus nunc non suppeditet ad victum sua ipsorum mendicitas. Taceo de iam pridem mendicibus [!], quorum multitudo fuit innumera. Nullus quoque finis est mulierum propter egestatem sese prostituentium. Denique facta est hec manus domini adeo gravis in populo *[Ps. 32. 4]*, ut impacientia fracti homines fere sibi licere putent, quavis iniuria mutuo afficere. Plaga certe admodum miserabilis, quam deus curandam tua opera providit hoc pacto: Scribes ad Mediolanensem ducem, antea Barbonensem[8], hortatoriam epistolam et, nisi audierit, cominatoriam, qua discat sibi subditis refectionem mentis iuxta et corporis providere: huius namque, tantam rasorum ac ventris animalium pecuniam (qua impinguati multi adversus dominum deum recalcitrant) auferendo, et in plebem, per viros ad id electos, dispergendo; illius vero, efficiendo, ut tuto possit, quoad in manu eis est, unusquisque purum dei verbum praedicare; maxime si sit paratus reddere eorum, quae dixerit, rationem. Erit quoque hoc haudquaquam inutile ad excutiendum omnino, si quod [!] scrupulum reliquum fuerit in priore opere. Attamen, si tanta est hominis infirmitas, quo deum ad ista connivere velle diffidat, vertat, roga, oculos ad ipsum iamiam ipsisimo [!] operi accinctum, nempe Germanorum cataervam [!] nihil magis appetentem. Potest

1 fiet *übergeschrieben* — 3 f. calchar *übergeschrieben* — 5 in me *übergeschrieben* — 21 *vor* qua *gestrichen* auferendo.

XXII) verweist:

„Stillschweigend, einsam, unbegleitet schritten
Wir nun einher, der eine hinterm andern,
Wie ihres Wegs die mindern Brüder hingehn“.

[7]) *In dem Kriege zwischen Karl V. und Franz I. von Frankreich war 1522 durch den Sieg an der Bicocca Mailand mit Hilfe der deutschen Landsknechte erobert worden.* — [8]) *Franzesco II. Maria Sforza, 1492 geboren, seit 1521 Herzog von Mailand. Am 23. März 1523 hatte er unter Trompetenschall ein strenges Verbot aller Ketzerei verkünden lassen (P. R. E.[3] XX 486). Er war 1497—1500 Herzog von Bari gewesen; so wird sich Barbonensis im Texte erklären.*

quidem deus, nullo utens instrumento, haec et his maiora facere; sed ut debiles, sic enim reor, in fide paulatim solidaret, huius generis seu fidei homines in unum coegit, veluti propinans eiusdem fidei instrumenta. Adde, quod et facilius Antichristi robur enervabit. Confidit nimirum ille in multitudine divitiarum suarum, quibus revera utitur in sui multorumque perditionem. Sub haec confratres nonnulli, viri certe et pietate et eruditione nequaquam contemptibiles, voto quodam divino aestuantes, efflagitarunt quotidieque efflagitant, quo te non rogarem modo, sed obsecrarem, imo per deum adiurarem, sicut et facio, ut inter tot ac tantas tuas occupationes vel horulam quoque nobis acomodandam suffureris. Quo quidem tempore ad nostri ordinis, ne dixerim sectae, rectores[9] scribas epistolium, rationibus quibus poteris validioribus eosdem avellens a tantarum legum sylva seu farragine; ita tamen caute, ne videaris eos ignorantiae accusare. Sunt quippe fastosissimi [!], ob idque sua nervea colla rotarent. Proinde et scripturis exempla aliqua ob oculos oppone, quibus intellegant, vel quam deo arrideat verbum suum impermiste seu pure praedicatum, vel quanta indignatione illud idem adulterantes, et sua pro divinis inducentes, persequatur. Hucque sermonem inflectere poteris, ut sua ipsorum salus a cordis radicibus nullatenus abscedat, cui nihilominus eorundem quoque damnatio usque sit annexa; itemque paenitius expendant irati iudicis atrocitatem, nisi valefecerint timori cuidam exitiabili, amitendi [!] scilicet bona forinseca, et alia, quequnque divinus tibi spiritus afflaverit. Sit tamen epistola tui similis, comis videlicet ac zaelo faervida. Verum, ut quid sus instruit Minervam[10]? Hi, dominica tertia post Pascha resurectionis domini, in unum convenient[11], ut quae corrigenda sunt, corrigant, sua verba loquor, et quae viderint reformanda, daeforment, volui dicere reforment. Litteras huiuscemodi, si placet, ad nos dirigito, eisdemque hunc in modum superinscribito: Dilectiss*imis* in domino fratribus, Augustinian*i* nominis seu observantiae professoribus, ubiqunque fuerint pro suo capitulo celebrando congregati etc. Postremo fateor, quia erubesco nonnihil, cum animo [!] ad munera tua, quibus iam secundo onerasti me, adverto, lucubrationes certe, si quid valet calculum meum, divinae po-

7 viri] ri *übergeschrieben* — 20 nullatenus *übergeschrieben* — 33 onerasti] *korrigiert aus einem nicht mehr leserlichen Worte* — 34 adverto *übergeschrieben.*

---

[9]) *Die Klostervorsteher, gewöhnlich Prioren genannt.* — [10]) *Vgl. Otto S. 224.* — [11]) *Wie aus dem Folgenden hervorgeht, zum Provinzialkapitel, das alle zwei Jahre unter Beteiligung sämtlicher Prioren der Provinz stattfand. Vgl. Th. Kolde: Die deutsche Augustinerkongregation (1879), S. 30 f.* — [12]) *Was Zwingli an* ▪ *Porta sandte, läßt sich nicht feststellen.*

tius, quam humanae[12]. Nos etsi deficiant, quae te deceant, habet tamen Christus, in cuius gratiam opinor ista largitus es, unde rependat.

Vale in eodem Iesu Christo!

Comi ex aedibus divi Augustini 15. Decembris 1526.

Tuus in Christo Aegidius Comensis a Porta.

. . . domino Huldrico Zuinglio, *Turicen*sis ecclesiae vere episcopo.

6 *Die Lücke und Ergänzung rührt daher, daß die Buchstaben infolge Faltung des Briefes mit dem Siegelstreifen absprangen.*

559.

Berchtold Haller an Zwingli.

Bern, 17. Dezember 1526.

Gratiam et pacem a domino. Charissime Huldryche!

Lucii[1] negocium, quam feliciter transactum sit, ipse coram referet. Senatus noster cum diacosiis in festo Andreę decreverat[2], ut hepdomadatim per Adventum et Quadragesimam solitis contionibus tres adderem. Quod cum paratissimo animo susceperim, urgent non nulli, ut cooperator mihi iungatur; quem cum ex Bernatibus omnino habere non possim, opus erit, ut pro fratre extraneo laboremus. Commodissimus autem huic provincię subeundę esset Franciscus Kolb[3]. Sed id obstat: undecunque mihi assumam cooperatorem, patrię respectus tantus est aput oligarchas, ut quam primum utrunque amandent rusticorum et Helvetiorum suffragio, quemadmodum et novissime attentatum erat, et cum Sebastiano Meyer[4] itidem contigit. Sic enim verbum domini quotidie crescit, ut non credam, diacosiorum decreto quippiam posse in contrarium agi. Tu igitur consule quantocius poteris, et age, ut hactenus semper, pastorem pro nostra ecclesia mire sollicitum. Paratus sum ego fratrum consensu hepdomadatim quattuor contiones habere etiam extra praefixum tempus, quo sermo domini fortius currat, et animatiores reddantur hi, qui nunc sunt cor-

6 *vor* omnino *gestrichen* nullo — 9 *vor* patrię *gestrichen* quod — 18 hi] h *korrigiert aus* q

Zürich, Staatsarchiv: E. II. 339 p. 147. Siegelspur.
Abdruck: Sch. u. Sch. VII 574 f.

---

[1]) *Lucius Tscharner, der im Juli (s. Nr. 522, Anm. 3) nach Bern gezogen war. Es gab nach der Heirat Anstände mit den Berner Verwandten zu beseitigen, die Beseitigung ist, wie dieser Brief meldet, gelungen. Vgl. Nr. 462, Anm. 1.* — [2]) *Im Ratsbuch Bern (Ratsmanual Nr. 211, S. 135) findet sich nach gefälliger Mitteilung von Herrn Prof. Türler in Bern zum Andreastag (30. November) folgender Eintrag: „Erstmals sol man fürhin alle Mittwuchen, Mentag und Fritag den Advendt uss und die vasten predigen".* — [3]) *s. Nr. 379, Anm. 1.* — [4]) *s. Nr. 248, Anm. 1.*

dati, iis vero colla non nihil confringantur, qui nunc omnibus viribus adversantur. Num igitur melius sit me sic agere aut mox pro cooperario laborare, tu iudica. Paratus sum obsequi. Cęterum hac hora conveni Tilmannum[5] e Lucernanis comitiis[6] redeuntem, e quo tantum percępi, quod Helvetii acta disputationis[7] iam sub prelo sudantia excusa omnino dare velint. Spero equidem Bernates non accepturos, nisi addito originali, cum quo saltem impressum conferre liceat. Quicquid tibi visum fuerit, nobiscum procul dubio communicabis. Guolfgangus a Madiis[8] et Thomas noster Wyttenbach[9] ad superos concesserunt.

Vale.

Ocyssime 17. Decembris, Bernę anno *1526*.

Salvus sit Röstius, Leo, Megander[10] et omnes.

Salutant et te Trempius, Nollius, Haggius, Wattenvillii, Tilmannus[11] et omnes.

Berchtoldus Hallerus, ex animo tuus.

Fidelissimo mysteriorum dei dispensatori Huldricho Zuinglio, suo in domino maiori et fratri charissimo.

3 iudica] *möglich ist auch* indica.

---

[5]) *Bernhard Tillmann. Vgl. Nr. 546, Anm. 15.* — [6]) *Die Tagsatzung hatte am 10. Dezember in Luzern begonnen. Tillmann steht unter den Gesandten genannt. Eidg. Abschiede IV 1a, S. 1022.* — [7]) *Bern stellte, wie schon oft, auf der Tagsatzung das Verlangen, eines der Exemplare der Badener Disputationsakten zu erhalten, und wurde dann damit vertröstet, es würden bald gedruckte Exemplare an die Orte verteilt werden können. Eidg. Abschiede a. a. O.* — [8]) *Wolfgang Mai. Vgl. Nr. 369, Anm. 2. Er wurde 1501 Mitglied des großen Rates. Er war in erster Ehe verheiratet mit einer S. Zeiner (laut Stammbaum) und in zweiter Ehe mit der Witwe des Stadtschreibers Niklaus Schaller, Anna Hüpschi, welche Ehe Zwingli gestiftet haben soll. Er hinterließ keine Kinder. Vgl. Berner Taschenbuch für 1874, S. 151ff.* — [9]) *Zwinglis einstiger Lehrer; s. Nr. 305, Anm. 1.* — [10]) *Diethelm Röist, Bürgermeister von Zürich seit 1524. Vgl. über ihn die Chronik des Bernh. Wyß, herausgegeben von G. Finsler 1901, S. 42, Anm. 1. Leo Jud (Nr. 51, Anm. 1), Kaspar Megander, s. Brief vom 30. Mai 1529.* — [11]) *Leonhard Tremp, Zwinglis Schwager s. Nr. 194, Anm. 29, Nr. 196, Anm. 8, Anton Noll vgl. Nr. 369. Anm. 1, Nikolaus von Wattenwyl (vgl. Nr. 311, Anm. 1) und seine Schwestern Margarete (Nr. 289. Anm. 1) und Katharine, seine Brüder Hans Jakob und Reinhard (Nr. 357, Anm. 1), Bernhard Tillmann (vgl. Anm. 5) und Peter im Hag, Sohn des Kilian im Hag, Mitglied des großen Rates seit 1514, Landvogt zu Bipp 1518, wieder Mitglied des großen Rates von 1523 an, Venner 1529, 1536, 1554 für je vier Jahre. Joh. Hallers Chronik meldet über ihn: „Am 3. October (1564) starb Herr Peter im Haag, alt Venner, der Elteste des Rahts, der sich des dritten Raht versinnt, was fast ein Jahr vom Schlag berührt, sonst gesundes wesens, bis auf ein hohes Alter, ein frommer, Gottsförchtiger Mann und der Ersten einer, so das Evangelium hie helfen fürderen".*

560.

Zwingli an Wolfgang Capito und die Brüder in Straßburg.

Zürich (18. Dezember) 1526.

Gratiam et pacem per dominum.

Excuditur disputatio Badensis, ut fama est, Lucernae cum impudentissimo praeiudicio, praefigitur enim praefatio non tantum stulta et indocta, sed etiam adeo contumeliosa in Lutherum atque nos, ut nihil unquam sit inauspicatius ac ominosius visum[1]. Deprehensus est

München, K. B. Hof- und Staatsbibliothek: Camerariana VII. Die Revision nach dem Original verdanken wir Herrn Prof. Dr. H. Hitzig.

Abdruck: Sch. u. Sch. VII 578f.

